
14
12 Q
1735

¶ Hic est Deus Deus noster in æternum & in sæculũ seculi:ipse reget nos. ps.xlvii.

¶ Et adorabunt eum oẽs Reges: omnes gentes seruient ei.psal.lxxi.

¶ Dabo tibi gentes hereditatem tuam:& possessionẽ tuã terminos terræ.psal.secũdo.

¶ Multiplicabitᷓ eius Imperiũ: & pacis nõ erit finis. Esaiæ nono.

In hoc volumine hec continentur.

¶ De Imperio Militantis Ecclesiæ libri quattuor.
¶ Primus est de dignitate eiusdem Imperii
¶ Secundus de Maiestate Romani Pontificis.
¶ Tertius de Concilio Generali.
¶ Quartus de uario temporum decursu a prædicatione euangelii usq; ad finem mundi.

¶ Habes quoq; lector ingenue suis locis ordinatas disputatiões philosophis:Iuris Pontificii Doctoribus ac Theologis perutiles:de pdicatione euangelii apud Insulas magni maris Occeani: De cõuersione Infideliũ: De hereticis:de scismaticis:de cõnexione omniũ scientiarũ:de cognitione futurorũ secũdũ diuinas litteras.Sunt uero singula ex diuinarũ litterarum cælesti fonte sano hausta palato ob honorem Christi Maximi cæli & terræ Imperii diuina scepta tenentis.

SPQR

DE PONTE OT SARDI





¶AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM & Dominum Dominum Dyonisium Briconetum Episcopũ Maclouiensem: Fratris Isidori de Isolanis Mediolanensis Ordinis Prædicatorum in libros de Imperio militantis Ecclesiæ epistola liminaris & argumentum.



INTEREA cũ duros superans labores Reuerẽdissime Præsul: post ardua itinera qbus multas Italiæ Galliarũq; p̃claras urbes ac p̃uincias uidi: certantibus inuicem terreni diuiniq; Imperii principibus: Maiestatem Ecclesiæ militãtis uariis uoluminibus intelligere studui: qd primũ certa sententia approbaret Diuus Thomas noster Aquasmẽte minoue p̃uoluẽs: canonesq; Iuris diuini ac Põtificii p̃currens: superiorũ tẽporũ suffragãtib9 nõnullis Doctoribus: libros de Impio militãtis Ecclesiæ scribere institui. Quod opus per aliquot ãnos me tenuit: q; lõga ægritudine laborãs distrahebat. Hoc itaq; de Imperio militãtis Ecclesiæ uolumen quattuor libris tandẽ est terminatũ: quorũ primus dignitatẽ eiusce Imperii describit: Secũdus aduersus eos loqtur qui Romani Põtificis Maiestatẽ non fatentur: ac Dei uices in terris gerentẽ non cõtremiscunt: Tertius Cõcilii uniuersalis supremã potestatem synodũq; patrum omnium Ecclesiæ prosequitur: Quartus uero qui & postremus: cõditiones tẽporũ Imperii militãtis Ecclesiæ explanare satagit. Ita oẽs libri quattuor cum sint de uariis rebus confecti: titulum tamẽ a fine acceperunt: ut de Imperio militantis Ecclesiæ potius uocarent. Singulis p decẽ titulos sectis disputatiões aut plures: aut unã ueluti rei explicãdæ difficultas exigebat: quisq; titulus cõtinet.

Is scribendi modus q apud pclarissimos diuinarũ lrãꝝ intei ptes usitatissimus est: uanas opiniones christianæ religioni aduersarias refellit:& nostra simul ɔfirmat. Disputãtiũ more loquimur: haud in magno ponẽtes discrimine elegãtius loq; qm̃ et auctores in mediũ deducere: librorũ ac capitũ numeros frequẽtissime scribere astruẽdæ ueritatis cupiditas subdolaq; opinãtiũ icertitudo coegit. Sequũtur Ciuo nes: quoꝝ gr̃a tituli noie utimur i disputationũ secũda materia: In his quoq; san ctorũ Doctorũ dogmata carpere licet delecta. Sequimur itidẽ Augustinũ de An chona: q̃q̃ nõ in oibus: Ioãnẽq; de Turre Cremata olĩ ex religione prædicatoria Cardinalẽ. Huius uoce sæpius loqmur: qm̃ et Diui Thomæ Aquinatis semp uesti gia sequit: et qcqd asserit efficacius cõprobat. Talia scribẽtes fructus afferre Im perio militãtis Ecclesiæ speramus: qm̃ hæc materia fructuosa semp existit: teste Diuo Thoma Aquinate in tertio libro de regimine Principũ. Verũ enimuero hos libros ad te Maclouiẽsis Ecclesiæ Præsulẽ sanctissimũ direxi: cuius uota pcesq; assiduæ: diuinæ Eucharistiæ quottidiana pene oblatio: mores oĩ sanctitudine pol lentes: litterarũ diuinarũ studia Imperii militãtis Ecclesiæ maiestatẽ obsecrãt: ue nerãtur: adorãt. Nõ eqdẽ arbitror hoc munusculo debitæ erga te uenerationi meæ sanctoq; amori quibus te catholicũ patrẽ Angelicũq; Maclouiẽsis Ecclesiæ Pa storẽ plequor satisfacere: sed ut sub tuo noie ad grauissimos quosq; uiros deferri possint: legitæ eorũ iudicio cõprobari. Asperum q̃q̃ mihi certamen imineat ab his qui nouos horrẽt codices: qui linguã in ingenuos laxant: sagittantq; imaculatos: & aduersus eos q imortalibus opibus magno & excellẽti igenio mortaliũ reipu blicæ suffragari conant̃ uerba pcipitatõis pferũt: cœpta tñ nõ desero sanctissimo rũ uirorũ exẽplis accẽsus. Bonos pfecto sero surculos: pono ordine uites: ea q̃ ad Impii militãtis splẽdorẽ spectãt in unũ colligẽs. Legimus Themistoclẽ q cũ mi nus pbaret̃ a parẽtibus q; nihil circa rẽ familiarẽ insudaret publicis rebus tãtum intendens: ac ob eam rem a patre Neocle exheres esse iussus esset: ea cõtumelia magis se erexisse: & in sentẽtia pstitisse. Opto igitur ut Fabius: artifices de ipsis ar tibus sententiã pferre. Quis quæso arbiter equior: iudex aptior horum existit q̃ ipse es: qui totis animi uotis Imperium militãtis Ecclesiæ Reges: Præsules: atq; catholicos oẽs colere exoptas: suades: hortaris. Taceo uero Germanũ tuum Re uerendissimum patrẽ & D.D. Guilielmum Meldẽsem Episcopum: qui pari tecũ pectore in republica christiana Præsul effulget. Vos ceu geminos duo fulgura belli Scipiadas in Impio militãtis Ecclesiæ asserere cur nõ ausim? Credo equidẽ (nec uana fides) futurã tẽpestatẽ dictis fidẽ pstaturã. Accipe itaq; Maclouiẽsis Antistes sanctissime multis collecta uigiliis & nõ muneris dignitatẽ. Neq; n. am plitudini tuæ par esse põt: sed syncerã erga te mẽtẽ & fidẽ itegrã intuere: atq; pro tua solita bẽignitate cõplectere. Vale fœlix una cũ Reuerẽdissimo pr̃e d.d. Epõ Meldẽsi: quos parẽs natura: diuĩa charitas: pstãsq; dignitas uere fecẽ eẽ germanos.

¶ Fratris Isidori de Isolanis Mediolanensis sacri Ordidinis Praedicatorum obseruationis Regularis: de Imperii militantis Ecclesiae digni tate. Liber Primus.

Prooemium.



IMPERIVM Militantis Ecclesiae in hoc temporum decursu quo mortales Christus maximus ad stabilitatem sedis aeternae deducit uictoria ultima & pace perfecta hoc opere defendere adgressus eos qui inania dogmata sacris Doctoribus catholicae ueritatis praeferunt suscepi: opus arduum & meis impar humeris: sed Deus adiutor noster. Nam scio quibus ubibus opus sit ut persuadeatur terreni Imperii principibus nedum quibusuis mortalium ut omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia aut humano laetantia fastu Deo iubente Christi pauperibus terrae nariiq; sceptra tenentibus colla submittant. Rex enim & conditor huius Imperii de quo loqui instituimus: in scriptura populi sui sententiam diuinae legis aperuit dicens: Et adorabunt eum omnes Reges: omnes gentes seruient ei. Hoc uero quod Dei est: mortali homini pro se iura dicenti affectat Deus ipse: amatq; in laudibus ascribi: Quodcumq; ligaueris super terram erit ligatum & in caelis: & quodcumq; solueris super terram erit solutum & in caelis: quoniam Imperii militantis Ecclesiae summo Regi claues regni caelorum tradidit. Quamobrem omnia regna mundi Ecclesiae subiiciuntur Imperio Deo instituente. Multi profecto sunt inimici aduersus quos defendendum est imperium militantis Ec



clesiæ:quorum tamen multi correcto inanis opinionis errore ciues in eo fiunt sa tis idonei: multi uero in eo uitiorum exardescunt ignibus tanq̄ manifestis bene ficiis Redemptoris ingrati; Si rationi perspicuæ ueritatis infirmus humanæ con suetudinis sensus non auderet obsistere sed doctrinæ salubri se subderet: nō mul to sermone opus esset ad conuincendum uanæ opinionis errorem his qui recte sentiunt. Verum cū omnia Imperii militantis Ecclesiæ splendor ab Christo Deo pendeat immortali:cuius Imperii Maiestatem cuncta personant: nōnulla de eo dem Christo summo mortalium omnium & immortalium Imperatore præfari cogimur: Cuius ineffabilis uirtutis diuinum principatū Esaias Propheta in hæc uerba prænunciat dicens:Paruulus natus est nobis:& filius datus est nobis:Et fa ctus est principatus super humerum eius:Et uocabitur nomen eius admirabilis: Deus fortis:princeps pacis:pater futuri sæculi. Multiplicabitur eius Imperium: & pacis non erit finis.Ineffabile quidem militantis Ecclesiæ Regnum existit:de quo non satis cognita ægregius Propheta uaticinatur.Nunq̄ profecto Homerus tantis potuit efferre laudibus Græcorum regna:talia de Assiriis:Medis: Parthis: Romanis dixere nunq̄ hystoriographi: qualia de nostro Imperio Deus naturæ parens rerum cui summa potestas cælesti uoce Propheta clamante dixit: Cuius ait principatus super humerum eius. hoc uerbum Apostolorum principi Petro clarius expressit Saluator dicens:Et portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Inexpugnabile itaq; Imperium militantis Ecclesiæ creditur quod humero im mortali isidet:quod æterna regit uirtus:quod diuinitatis armis custoditur.Regna priora cum statueret Deus ipse nonnunq̄ in columnæ ignis siue nubis præcede bat:ut quondā patribus egressis de terra Aegypti ut terrā lacte & melle manan tem possiderent: interdū dexteram regnaturi principis apprehendebat testante Propheta qui ait:Hæc dicit dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dex teram ut subiiciam ante illum regna:& dorsa Regum uertam. At Imperium Ec clesiæ conditurus humero imposuit: quoniam ponet in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius ini quitatis non apponet nocere ei. Surgant tyrāni:serpant hereses: insultent infide les:irrideant philosophi uanas errorum scientias profitentes:cadant stellæ de cæ lo:idest qui ad iusticiam erudiunt plurimos semicredentes: fluctuent: quod tan dem Ioannes Euangelista diuino oraculo futurum prædixit eueniat:percutiatur uidelicet tertia pars solis:& tertia pars lunæ:& tertia pars stellarū:obscuretur tertia pars eorum:& diei non luceat pars tertia:& noctis similiter: priorem quoq; pote statem accipiat Sathanas:immotū stabit imperiū Ecclesiæ: neq; fluctibus aliqū opiet. Quid uergiliano carmine Christi optimi q res hosumq; Deūq; Aeternis regit Imperiis & fulmine terret:adorandum Imperium prosequi uereor: Cuncta enim quæ nobilitatis quidpiam sonant in laudem trahenda sunt Christi:qui diui

na nobilitate decotus præstantissimorum omnium eit auctor. Iouem igitur di
Romano imperio talia loquentem poeta Maro fingendo cecinit,

Romulus excipiet gentem & mauortia condet
Mœnia:Romanosq; suo de nomine dicet.
His ego nec mœtas rerum nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi:quin aspera Iuno
Quæ mare nunc:terrasq; metu:cœlumq; fatigat
Consilia in melius referet:mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos:gentemq; togatam.
Sic placitum: ueniet lustris labentibus ætas.

At quæ sequuntur aptius David
Maro noster:Homerus & Flaccus angelico carmine decantat dicens:Et conci
dam a facie ipsius inimicos eius:& odientes eum in fugam côuertam.Et ueritas
mea & misericordia mea cum ipso:& in nomine meo exaltabitur cornu eius.Et
ponam in mari manum eius:& in fluminibus dexteram eius.Qua tempestate
humana carne circundatus Dei filius huiusce imperii sceptra suscepit: nô purpu
reis pro augusta dignitate tectus uestibus: non aurea corona gemmis irradianti
bus ornatissimus:non feroci sonipede insidens aut triûphans picta sede locatus:
non militum caterua circundatus: non iuuenum numero quibus aurea cæsaries
atq; aurea uestis: uirgatisq; lucerent sagulis stipatus:uerum pauper:humilis:abie
ctus.Huius Cæsar Augustus typum nesciens gerebat:cui in matre censum obe
diens persoluit.Legimus apud ueteres hystorias magnanimos Duces lata regna
fortunatissime subiecisse heroas uirtutes admiranda humilitate deuincentes:quã
rem sacræ quoq; leges christiani Imperii suadent dicentes:quâto magnus es hu
milia te in omnibus:& coram Deo inuenies gratiam.Quam igitur in omni prin
cipe humilitatis & beniuolentiæ uirtutem præclarissimam laudare fas est: hâc in
Christo summo omnium Rege humanato & Imperatore fines imperii militan
tis Ecclesiæ attigente q̃ excellentissime reperiri uoluit prouidentissima Dei ma
iestas.Hinc pauperes discipulos totius orbis Reges instituit:Hinc Petrum pisca
torem retia reficientem euocat: & in throno Cæsaris noua iura dicturum se
dere iubet: Romanam urbem: nedum terræ marisq; oras incolentes mortales
omnes sub pedibus eius subiecit.Hæc sedes perpetua erit quoadusq; iusticia cô
uertatur in iudicium:deinceps adeptura per excellentiam æterni imperii inuisam
mortalibus incognitamq; Maiestatem.Interea post adeptam potestatem omnẽ
in cælo & in terra Christus Deus & homo septima ætate incertis annorũ spaciis
præterlabente Romano Imperio principabitur: uestitus podere & præcinctus
ad mamillas zona aurea.Caput autem eius & capilli erunt candidi tanq̃ lana &
tanq̃ nix:Et oculi eius uelut flâma ignis:Et pedes eius similes auricalco sicut in
camino ardenti:Et uox illius tanq̃ uox aquarum multarum:habebitq; in dextera

sua septem stellas:& de ore eius gladius bis acutus exibit. Hoc enigmate regēdi imperii morem Christi optimi beatus euangelista Ioannes descripsit sancto edocente spiritu. Nolo (quod nostri minime muneris est) impræsentiarum singula quæque sacramenta exponere, ad diuinos interpraetes perlegendos prudentē hortans lectorem: uariarum disputationum longum certamen iamiam ingressurus. Annue quæso superum mortaliumque o fœlix Pater Christe Iesu Maxime uotis meis:& Imperii tuæ militantis Ecclesiæ dignitatem gloriamque studio peruigili explanaturo fauens: illuminans oculos meos ne unquā obdormiam in morte. Nullus enim tua dogmata uere intelligere potest nisi ipse affueris: testāte Propheta qui ait: Et ueritas tua in circuitu tuo.

¶ Titulus primus de nomine Imperii militantis ecclesie



Voniam ut ait Themistius in primo physicorũ. Initium eorum q̃ dicturi sumus: cõmodissimum est percunctari qd significet nomẽ. Questio nẽpe quid nominis. ut habetur ex primo posteriorum in scientiis presupponitur: tractaturi de imperio militantis ecclesie: necessario primo inuestigabimus ea: q̃ ad hoc nomen complexum Imperium militantis ecclesie explanãdum pertinent. Circa quæ queruntur tria.

¶ Primo. An nomẽ Imperii ꝯueniat ecclesie.

¶ Secundo. An ecclesia sit congregatio hominum sub fide Iesu christi.

¶ Tertio. An nomẽ militie ꝯueniat ecclesiæ.

¶ Vtrum nomen Imperii conueniat ecclesie Questio prima.



D primam questionẽ sic proceditur. Videt̃ ꝙ nomen imperii nõ conueniat ecclesiæ. Primo quidem. Nomen Imperii conuenit habẽti regnũ. sed ecclesia in hoc mũdo regnum habere non debet sicut nec christ⁹ habuit. Io. xviii. Regnũ meum non est de hoc mundo ergo nomen Imperii non conuenit ecclesie.

¶ Preterea. Cui conuenit nomen Imperii: cõuenit imperare. sed ecclesie non conuenit imperare sed subesse exemplo saluatoris dicentis. Sicut filius hominis nõ uenit ministrari sed ministrare. ergo nomen Imperii non conuenit ecclesie.

¶ Preterea. Potestas ecclesie & potestas Imperii sunt inuicem distincte deo iubente sicut habetur. xiii. q. iiii. c. quesitũ: & figurantur in duobus magnis luminarib⁹ sole & luna. ergo unius nomen nõ conuenit alteri.

¶ In oppositum est. Cui competit nomen regium conuenit & nomẽ Imperii cum regum sit imperare sibi subiectis. sed ecclesie conuenit nomẽ regiũ sicut hẽt prie petri. ii. Vos autem genus electũ: Regale sacerdotium: gens sancta. ergo nomẽ imperii conuenit. ecclesie.

¶ Respondeo dicendum. Qđ nomen Imperii principatum significat siue precipiendi munus. Imperant autem quedam quidem natura: quedam uero ex institutione superioris siue Dei siue cuiusuis alteri⁹ naturæ. Nam iquit Aristoteles in primo Politice. Statim ex generatione q̃dam distincta sunt: alia quidẽ ad imperandũ alia uero ad parendum. In eodem quoq; capitulo declarans philosophus quib⁹ cõpetat nomen Imperii: ait. Quecunq; ex pluribus constant & unum quid cõe fiunt siue ex ꝯtinuis siue ex discretis in oĩbus apparet quod imperat & quod paret. Cũ uero ecclesie nomen congregationẽ quandã perfectorum significet: nomen Imperii perfectissime cõpetit ecclesie. Semper. n. inquit idem philosophus in loco preadducto melius est imperiũ meliorũ parẽtiũ seu hois q̃ bestiæ. Nã quod a melioribus pficit̃: meli⁹ est opus. Qđ si nomẽ Impii p supma auctoritate sup reges oẽs ac principes more Romano: accipimus: idem ecclesie quoq; ꝯuenit perfectissime: sub cuius pedibus oĩa Deus subiecit. dicente dño q̃ caput ẽ ecclesie Data est mihi oĩs potestas in celo & in terra. Mathei. ultimo. Ipsi pariter ecclesie in terris: datũ ẽ hoc uniuersale imperium. a chr. Matth. xvi. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cælis & quodcunq; solueris super terram erit solutum & in cælis. Vnde & ecclesia Imperatorem ministrũ in tẽporali administratione habet. cuius auctoritate eligitur: confirmatur. corrigitur ac nõnũq̃ deponitur. Inde Io. Chrisosthomus super actus Apostolorum ait. Petrus a filio super oẽs qui filii sunt potestatem accepit non ut Moyses in gẽte una sed in uniuerso orbe.

¶ CVMQVE DVPLEX sit imperiũ: teste Arist. in primo politicorũ: scilicet despoticũ & politicũ: utrũq; cõtẽplari licet in ecclesia militante. Dicitur autem despoticus principatus quo aliquis principatur seruis: qui non habẽt facultatem in aliquo resistendi imperio precipientis: quia nihil sui habent. Principatus ãt politicus siue Regalis dicit̃ quo aliquis principatur liberis: qui & si subdantur regimini p̃sidentis: tamen habent aliquid proprium ex quo possũt reniti precipientis Impio. Despoticum itaq; est Imperium militãtis eccesiæ in qua principatur christus propter quem omnia facta sunt. Apoc. iiii. Dignus es domine Deus noster, accipere gloriam & honorem & uirtutem: quia tu creasti oĩa & propter uoluntatẽ tuã erant & creata sunt. Seruitus ãt uere spectandum ad Imperium militantis ecclesiæ est uoluntaria: ea propter Iam non sumus serui

sed liberi. Qua libertate donauit nos christus ut ait Apostolus. Refulget igitur in ecclesia Regale imperiū quia regnū est. De quo Regno Esa. c. viii. dicitur. Super soliū Dauid & regnū eius sedebit glo. idest super ecclesiam quæ significata est per regnum Dauid. Item luce. i. Regnabit in domo Iacob in æternū & Regni eius nō erit finis. glo. Regnabit in domo Iacob. idest in tota ecclesia: q per fidem & confessionem christi ad patriarchas ptinet sorte. Hinc Gregorius in homelia de Virginibus ait. Sæpe in sacro eloquio. Regnum celorū presentis tēporis ecclesia dicitur: de quo & in alio loco: dominus dicit. Mittet filius hominis: Angelos suos: & colligent de regno eius omnia scandala. Neq. n. in illo regno beatitudinis: in quo pax sūma est: inueniri scandala pote unquque colligantur.

HABET AVTEM regnum ecclesiæ oēs conditiones: q quoquo modo. spectant ad Regni dignitatem.

Prima est recta Institutio: idest non per tyrānidem: non per fraudes incohatum est regnum ecclesiæ. pso. lxxxvi. Homo natus est in ea & ipse fundauit eam altissimus.

Secunda conditio est. In multitudine populorum ac prouinciarum diffusio. pso. lxxxxi. Et dominabitur a mari usq ad mare & a flumine usq ad terminos orbis terrarum. Item Danielis vii. Dedit ei Deus potestatē: potestatē & honorem. & regnum: & oēs populi: & tribus: & linguæ: seruient ei.

Tertia est admirabilis ordinatio: de qua in sequentibus.

Quarta conditio est optimatū principum: ac populorum icredibilis unio. hier. xxxii. Dabo eis cor unum & animam unam.

Quinta est diuinæ pacis possessio. Esaie. xxxii. Sedebit populus meus: i pulchritudine pacis in tabernaculis: federis: & i reqe opulēta.

Sexta conditio est: omnium diuitiarum acquisitio. pso. cxii. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi.

Septima est insupabilis uirtutis comprobatio. Math. xvi. Et portæ inferi: non preualebunt aduersus eam. Hinc hylarius lib. vii. de trinitate dicit. hoc quippe ecclesiæ proprium est: q dum persequitur floret: dum opprimitur crescit: dum contēnitur proficit: dum leditur uincit: dum arguitur intelligit: tunc stat cum superari uidetur.

Octaua conditio est: Iustissimarum legum sanctio. lex. n. domini est immaculata: conuertens animas.

Nona est: Dei Regis gubernatio. Christus semper regnum ecclesiæ gubernat. Apoc. xi. Factum est regnum huius mundi: domini nostri & christi eius. Item Math. ultimo. Ecce ego uobiscum sum usq ad consumationem seculi. Ipse uero est Rex regum & dominus dominantium. prime ad Thy. quinto.

Decima est omnis nobilitatis ac dignitatis adeptio. pso. lxxi. Adorabunt eum omnes Reges. Quamobrem. B. Petrus scribens fidelibus: ait. Vos estis genus electum: Regale sacerdotium: gens sancta: populus acqsitionis.

Vndecima est: omnium deliciarum inuētio. Nam. ut inferius declarabitur: omnes delitias continet imperiū militantis ecclesiæ.

Duodecima conditio est: semper permansura duratio. pso. cxliiii. Regnum tuum: regnum omnium seculorum. Inde Ambrosius super lucam. de ecclesia: loquens: dicit. Ecce ciuitas que uiuit in eternū: quia mori nescit. Ipsa enim Ciuitas hierusalem nunc uidetur in terris: sed rapietur supra h eliam.

Summæ duodecim conditiones ecclesiæ ueluti signa celi duodecim. sub quibus sol Iustitie christus Deus decurrens: mirabili ordine uniuersum gubernat mundū. Has duodecim patriarchæ prefigurarunt: duodecim prophetæ preloquūtur. Dauid: Salomon cum quattuor maioribus prophetis: Paulus Apostolus & Actus ipsorum: cum quattuor euangeliis apertius descripserunt: quas demū per totum orbem terrarum: duodecim Apostoli domini predicarunt.

VERVM SCIENDVM. q ad dignitatē Regni ecclesiæ militantis magis magisq explicandam: diuinæ litteræ illud noie. Imperii sepenumero prosequuntur. Esa. ix. Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis. Item prime ad Thy. vi. Rex regum & dominus dñantium: qui solus habet īmortalitatem & lucem habitat inacessibilem: quem nullus hominum uidit sed nec uidere potest. Cui honor & imperium sempiternum. Amen. Primæ quoq Petri ultimo. Deus autem omnis gratiæ: qui uocauit nos in eternam suam gloriā in christo Iesu modicū passos: ipse perficiet: confirmabit. solidabitq. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Nomine igitur Imperii decoranda est ecclesia. Tum propter uenerationem diuinarum litterarum. que huiusmodi nomine utuntur. Tum quia pro suprema potestate nunc accipitur. Tum quia

cōmune est Regib⁹ ac sacerdotibus: Ecclesia uero utriq; pariter imperat.

¶ Ad primum ergo dicēdum est: q̄ & ecclesia recte regnum habet & ipsa regnum est: ut dictū est: christi Regis Maximi. Cuius regnū dicitur non fuisse de hoc mundo: quia ut dicit Crisosthomus: non fuit modo humano uidelicet acquisitum uel conseruatum: fortitudine ministrorum. Et si quis argumentaretur. igitur non uidetur licere ecclesiæ conseruare imperium suum fortitudine ministrorū. Dicendū q̄ nō licet: principaliter. Maledict⁹. n. homo qui confidit in homine. & ponit carnem brachiū suum & a duo recedit cor eius.

¶ Ad secundum dicendū. q̄ christo ut De⁹ est conuenit Imperare & ministrari: ut homini uero. propter exemplum prestandum: conuenit subesse. Luce. ii. Et erat subditus illis. & ministrare. luce. xxii. Ego autē in medio uestrum sum: sicut. qui ministrat. Pariter ecclesie prelatis semper conuenit humilitas: qua ministri dicuntur & auctoritas: siue potestas. qua celū apiant dignis & claudant indignis.

¶ Ad tertium dicendum. q̄ licet potestas ecclesiæ distinguatur. a potestate imperii terreni: non tamen condistinguuntur omnino. Spiritualis n. claudit in se temporalem. Nam gladius est sub gladio: Cum. n. dicat Apostolus. Non est potestas nisi a Deo. Que autem a Deo. sunt ordinata sunt. Non autem essent ordinata nisi gladius esset sub gladio & tāq̄ inferior reduceretur per alium in suprema: iuxta sententiam. B. Dyonisii. Hec autem in sequentibus. suis locis. latius disputabuntur.

¶ Vtrum ecclesia sit congregatio hominū: sub fide Iesu christi.
Questio secunda.

AD secundam questionem sic proceditur. Videtur. q̄ ecclesia a non sit congregatio hominum sub fide Iesu christi. Primo quidem. Archa noe: ecclesiam figurabat. Sed in archa Noe: non solum erat congregatio hominum sed & brutorum. ergo ecclesia non est congregatio hominum.

¶ Preterea. Iusti solum uidentur ad ecclesiā pertinere. secundum illud Hier. in comentario super epistolam Pauli. & habetur de pe. di. Prima. ecclesia. Ecclesia inquit christi gloriosa est non habens maculam neq; rugam: nec quid istiusmodi. Qui ergo peccator est & aliqua sorde maculatus de ecclesia christi non potest appellari: nec christo subiect⁹ dici: Sed homines sunt boni & mali: ergo non uidetᵉ solū dicēdū q̄ ecclesia sit ɔgregatio hoim.

¶ Preterea. Ab Abel ecclesia incohauit: ut inquit. B. Augustinus de. ci. Dei. sed tunc non erat fides Iesu christi. ergo uidetur. q̄ ecclesia: non sit congregatio hominum. sub fide Iesu christi.

¶ In oppositum est: quod habetur in decretis de conse. di. i. in cap. ecclesia. Ecclesia est catholicorum siue fideliū congregatio Item glo. 1. ad Thim. iii. super illud. Quod est ecclesia Dei: dicit. Ecclesia est conuocatio multorum ad unius Dei cultum.

¶ Respondeo dicendum. Q. d nominis ecclesie significatum: quinquies humana institutio uariauit.

¶ Primo nāq; ad significandum conuentum hominum impositum fuit: auctore Beda: qui exponens illud prouerbiorum quinto. Pene fui in omni malo in medio ecclesie & synagoge: ait. Ecclesia & synagoga: greca nomina sunt. & unā eandemq; rem significant latine: conuentum. s. plurimorum adinuicem.

¶ Secundo populus iudeorum: dictus est ecclesia & sinagoga: quāuis sinagogæ nomen fuerit apud ipsos iudeos frequētatiuissimum. Vnde. Numeri. xxii. dictū est Moisi. Cur eduxisti: ecclesiam dei in solitudine.

¶ Tertio post aduentum saluatoris pars populi iudeorum in christum credentis dicta est ecclesia: reliqua: ceca perseuerans: synagoge nomen retinuit. Huius rationem affert. B. Augustinus super pso. lxxxi: dicens. Ipsorum ꝓprie synagoga dici solet quāuis & ecclesia dicta sit. Sed nostram apostoli synagogā nūq̄ dixerunt. sed semper ecclesiam siue discernendi causa: siue q̄ inter congregationem: unde synagoga. & conuocationem: unde ecclesia: nomen accepit aliquid distet. q. s. congregari & pecora solent ac ipsa proprie. quorū & greges proprie dicimus: conuocari est magis utentium ratione sicut sunt homines. Hec. Augūs.

¶ Quarto nomē ecclesie institutū fuit: ad significandam congregationem omnium fidelium siue uiatorum siue comprehensorum hominum & Angelorum. Inde apostolus ad Ephe. Primo de christo loquēs inquit Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam: glosa: q̄ in celo & q̄ in terra est. Quamobrem ecclesia: in militantem & triumphantem secari solet.

¶ Quinto. nomen ecclesie pro congregatōe

omnium hominũ.qui sub una fide Iesu christi fuuuti degũt accipit.hinc super illud psi.Erit apud te la* una in ecclesia magna:glosa inqt. In toto orbe non modo in africa, ut aiunt donatiste. Et Augustinus super eodem ait. Ecclesia magna qd ẽ fratres? Nũquid exigua pars orbis terrarum: ecclesia magna est? An ecclesia magna totus orbis est? Hoc itaq; modo.de imperio militantis ecclesiæ tractantes: nomen accipimus ecclesiæ:cõgregationem. f.fidelium sub fide Iesu christi siue boni siue mali existant.& utriusq; sexus.

¶Qua ratiõe. Saluator ecclesiã eandẽ assimilauit:Sagenæ misse in mari & ex omni genere piscium congreganti. Matth.xiii. Super quo dicit.B.Gregorius in homelia.Sancta ecclesia comparatur sagene misse in mari & ex oi genere pisciũ congreganti:quia nunc bonos malosq; cõiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet. sed littus sanctæ ecclesie.idest finis:indicat sagena quid trahat. Item Augustinus de fide ad Petrũ.c.iiii.dicit. Firmissime tene & nullatenus dubites arcam Dei esse ecclesiam catholicam & intra eam usq; in finẽ seculi frumento paleas contineri.hoc est.bonis malos sacramẽtorum comunione miscert & in omni professione siue clericorum: siue monachorũ:siue laycorum:esse bonos simul & malos.Hæc Augustinus. Gregorius quoq; in omelia:de decem Virginibus: Matth.xxv: ait.Presens ecclesia regnum celorum dicitur. Et quia ex utroq; sexu multipliciter colligit: sancta ecclesia decem uirginibus similis denunciatur in qua q2 mali cum bonis & reprobi cũ electis sunt admixti recte Virginibus prudentibus & fatuis similis phibetur. Hæc Gregorius.Hæc itaq; potiora sunt significata huius nominis ecclesia quamuis extendendo & ad alia significanda: nõnũq eo utamur.Dominum.n.oratiõis ecclesiã dicimus: iuxta illud prime ad.Cor xi.An ecclesiam Dei cõtẽnitis. glosa.idest domum orationis:Nõnũq prelati: ecclesia dicuntur aliquando etiam soli subditi.Matth.xviii. Si peccauerit in te frater tu* dic ecclesie: glosa chrisostomi. idest his: qui psunt. Et Actuum.xx. Paulus maioribus ecclesie Ephesi:inquit.Attendite uobis & uniuerso gregi. in quo posuit uos spiritussanctus: regere ecclesiam suam.

¶Ad primum ergo dicendum.q; glo.super. c.viii.ge.inducit rationẽ: propter quam.archa noe figurabat ecclesiam dicens. Qd cuncta animaliũ genera includuntur in archa significat.q; ex omnibus gentibus & nationibus cõgregatur ecclesia: sicut in disco Petri munda & imunda sunt alia:sic in ecclesie sacramentis:uersantur boni & mali. & super illo uerbo emisit columbam post coruum:ita subiungit. Archa continet coruum & columbam ita ecclesia bonos & malos.

¶Ad secundum dicendum.q; licet in ecclesia boni & mali indifferenter sint permixti:differenter tamẽ ad ecclesie unitatem pertinent. Cum.n. caritas sit uinculum perfectionis ad colo.iii qui.caritate:informatam habent fidẽ: sunt mẽbra uiua & sana ecclesie:ratione quorum ecclesia dicitur sancta:formosa:decora: speciosa & imaculata. Sic itaq; soli iusti tanq membra perfecta ad ecclesiam pertinent que unionem eum christo non solum secundum fidem sed etiam secundum caritatem significat.Et quum ecclesia:indistincte imaculata:soleat dici: non tamen est imaculata nisi respectu illorum. q in ecclesia sunt merito & numero. Augustinus quoq; in libro.ii retractationum.alia ratione:uocasse se ecclesiam imaculatam asserit dicens. Vbicũq; autẽ in Libris cõmemoraui ecclesiam non habentem rugã aut maculam:non sic accipiendum est: quasi ea sic sit:sed que preparatur ut sic sit quando apparebit gloriosa.Nunc autem propter quasdam ignorantias & infirmitates membrorum suorum:habet unde quotidie tota dicat.Dimitte nobis debita nostra.Hec Augustinus.

¶Ad tertium dicendum.q; status ecclesie ordinatur ad statum beatitudinis ad quam peruenire nõ possum* sine fide Iesu christi iuxta illud actuum.iiii.Non est aliud nomẽ in quo oporteat nos saluos fieri.Et ideo in omni tempore fuit necessaria fides Iesu christi implicita aut explicita & diuersimode:secundum diuersitatem temporum & personarum. Vnde & gentiles.qui saluati fuerunt quibus nõ fuit facta reuelatio de christo:habuerũt fidem implicitam de eo in diuina prouidentia:eredentes Deum esse liberatorem hominum secundum modos sibi placitos.

¶Vtrum nomen militie conuenit. ecclesie.Questio Tertia.



AD Tertiam questionem sic procedi tur. Videtur q; nomen militie non conueniat ecclesiæ primo quidem. Quod simpliciter conuenit ecclesiæ debet ad dignitatem pertinere:cũ ecclesia

sit imaculata:sed militia nō pertinet ad digni tatē:qa ut dicunt iuristæ.militia nō est digni tas.ergo nomē militiæ nō conuenit ecclesiæ.

¶ Preterea. Multi sunt in ecclesia quibus nō cōuenit militare sicut pueri:senes ratione debilitatis ac fœmine ratione sexus:ut pbat Aristoteles.ii.politicorum. Igitur nomen militiæ nō uidetur conuenire ecclesiæ.

¶ Preterea. Nihil habens de propinquo peccatum conuenit ecclesiæ:sed militia de peccato habet peccatum annexum sicut & officia negociationis & publicanorū ut patet & singulariter testatur .S.T.in.iiii.d.pria.q.pria. ar.v.q.i.ad primum.Non igitur nomen militiæ uidetur conuenire ecclesie.

¶ In oppositū est quod dicitur Iob vii. Militia est uita hominis super terram:sed solūmodo ad presentē ecclesiā pertinet homo quādiu est super terram.Igitur conuenit apertissime nomen militiæ ecclesiæ.

¶ Respondeo dicēdum.q Militia est ars militis.Miles uero a mille dictus est quasi millesimus:hoc est quisquis ex millenario numero fiebat. Legio.n.primo(ut Varro inquit)triū millium fiebat.Vel quia primo electi sunt mille a:Romulo. Sunt etiam qui nomen militis a malo arcendo uel a multitudine originem traxisse testentur . ceu habetur . L.pria.§.fi.ff. de test milit.Militiæ apud ueteres:tria erāt genera.Alii euocati dicebanť:qui nō milites sed promilites erant. Alii tumultuarii:qui necessitate aliqua electi ad unū tantum bellū militabant.Alii sacramento religabanť:qui post electionem in rempublicā iurabant.quod militare sacramentū dicebatur.hi plenā militiam habebāt erantq uiginti & quinq ānis obligati. Vbiq ergo multitudo. Ait quoq glo.ordi.in le.pe.ff.de test.milit:Militiā tribus modis dicit: equestrē.s.celestem & legalem. Antiquitus uero ut dicit.S.Thomas in primo ethycorū Miles dicebatur nō solum eques:sed etiam quilibet pugnator ad uincendum.Nam ars militaris est propter uictoriam:ad quam ordinatur omne officium bellicū:& ipsa ordinat equestrem & naualē in suum finē.Officium militis est assistere regi & fideliter ac constanter pugnare cōtra hostes pro patria. Milites in exercitu primo subiiciuntur Duci propter uoluntatem Regis si superiorem habeat Dux exercitus:secundo aliis coordinātur. Quamobrē milites deserentes regē: & sequentes Ducem aduersum a rege peccant : sicut contigit demonibus.Et hec quidem carnalis est militia: que nos in notitiam militie spiritualis deducit:que uera est militia.

¶ CVM ITAQVE ecclesia in hac ualle constituta: ad Deū ordinetur tanq̄ ad finem extrinsecum sicut & totum uniuersum.(Dicit.n.Aristoteles.xii.Metaphysice q Deus cōparatur ad totum uniuersum sicut Dux ad exercitum:)perpetuas quoq instruit acies ad uersum spiritualia nequitie in cælestibus: cōtra carnem & mundum: sitq hierarchia ecclesie a celesti hierusalem in qua militia celestis triumphat exēplata:teste.B. Dyonisio in li.de ecclesiastica hierarchia: aptissime nomen militiæ conuenit ecclesie.

¶ A.mille quoq q uere ad ecclesiā spectant milites dicuntur recte:quia ad numerū signatorum pertinent de qbus dicitur Apoc vii. Et audiui numerū signatorum centūquadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel:Itē Danielis.vii. Milia milliū ministrabunt ei & decies cētena milia assistebant ei.Millesimus.n.numerus perfectus est:qa cubus idest solidus cuius radix est decē : nabet namq trinā dimensionem.s. decies decies decies : Millesimus itidem numerus ultimus est numerorū. Milites igitur sunt uera ecclesie mēbra:qa sola perfecta diuina caritate soliq spe ueraria coronātur.& ad millesimū perueniētia.

¶ EST AVTEM TRIPLICITER aliquis miles ecclesiæ.

¶ Primo pugnando cōtra peccata.Iob.xiiii. Cunctis diebus:quibus nunc milito:expecto donec ueniat immutatio mea. Et hec pugna ē contra carnē:mundum & diabolū. Ad ephe. ultimo . Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē:sed aduersus mūdi principes tenebrarū harum.

¶ Secūdo est aliquis miles christi pugnādo contra errores secūdo ad Cor.x.Arma militie nostre nō carnalia sunt : sed potentia Dei ad destructionē munitionū:consilia destruētes.

¶ Tertia est militia martyrū contra tyrānos. & hec est laboriosior.Iob xxv.Nūquid est numerus militū eius.Et nō debet quiescere miles quia dicitur a militia sustinenda.In bona militia requiruntur duo ex parte militis:ut s. nihil agat contrariū discipline militari:ut nō marcescat ocio prie ad Cor.ix.Omnis qui in agone cōtendit ab omnibus se abstinet. Item ex parte militiæ duo requiruntur.s. ut expugnet contrarios reipublicæ & ut subiiciat eos : qui debent esse subiecti.Sic & in militia spirituali est:quia ordinatur ad destruendū omnes ex

tollentes se : & ad subiiciendum omnẽ intellectum in obsequium christi: ut dicitur secũde ad Cor.x. Et hæc est uera militia de qua dicitur prime ad Thymo.primo. Hoc preceptũ comendo tibi.fili Thimothee secundum precedentes in te prophetias: ut milites in illis bonam militiam: habẽs fidem.& bonã conscientiam . Ideo dicitur Prime Io.ultimo. Hec est uictoria.que uincit mundum fides. Et secũde ad Cor.primo. Gloria nostra hec est: testimonium conscientie nostræ. Nomen igitur militiæ conuenit ecclesiæ. Hinc Gregorius libro octauo Moralium: exponens dictũ Iob. Militia est uita hominis super terram: dicit. Quid appellatione militiæ nisi contra hostes exercitium designat ? Temptatio itaq; militia est: quia dum contra malignorum spirituũ insidias uigilat: in bellorum procinctu proculdubio exudat.

❡ Ad primum ergo dicendum.ꝙ licet militia nõ sit dignitas particularis ut consulatus: ad dignitatem tamen pertinet idest quid nobile & dignum sonat. Vnde milites pleriq; priuilegiis noscuntur insigniti: ut iura clamant.

❡ Ad secundum dicendum.ꝙ omnes: etiam senes: infirmi: ac femine: ratione utentes: possunt militare militia spirituali licet nõ carnali: imo ex uoto christiane professionis: ad id tenentur. Pueri uero nõ utentes ratione licet actu nõ militent: imperii tamẽ militantis ecclesiæ militiæ sunt astricti sacramentoq; militari alligati: propter ea que in baptismo promiserunt. Quare uoto milites sunt ecclesiæ: non exercitio.

❡ Ad tertium dicẽdum. ꝙ licet militia ac negociatio terrena de propinquo habeant peccatum: non tamen prohibentur omnino exerceri. Militia uero & negociatio spirituales qa ad expugnanda peccata ordinantur: sunt de necessitate salutis: & precipiuntur a Deo: iuxta illud prime ad Thymo primo. Hoc preceptum cõmendo tibi &c.& lucæ.xix. Negociamini dum uenio.

❡ Titulus Secundus de perfectiõe essentiali Imperii militantis ecclesie.



Explanatis his: que ad quid nominis imperii militantis ecclesie spectant: considerandũ est: de his: que pertinẽt ad quid rei: eo modo quo in complexis reperiri potest. Erit autẽ triplex huiusmodi consideratio. Nam primo ingrediemur de perfectione essentiali Imperii militãtis ecclesie: secundo de perfectione accidentali: tertio de ordine. Cum autẽ omne ens sit unum aut plura: & unũquodq; quod sub celo est certo sue durationis periodo determinetur: erit quoq; disputatio triplex: circa perfectionem essentialem Imperii militãtis ecclesie. Primo enim determinabitur de his: que pertinent ad perfectionẽ essentialem Imperii militantis ecclesie: secũdo agetur de eius unitate: tertio de illius duratiõe. Circa primũ uero qrunt duo.

❡ Primo . An imperium ecclesie militantis sit monarchichum.

❡ Secundo . An imperiũ ecclesie militantis contineat in se Politicũ & Aristrocaticum.

❡ Vtrum Imperium militantis ecclesie sit monarchichum. Questio prima.



AD Primã questionem sic proceditur. Videtur.ꝙ imperiũ militantis ecclesie nõ sit monarchichum. Primo quidem Imperiũ Monarchicum habet hominẽ mortalem Imperatorem. sed ecclesia nõ habet hominem imo solum christũ qui caput est oĩs principatus ut inqt Apostolus ad Colo.prio. ergo Imperium militãtis ecclesie: nõ est monarchicũ.

❡ Preterea. Imperio Monarchico un⁹ plene principatur. sed hoc nõ uidetur necessarium. Tum qa terrenus princeps terreno principatui & spiritualis spirituali principari debent. Tum quia purus homo nõ uidet̃ sufficere ad gubernandã totam humanã rempublicã in temporalibus & spiritualibus. Tum qa hoc uidetur cõuenire Deo: q solus interiora & exteriora cognoscit. Igitur . Imperium militantis ecclesiæ: non uidetur esse monarchicũ.

❡ Preterea. Monarchiæ omnes fuerũt presfiguratæ Danielis.vii: per quattuor bestias.s. per leenã habentẽ alas Aquilæ. significantẽ monarchiã Assiriorũ: per Vrsum habentẽ tres ordines dentiũ in ore figurantẽ Monarchiã Persarũ & Medorũ: per bestiã similẽ Pardo habẽtẽ alas auis & quattuor capita representantẽ Monarchiã græcorũ : per quartam bestiam dissimilem cæteris siue ut hebreis placet similẽ Apro: terribilẽ : habentẽ dentes ferreos comedentẽ & cuncta cõminuentẽ & reliqua pedibus conculcantẽ: que signabat Monarchiã Romanorũ: sed Imperiũ militantis ecclesiæ sub nulla illarũ continet̃. Tum qa omnes precessit tẽpore ut infra dicet̃. Tum qa nõ uidet̃

cōueniens ut assimilet feris. Igit Imperiū militantis ecclesiæ: nō uidet dicēdū Monarchicū.

¶ Preterea. Imperii monarchici princeps: imperator nominat apud latinos siue Rex. Sed hoc non fit in impio militantis ecclesie: ergo non uidetur ipsum monarchicum.

¶ In oppositū est, qd ait. B. Dionisius cap. vi. ecclesiasticæ hierarchiæ. Nostra n. hierarchia a: Deo traditis ordinib⁹ sancte disposita: sanctis & celestibus hierarchiis cōformis est. Item super illud Iob. xxxviii. Nunqd nosti ordinē cæli. B. Gregorii glo. inqt. Ordo quidē cæli in terra ponit: hoc est in militante ecclesia: cū a triūphantis ecclesie exēplari: militās disponit & format. sed Imperiū triūphātis ecclesiæ est monarchicū: igitur & militans Imperiū monarchicum esse debet.

¶ Respondeo dicendū. q Imperium multiplex existit scilicet oligarchicū: quo paucio res multitudini imperāt: Democraticū qd populi est principat⁹: Aristocraticū: quod optimorū principat⁹ dicit: unde optimates nominati: Politicū: quod est cū ingens hominū numerus ueluti plebs aut exercit⁹ urbi uel prouinciæ cuiuis principat ac Regiū quo solus imperii habenas moderat. Verū recolito Politicū nomē nonnūq genus esse ad oēs p̄latos principatus: aliqū cōdiuidi: ceu in presentiarū animaduertis. Regius āt princ: pat⁹ oium p̄fectissimus secūdū se est iuxta illud Aristotelis. xii. Meth. Nec bona pluralitas principatuū: unus ergo p̄iceps. Qd pri⁹ ab Homero dictū fuit. Tū qa pacē, que omniū principatuū est finis: efficacius p̄ducit ut pote magis un⁹. Tum qa perfectissimo Dei ac naturæ imperio ꝗ simillimus. Plura nāq mēbra unū cor regit: Vna ratio, iter animæ uires p̄sidet. Vnus deniq De⁹ totius est uniuersi rector ac ꝯditor.

¶ MONARCHIA: principatus est uniuersis principibus imperās. Inde Regē Monarchā Imperatoris noie latini uocāt. Cū autē Imperium militātis ecclesie sit p̄fectissimū: per qd reges regnāt & legū cōditores iusta decernūt: necessario erit Monarchicū. Inde Eze. xxxiiii. dicitur. Suscitabo super eos pastorē unū &. xxxvii. & pastor erit un⁹ oium uestrū. Secūdo probat: Imperiū militantis ecclesie, ratiōe perfectissime unionis: in mēbris imperii repertæ esse monarchicum. Vna. n. est ecclesia: unitate caritatis: fidei & spei: legis diuinæ & naturalis sacramentorūq omnium: unius finis: unius uolūtatis & amoris. hinc Apostolus prime ad Cor. xii. Multi: unū corpus sumus. In prio quoq capitulo eiusdē epistolæ dixerat idem Apostolus. Idipsum dicatis oēs: & non sint i uobis: scismata. Vnus igit debet esse monarcha: pricipes singulos gubernās: sicuti natura: i toto uniuerso & i ueteri lege cōtēplari licet. hic mod⁹ arguēdi ē S. Thomæ i. iiii. sniaꝝ.

¶ Adhuc. cū Imperiū militātis ecclesiæ: sit ordinatissimū: erit Monarchicū cū iuxta sniam Aristotelis in qrto Politicoꝝ. Omniū urbanitatū p̄fectissima: sit regnū. quod cōsistit ex oī ordine ad unū: secundū p̄fectissimā gubernationē. Quāobrē Io. x. dicit erit unū ouile & un⁹ pastor. hinc ecclesia: p arcā Noe designatur: que in uno cubito cōsumata fuit Ge. vi.

¶ Amplius. Cū xp̄s i necessariis ecclesiæ sue nō defuerit: quā dilexit & pro qua sanguinē suū fudit: cū & de synagoga dicat per dūm: Quid ultra tibi debui facere & nō feci? Esaie qnto: necessariū uero sit ad cōseruandā fidei unitatē: que p diuersitatē sniaꝝ diuideret: esse unū p̄incipē p cuius sniam in unitate cōseruet: nō ē dubitandū quin ex ordinatione xp̄i unus toti ecclesie p̄sit: & p consequēs monarchicū sit imperium militantis ecclesiæ. Ideo. Matth. xvi. dicit. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Hac ratione. B. Bernardus. libro iii. de consideratione ad eugenium papam: scribit dicens. Sicut. n. Seraphin & cherubin & ceteri ordines sunt sub uno capite Deo: ita & hic patriarchæ: Archiepi & reliq sub uno pōtifice sūmo. Quod nō est paruipēdendum: q Deū habet auctorē & q de cælo ducit originē.

¶ Ad primū ergo dicēdū. ut inqt. B. Thomas. iiii. cōn. gen. cap. lxxvi. Si qs autē dicat q unū caput & unus pastor est xp̄s: q est unus unius ecclesiæ sponsus: nō sufficiēter r̄ndet. Manifestum est. n. q oia sacramēta xp̄s ipse p̄ficit. Ipse. n est. q baptizat Io. prio. Ipse est uere sacerdos: q se obtulit in ara crucis: in cuius uirtute corpus eius cōtinuo in altari cōsecrat. Et tñ qa corporaliter nō cū oibus fidelibus p̄sentialiter erat futurus: elegit ministros: p quos p̄dicta fidelibus dispensaret. ut supra dictū est. Eadem igit ratione. (qua p̄sentiā corporalē erat ecclesiæ subtractur⁹) oportuit. ut alicui ꝯmitteret q loco sui uniuersalis ecclesiæ gereret curā. Hec. S. Thomas. Cōueniens itaq est hoīem esse monarchā Imperii militātis ecclesiæ: sub christo tamen sicut eius uicariū.


¶ Ad secundū dicēdū. q cū Imperiū militātis ecclesiæ sit hierarchicū. ut dictū fuit: necessariū est. ut plena auctoritate un⁹ in eo princi pet. Nā hierarcha un⁹ suprem⁹ est: cūctis ordi

nibus p̄sidens in quē oīs hierarchia cōsumatur.ut ostendit.B.Dyonisius in q̄nto cele.hierarchiæ.Cōueniēs quoq; est.ut spiritualis p̄nceps:terrenis dominet (licet nō semp q̄tum ad imediatā administrationē)qa tēporalia ad spiritualia ordinant:Ad hoc ēt regimē:solus homo ē malus sufficit:cū semp adsit p̄sentia xp̄i Imperatoris:cuius uerba trāsire nequeūt. Aduersatur igitur christo Deo: qui etiam malo monarchæ Imperii militan:Is ecclesiæ:colla nō submittit.

¶Ad tertium dicendum.q̄ Monarchia christi quinta est.que successit monarchiæ Romanorum:non per bestias sed per Salomonis imperiū singulariter prefigurata. De quo dicitur p̄so.lxxyi.Et permanebit cū sole & ante lunā in generatione & generatione.& paulo inferius. & adorabunt eum omnes reges: omnes gētes seruient ei. Item per Danielem: ut in sequēti questione dicetur.Q uamuis autem fuerit ante christi aduentum in carne:nō tamē secundum eundem modum.humanato namq; Deo: noluit ut in homine mortali semper eius humanitas coniuncta diuinitati adoraretur ab his mortalibus:qui īmortalitate uestiri cupiunt ab eo.

¶Ad quartū dicendū.q̄ Monarcha Imperii militantis ecclesiæ nominat princeps.secundum illud qd ecclesia:dictū esse a xp̄o cōmemorat:cū ait.Symō Petre anteq̄ de naui uocarē te:principē te cōstitui.Item p̄so.xliiii.Constitues eos principes sup omnē terrā Vnde ēt epi:loca Apostolorū tenētes principes nominant in capitulo.ecclesiæ principes di.xxxy. Rex quoq; est & apud Doctores sanctos nominat.Vnde.B.Augustinus sup uersiculo p̄s.xliiii:Delectauerunt te filiæ regū:ait.Ereni oēs ecclesiæ q̄ illis euāgelizantibus & p̄dicantibus nate sunt:filie regū sunt.Et ecclesiæ filie Apostolorū:filie regū sunt.Ille.n.Rex regū:Illi aūt reges:de qbus dictū est. Sedebitis sup sedes iudicantes duodecim tribus Israel .Hec.B.Augustinus: Igit Monarcha huius imperii merito secūdū rē Impatoris nomē obtinere pōt:īmo excellentius nomē cū ab ipso fluat Imparoria Maiestas. Neq; taū usus habetur Papa aut epi nominibus Regū uocent.Tum.ut ait Aluarus I libro de potestate ecclesiastica. propter seruandā humilitatē. qua nihil splendidius in epo lucere pōt ut in cap. Cōtra morē di.c.Exēplo saluaroris sūmi omniū Imperatoris.qui dixit.Discite:a me:q a mitis sum & humilis corde.Matth.xi. Tum propter discretionē dignitatū spiritualium a tpalibus.Nam terreni principes nomina hec Imperator & Rex:tanq̄ propria sibi acceperunt:Spirituales uero principes nominib⁹ pastorū:Rectorum: sacerdotū ac pōtificum prosequmur.Vnde in.cap.duo sunt.di.xcyi.dicitur. Duo sunt:qbus hic mundus regitur: auctoritas sacra pōtificum & regalis potestas.

¶Vtrum Imperium militantis ecclesiæ contineat in se politicum & Aristocraticum.
Questio Secunda.



D secundā questionē sic proceditur.Videt.q̄ Imperium militantis ecclesiæ cōtineat in se Politicū & Aristocraticum . Primo quidē Aristocratia est optimorū. principatus. Sed Apostoli fuerūt optimi ut pote primitias spiritus habentes & constituti principes super omnem terrā ut dicitur p̄so.xliiii. & Matth. xviii.Quecūq; alligaueritis super terram erunt ligata & in celis. ergo imperium militantis ecclesiæ uidetur in se continere Aristocratiam.

¶Preterea. Ecclesia magnū numerum cōtinet populorum:ut patet. Sed ipsa cōstituta est iudex a christo Matth.xyiii. Si peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipsum solum &c.deinde subinfert.Dic ecclesiæ . Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.ergo Imperium militantis ecclesiæ continet in se politicū:quod ē regimē ingētis numeri hominū.

¶Preterea . Si imperiū militātis ecclesie esset mere Monarchicum sequeretur:q̄ nulla ratione sūmi pontifices congregarent Conciliū generale.quoniā nulli⁹ existeret auctoritatis: Q uod autē potest fieri p pauciora nō debet fieri p plura teste philosopho primo phisycorum.Ergo Imperium militantis ecclesiæ continet in se politicum.& Aristocraticum.

¶In oppositum est quod dicitur Matth.xyi. Tibi dabo claues regni celorum.Vbi glo.ait. Specialiter potestatem clauium christus Petro concessit: ut ad unitatem nos inuitaret. Ideo.n.eum principem apostolorum constituit ut ecclesia unum principem christi haberet uicariū:ad quē diuersa mēbra recurrerēt:si forte inter se dissentirēt.Q d si diuersa capita essent in ecclesia:unitatis uincula rumperentur.Hec glosa.Igitur Imperium militan

tis ecclesiæ neq Aristocraticum neq politicū
continet: sed solum Monarchicum.
¶ Respondeo dicendum: q quidā moti qui
busdam auctoritatibus diuinarum litterarū nō
attendentes excellentiam Monarchiæ christi
supra ceteras dixerunt Imperiū militantis ec-
clesiæ secundū ultimū modū quem tradidit
christus hominibus non esse simpliciter Mo-
narchicum: sed compositum ex monarchico
& Aristocratico & nōnūq ex politico. Quod
apostoli cōprobasse factis: uisi sunt: illico post
ascensionē saluatoris. Nam uolentes ostende
re q Imperiū militantis ecclesiæ in arduis re-
bus sit Aristocraticum: in electione. S. Matthiæ
Apostoli. loco Iude proditoris: petrus ꝯcurrit
cum aliis apostolis: ut habetur actuū primo.
Itidem ut ostenderent nōnūq esse politicum:
conuocauerūt multitudinē discipulorū ut pa
tuit in electiōe septem diaconorū Actuū. Vi.
Primū modū uidetur obseruare ecclesia: cum
summus pontifex Cardinales euocat in nego-
ciis ecclesie determinandis: Secundum in cō
gregatione concilii generalis. Sed hæc altiori
indagine nō sunt examinata: oriturq hic error
ex duplicis ignorantiæ unica radice. Neq.n.
talia asseuerantes intellexerunt excellentiam
Monarchiæ christi ut dictū est: neq gesta apo
stolorū ac dicta canonum simplicis ueritatis
lumine illustrati: animaduerterunt.
¶ QVAMOBREM considerandū primo.
ut S. Thomas scribit in. iii. libro de regimine
principū. q Monarchia xpi est quinta Monar
chia ceteras ꝓcellens: ex triplici parte. prio qui
dē ratione durationis maioris. quia plus du-
rauit & adhuc durat & durabit usq ad mūdi
renouationē. Secundo rōne dominii amplio
ris: quia ut dicit Malachiæ prio. Ab ortu solis
usq ad occasum magnū est nomē xpi in gē
tibus: ut ēt infra dicet. Tertio rōne pfectionis
Imperatoris. quia Deus & homo: semp consi
derans: semper actu gubernans ac protegens
hanc Monarchiā. Matth ultimo. ecce ego uo-
biscum sum usq ad cōsumationē seculi. Se
cundum quā quidem considerationē: huma
na natura in xpo participat infinitā uirtutē.
Hanc describit ysaias. quārum ad uirtuté tem
poralem christi unde ipsum monarchā appel
lamus. Paruulus inqt natus est nobis & filius
datus est nobis & factus est principatus super
humerum eius: & uocabitur nomē eius admi
rabilis: consiliarius: Deus: fortis: pater futuri se
culi: princeps pacis. Multiplicabit eius impe-
rium & pacis nō erit finis. In qbus uerbis om
nia tangunt: que requiruntur ad uerū princi-
pem. Imo transcendit metas omnium domi-
norum. ut aspicienti patet. Hic igitur princi-
patus siue Monarchia omne dominium an-
nihilat & confringit: quia omnia regna subii
ciuntur eidem. Quod per eundem prophetā
prenunciatum est. Viuo ego dicit dominus:
quia mihi curuabitur omne genu. Et aposto
lus paulus ad philip. ait. In nomine Iesu om
ne genu flectatur celestium terrestium & in-
fernorum. De hac Monarchia concludit Da
niel: exposita. Nabucdonosor sui somnii ui-
sione. In diebus inquit illis: hoc est post illas
quattuor Monarchias Assiriorū: Persarū &
Medorum grecorum & Romanorum: sus-
citabit dominus regnum celi: quod in eter-
num non dissipabitur. Et regnum eius alteri
non tradetur. & comminuet uniuersa regna
hec. & ipsum stabit in eternum. Cuius quidē
ratio eternitatis satis est in prompta: quia iste
principatus eterno coniungitur: cum iste do
minus: Deus & homo sit & sic completus est
circulus a puncto ad punctum: quia a Deo
omne dominium originem trahit. In isto ue
ro principatu percursis hominum motibus
terminatur principatus: sicut in re immobili.
ultra quam non est motus. Et sic oponet ex
dictis concludereq istud dominium nō po-
test deficere. Hec ex Sancto Thoma. Quamo
brem nulla cogit ratio: auferendi perfectio-
nē omnimodam Imperii monarchici ab ec-
clesia: imo ut dictum est: talia asseuerantes nō
aduertunt. puris luminibus. excellentiam Im
perii militantis ecclesiæ: in quo imperat ho-
mo mortalis: sub christo: tamq eius uicarius.
¶ CONSIDERANDVM QVOQVE ge
sta Apostolorum: non esse trahenda semper
in consequentiam aut exemplum. Non.n.
quia Apostoli miserunt Petrum & Ioānem:
Licitum est cardinalibus: aut decens: sum-
mum pontificem mittere: quia Cardinales:
locum apostorum tenent. ut infra dicetur.
Nam apostoli propter sublimitatem sanctita-
tis. mira ueneratione: inuicem se prosequē-
bātur. Erant quoque legati a latere: imme-
diate: a christo auctoritatem recipientes.
Quorum caput licet Beatus Petrus erat:
quem post ascensionem Saluatoris semper
loco domini habuerunt: uerumtamē eos co-
lebat: & earum determinationibus auctorita-
tem prestabat: uerbo: opere: humiliter exequē
do: quod tantus suus senatus ordinauerat. Ve
rum hec nō excludunt secundas causas qbus

mediis seruat christus imperium militantis ecclesiæ: sicut etiã naturalia gubernat Deus: mediis causis secundis. Suadent.n.diuine litteræ sapientũ ꝯsilia: ꝯuocationẽ multitudinis: pro rebus sancte ordinandis negociisq; exequendis: Q. d ẽt terreni principes agũt: in qbus oĩmoda auctoritas regni sui residet. Hoc petrus ipse exẽplo suo docuit: conuocans apostolos aut ẽt alios in ꝯcilio. Agere: tali mõ etiã sãsẽ sũmũ pontificẽ: ueluti in ordinatione Romanæ curiæ intuemur. Hec in secũdo libro latius comprobabuntur.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ est. ꝙ licet apostoli fuerint instituti principes orbis terrarũ nõ tñ oẽs simpliciter: sed solus. B. Petrus & cæteri in ordine ad ipsum. ut inferius dicetur. Ideo Imperium militantis ecclesiæ: est simpliciter monarchicum respectu. B. Petri.

¶ Ad secundũ dicẽdũ: ꝙ in mandato de correctiõe fraterna: duo attendẽda sunt. Vnũ est ex parte ordinis caritatis a quo nullius excipitur. Ideo ꝑlati. ut fratres sunt corrigendi hac correctione fraterna ẽt ab inferioribus: debitis seruatis circunstantiis. Aliud est ex parte ordinis iudicialis in foro contentioso. In quo ubi inferior corrigit nec auditur: debet ecclesiæ dicere idest ꝑlato. Si uero ꝑlatus corrigit nec ꝓficit: ecclesiæ debet dicere idest multitudini. In foro ãt exteriori: ꝑlatus nõ ẽ frater. respectu sibi inferioris: Non.n. sufficeret. Errante episcopo. ubi corrigentẽ fratrẽ cõtẽneret dicere multitudini: q̃ illum iudicare nequit. Quãobrẽ nullꝰ ꝓcipatꝰ ꝯfert ĩ uerbis ꝑadductis: multitudini.

¶ Ad tertiũ dicendum. Romanos pontifices quãuis monarchas ecclesiæ, multiplici ratiõe sepenumero ꝯgregauisse generalia ꝯcilia. Exẽplo s. apostoloꝝ: mandato christi q ꝓmisit cõgregatis in noĩe eiꝰ in medio eoꝝ se affuturũ: ratione unitatis seruandæ: ac gratia accipiendi ꝯsilii: Et ut fideles maiori ueneratione: sua iussa acciperentq uiri ꝑclari totius urbis cõprobassentut latius in sequẽtibus explanabit.

¶ Titulus Tertius: de unitate Imperii militantis ecclesie.



Einde considerandum est: de unitate Imperii militantis ecclesiæ. Circa quam consideratio nem: erit unica questio.

¶ Vtrum Imperium militantis ecclesiæ sit unum. Questio unica.



D hanc questionem sic proceditur. Videtur. ꝙ Imperium militantis ecclesie: non sit unũ. Primo quidẽ. quia Vnitas rei sumitur ab unitate formæ: sed fides ẽ forma Imperii ecclesiæ: que nõ est una neq; ex parte subiecti: cum sit accidẽs diuersum distinctorum subiectorum: neq; ex parte obiecti cũ multa sint que nobis credẽda proponuntur: ut duodecim articuli. ergo Imperium ecclesie militantis: non est unum.

¶ Preterea. Ecclesia primitiua alia fuit a presenti. ut pote que presentem & multas alias ecclesias peperit. Nã dicit glo. can. iiii. sup illud. Fons hortorum. Fons hortorum: quia de primitiua ecclesia processit in mundum: doctrina cælestis: que plures ecclesias idest hortos procreatet. ergo pariter Imperium ecclesie non est unum.

¶ Preterea. Solius ecclesie status trãsmittit ad uitam eternam. sed multi sunt qui fulgent fide: spe & caritate. qui tamen non ptinent ad ecclesiã nostram sicut patet de cathecuminis Nã ut ait. B. Augustinus de baptismo paruu. & habetur de cons. d. iiii. in. c. ad hoc. Ad hoc baptmus ualet. ut baptizati christo incorporentur. ergo uidetur ꝙ Imperium ecclesie sit multiplex.

¶ In oppositum est: quod ait Augustinus de Fide ad Petrum. Firmissime tene & nullatenus dubites: omnem hereticum & scismaticum cũ diabolo & angelis eius eterni ignis incendio participandũ: nisi ante finem uitæ catholicæ fuerit incorporatus & reintegratus ecclesie. Et post pauca. Omni homini qui catholicæ ecclesie nõ tenet unitatẽ neq; baptmus: nec elemosina quãtũcũq; copiosa: neq; mors pro noĩe christi suscepta proficere poterit ad salutem. ergo cum ecclesia sit una necessario cũ in symbolo dicat: credo unã sãctã ecclesiã imperium quoq; eiusdem erit unum.

¶ RESPONDEO DICENDVM. ꝙ spũs sanctus de unitate ecclesie loquens Can. iiii. ait. Vna est columba mea: una est perfecta mea habet igitur Imperium ecclesie: nõ solũ unitatem sed & perfectionem omnem ad unitatem imperii pertinentem. Quod quidem manifestũ fiet si attendamus unum esse Imperatorẽ christũ: q ꝑpetuo habenas ecclesie moderaẽ & regit: quẽ pater dedit caput sup oẽm

ecclesiam: que est corpus eius.ad ephe.prio. Vnica etiam porta est.s.Baptismus ingrediendi imperium ecclesie: Vna quoq; fides: dicēte apostolo ad ephe.iiii. Vnus domin⁹ una fides unū baptisma. Vnus itidem operādi modus. Nam glosa ibidē sic dicit. Vnus dominus.debetis seruare unitatē:quia uobis unus est dominus nō tres pro quorū diuersis uoluntatibus nos oporteat discordare & ita iubemur credere & eodē modo operari. Vna similiter spes.Sicut uocati estis in unā spem uocationis uestræ ad ephe.iiii. Vnus pariter caritatis affectu:ministros& mēbra singula imperii inuicem cōnectens.Eandem caritatē habentes: unanimes idipsum sentientes.ad phil.ii.Hinc actuū.iiii.de primitiua ecclesia legitur. Multitudinis credentiū i erat anima una & cor unū. Augustin⁹ quoq; in li.de bap.& habetur in c. multe.i.q.i.dicit.ꝙ caritas:proprium donum est unitatis catholice & pacis.Vnus etiam spiritus est: totū corpus ecclesiæ regēs & diuisiones gratiarū effundens in mēbra ecclesie Hec omnia operatur unus atq; idem spiritus: diuidens singulis prout uult. Diuisiões gratiarum sunt idem autem spiritus.Et ad ephe.iiii. Soliciti seruare unitatē spiritus:in uinculo pacis. glo.idest unitatē ecclesiasticā: quam facit spiritus sanctus. Neq; unitas rectoris & gubernatoris ecclesie deerit.dicēte domino. Tu es petrus & super hanc petrā edificabo ecclesiam meam.Math.xvi.Vnde.B.Cyprianus ait.Super unū edificat ecclesiam: & quāuis omnibus apostolis post resurrectionē suam parem idest similem tribuat potestatē cum diceret. Sicut misit me pater & ego mitto uos.Accipite spiritū sanctū: tamen ut unitatem manifestaret: unitatis eiusdem originē ab uno incipientē.sua auctoritate disposuit.Et infra.Exordium ab unitate proficiscitur.ut ecclesia christi una monstretur. Hoc habetur in capitulo monstretur. xx.iiii.q.prīa. Vnus demum finis est:ad quē tendūt omnes huic imperio ascripti.Hic uero finis est beatitudo una:que omnibus usq; ad finē perseuerātibus datur:quare & unius ciuitatis hierusalē dicuntur. Vnde Augustinus super illud psi.lxxxv: Omnes gētes:dicit. Multe gentes & una gens: Quare una gens:qa una expectatio.Postremo.Quare nō una gens: si una patria hierusalem est? Hoc unum ecclesie imperium:figurauit paradisus terrestris cui Adam perfectus fuit: cuiq; omnia Deus subiecerat animantia unico perfectoq; imperio.

¶HVIVS IMPERII regem:oēs reges terre adoraturos pdixit.sub Salomonis typo Dauid propheta pso.lxxi.dicens.Et adorabūt eū oēs Reges terre oēs gentes seruient ei.Vt autē perfectionē unitatis iperii ecclesie:significaret spiritussanctus.Modo unū ouile asserit esse ecclesiā.Io.x.Fiat unū ouile & unus pastor:nonnūq; uero unū corpus eandē ecclesiā uocat. Ad.Ro.xii.Multi unū corpus sumus in xpo. Ideo pcipuū huius imperii sacramētū sub his ꝗ unū fiunt ex pluribus constituta christ⁹ celebrandū instituit:ꝗ sunt panis & uinū. Vnde glo.prie ad Cor.x.ait. Vnus panis & unū corpus ecclesia dicit:qa sicut unus panis ex multis granis & unū corpus ex multis mēbris cōponit: sic ecclesia christi ex multis fidelibus: caritate copulante: cōnectitur.


¶Ad primū ergo dicēdū.ꝙ fides ē una iuxta Apostolū ad ephe.iiii.Vnus dñs:una fides.Est autē una:unitate obiecti formalis quod ē ens diuinū reuelabile:i ꝗ multa credēda queniūt.

¶Ad secūdum dicēdū. ꝙ cū una fuerit fides prim ueteris testamēti:primitiuæ & psentis ecclesiæ:eadē quoq; semp fuit eccl'ia.Distinctio uero inter primitiuā & psentē ecclesiā ac pteritas nō ex parte fidei sed ex parte populi accipiēda ē queadmodū & una ples: una dicit ecclesia.& plures:multæ ecclesiæ.Quāobrem eadē ecclesia semp fuit formaliter:diuersa uero siue plures materialiter. Manēt enim eadē sacramēta: qbus formaf ecclesia:manet eadē lex saltim nēciorū: eadē regula ueritatis:pmanet eadē hitudo &ad unū caput ecclesiæ & ad unū finē ultimū.Quare.B.Augus sup pso. lxxxv:dicit.Sub descēdētibus & succedētib⁹ mēbris:unus hō usq; ad finē seculi extendit.

¶Ad tertiū dicēdū.ꝙ aliqs dicit esse de statu ecclesie duobus modis secūdū.S. Thomā in. iiii d.iiii.merito.s.& numero siue p sacramētū baptmi in uoto aut in actu susceptū. Stat⁹ de eccl'ie merito:siue fide interiori caritate formata:siue p susceptionē baptmi in uoto transmittit ad uitā eternā:& si secūdū numerū tales ecclesie fuerint nō incorporati.Vnde.B.Ambrosius de ualentiano.q cathecuminus mortuus fuerat ait. Quē regeneraturus erā amisi:uerūtamē ille gratiā quā poposcit nō amisit. Igitur ut ait.S.Th.in iii. parte.Fide qdē incorporatur qs xpo:secūdū illud ad eph.iii.habitare xpm p fidē in cordibus uestris.Numero nō potest quis effici de ecclesia nisi per baptm. Vnde ante baptm nullus admittitur ad perceptionē sacramenti eucharistiæ aut aliorum sacramē

gorum ecclesiæ. Bapts etiam licet nõ semper uerit necessarius ad salutem: fuit tamen necessaria fides cuius bapts est sacramẽtum. Aduersantur ergo statui salutis: qui unicum ecclesie imperium non credunt. Cõtra quos. B. Cyprian⁹ inquit & habetur in.c.alienus.xxiiii. q.pria. Alienus es: prophanus es: eius hostis es: habere non potest Deum patrem: qui uniuersalis ecclesie non tenet unitatem.

ℂ Titulus Quartus: de duratione Imperii militantis ecclesiæ.



Deinde consideran dum est de duratiõe imperii militãtis ecclesie. Circa quam q̃runtur Quattuor.

ℂ Primo. An Imperium militantis ecclesie: fuerit ãte christi aduentum.

ℂ Secundo. An imperium militantis ecclesie incepit ab Adam.

ℂ Tertio. An imperiũ militantis ecclesie post q̃ incepit aliquando desiit esse.

ℂ Quarto. An imperium militantis ecclesie perseuerabit usq; ad finem mundi

ℂ Vtrum Imperium militantis ecclesie fuerit ante christi aduentum. Questio Prima.



Ad primam questionem sic proceditur. Videtur. q̃ Imperiũ militãtis ecclesie nõ fuerit ante christi aduentum.

ℂ Primo quidẽ. Imperium ecclesie militantis cũ fide & semper fuit. sed ante christi aduentũ nõ fuit fides: dĩte apostolo ad Gal.iii. Itaq; lex pedagogus noster fuit in christo: ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides iam nõ sumus sub pedagogo. ergo Imperium militantis ecclesie nõ fuit ante christi aduentum.

ℂ Preterea. Ecclesia militans fuit formata de latere christi dormientis in cruce. ait.n. B. Augustinus pso.xl. Sicut de latere dormientis. Adæ: qui erat forma futuri christi: assumpta est costa de qua formata est eua: ita dormiuit christus somno mortis: ut de latere dormiẽtis de quo profluxerunt sanguis & aqua: q̃ sunt nostræ redẽptionis sacramẽta formetur: spõsa ecclesia. ergo pariter Imperiũ ecclesie tunc incepit: & ita non fuit ante christi aduentum.

ℂ Preterea. Matth xvi dictũ fuit pe ro. Tu es petrus & super hanc petrã edificabo ecclesiã meam. ergo ante christi aduentum non fuit Imperium militantis ecclesie.

ℂ In oppositum est quod ait. B. Augustinus super pso.cxxviii. Initio cognoui de testimoniis tuis quia in eternum fundasti ea. Ecclesia loqtur. q̃ in terris non defuit: ab initio generis humani cuius primitiæ Abel sanctus est immolatus. Nam & illud ab initio dictũ est: Erunt duo in carne una. Quod magnũ sacramẽtũ Apostolus Paulus exponẽs. Ego inqt dico in christo & in ecclesia. ergo Imperiũ militantis ecclesiæ: fuit ante christi aduentum.

ℂ Respondeo dicẽdũ. Q d cũ ecclesia sit cõgregatio hoĩum sub fide Iesu christi: ut supra dictũ est: Et eadẽ fides extiterit ante christi aduentũ & post imperiũ quoq; ecclesie militãtis ante christi aduẽtũ fuit. Hinc. B. Augũs super illd psi.xxxvi. Iunior fui inqt. Oẽs q ab initio seculi fuerunt: caput christũ hñt. Illum.n. esse uenturũ crediderunt: quẽ nos uenisse iam credimus. Et in ei⁹ fide ipsi solidati sunt: cui⁹ & nos ut esset ipse caput toti⁹ ciuitatis hierusalẽ. oĩbus cõnumeratis fidelibus ab initio usq; in finẽ. hec Augũs. Propterea diuerse etates sicut infantia: pueritia: Adolescentia: iuuẽtus: uirilitas: senectus & decrepita ecclesiæ ascribunt: incipiendo ab Abel usq; ad finẽ mundi: ut singulariter asserit. B. Gregorius in omelia super euangeliu. Matth.xx. Simile est regnũ celorũ patri familias: q exiit prio mane. Quãuis &. B. Augũs etates ecclesiæ aliter describat: sicut pater.iiii. de tri. & in li lxxxiii. q.

ℂ Ad primũ ergo dicẽdũ. q̃ fides põt accipi dupliciter prĩo mõ simpliciter: secũdo xpi iã nati. Fides simpliciter fuit ante christi aduẽtũ. Christi uero nati fides: legi successit.

ℂ Ad secũdũ dicẽdũ. q̃ ecclesia quãtũ ad uirtutẽ sacramẽtorũ: qbus format & q̃ ex passiõe christi uirtutẽ suscipiunt: dicitur initium sumpsisse a passione christi licet fides ipsa simpliciter siue ipsa ecclesia ante ea fuerit.

ℂ Ad tertiũ dicẽdũ. q̃ ecclesia quãtũ ad eos q crediturĩ erãt xpo iã nato edificanda erat sup petra ɔfessiõis fidei petri: nõ ãt ecclesia simpliciter. Vnde & ante ɔfessionẽ petri discipulos interrogauerat de opinione Christi iam nati.

¶ Vtrum Imperium militantis ecclesie incepit ab Adam. Questio Secunda.



D secundam questionem sic proceditur. Videtur quod imperium militantis ecclesie non inceperit ab Adam. Primo quidem Ecclesia ibi conuenienter incepisse dicitur ubi maius signum fidei refulsit: sicut patuit in B. Petro. qui ideo dictus est fundamentum siue principium ecclesie quia christū excel entius ꝯfessus est. sed signum fidei magis uisum est relucere in prima etate in Abel occiso aut in enos. de quo dicitur genesis. iiii. quod cepit inuocare nomen domini. ergo ab Abel aut ab Enos & non ab Adam incepit imperium militantis ecclesie.

¶ Preterea. A. patre omnium fidelium conuenienter dicitur incepisse imperium ecclesie militantis. Sed Abraam fuit pater omnium fidelium. ut habetur ad Ro. iiii Abraam accepit signum circōcisionis: signaculum iustitie fidei. que est in ꝑputio: ut sit pater omniū credentium ergo imperium militantis non uidetur incepisse ab Adam sed ab Abraam.

¶ Preterea. glo. super illud psi. lxxix. Vineam de egipto transtulisti: dicit. i. ecclesiam que incepit: a iudeis & perficitur in gentibus ergo a iudeis dicenda est ecclesia incepisse & non ab Adam.

¶ In oppositum arguitur. Ab eo dicendum est imperiū militātis ecclesie incepisse in quo primo fides caritate formata primum refulsit sed ea fides primum in adam effulsit. Nam habuit primus fidem incarnationis: quando dixit: hoc nunc os ex ossibus meis: quod exponit Apostolus de incarnatione dicens. Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico in christo & in ecclesia. B. uero Augustinus xxiiii de ci. dei testatur: Adam in statu innocentie habuisse caritatem de corde puro & caritate non ficta. Quam fidem etiam signo sensibili est protestatus: quia ut dicit Magister in hystoriis. Adam docuit filios suos offerre primitias & decimas ergo ab Adam incepit imperium militantis ecclesie.

¶ Respondeo dicendum, quod principium pōt esse & durationis tantum & perfectionis tantum: utroq modo idest durationis & perfectionis simul. Si itaq loquamur de ecclesia non prout est una cōmunis societas angelorum & hominum ut supra dictum est: sed ut est una hominum congregatio sub fide Iesu christi ut in proposito accipitur: sic imperium militantis ecclesie incepit ab Adam: secundum durationem tantum. Inde Gregorius in omelia super parabola uinee. Matth. xx distinguens tempora ecclesie: ait. Mane enim fuit ab Adā usq ad Noe. Secundum perfectionem uero incepit ab Abel: ut cōmuniter sentiunt doctores. Vnde. B. Augustinus sup ps cxlii. loquēs de ciuitate Dei: idest ecclesia dicit. Hec ciuitas initium habet ab ipso Abel: sicut mala ciuitas a Cayn. Dicitur uero Abel conuenienter principium ecclesie secundum perfectionem. Tum quia fides eius primo in sacrificio quod obtulit Deo accepta manifestabatur. Tum propter cōtinuationem sanctitatis. que non fuit in primis parentibus & ideo conuenienter secundum perfectionem non dicitur incepisse ecclesia ab eis. Tum quia uirgo & martyr & doctor & iustus: ore Dei Laudatus. Matth. xxiii. A sanguine Abel iusti. Quibus rebus tres principales personae ecclesie: fuerunt figuratae: uidelicet pastor: uirgines & martyres Ab ipso etiam Abel fuit facta separatio ecclesie Dei & malignantium. Inde. B. Augustinus Li. xv. de ci. Dei A principio mundi: processerunt due ciuitates: una dei: altera diaboli: una celestis: altera terrestris. Celestem edificat abel: terrenam uero caym.

¶ Si uero accipiatur principium secundum tempus & perfectionem simul, & hoc non simpliciter sed in statu noui testamenti sic a christo incepit. Nam ut scribit. S. Thomas in. iii. Libro de regimine principum: Quinta monarchia que est principatus christi incepit statim in ipsa sui natiuitate temporali. Cuius argumenta sunt in eodem die: Angelorum denunciatio & ministratio. Vnde in luca scribit. quod angelus ad pastores ait. Annuncio uobis gaudium magnum: quia natus est: uobis hodie saluator mundi. Item magorum adoratio. In quibus uerbis satis est notus principatus eius ac temporis exordium. Hec. S Thomas: Hac quoq ratione. ab apostolis dicitur incepisse imperium ecclesie militantis. Quod apertissime colligitur secunda ad Thes. ii. Elegit nos Deus primitias glo. Vt essemus primitie omnium credentium in salutem & in sanctificationem spiritus & fidem ueritatis & per hec patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum ergo dicendū est quod Abraam

dicitur pater omnium credentium non simpliciter cum ante illum multi extiterint fideles. Sed omniũ qui post lapsum cõem a fide crediderunt. Vnde & in eo per signaculum circuncisionis discreti sunt credentes: a non credentibus.

❡ Ad tertium dicendum. q̃ a iudeis dicitur ecclesia incepisse dupliciter. Primo modo. qa post lapsum ydolatrie gẽs illa primo credidit & in fide perseuerauit usq; ad aduentum christi: in quo pro magna parte excecata est. Secundo modo quia in stata noui testamenti ecclesia: a iudeis incepit idest a christi discipulis & in gentibus post modum dilatata.

❡ Vtrum imperium militantis ecclesie post quã incepit aliquando desiit esse. Questio tertia.



D tertiam questionem sic proceditur. Videtur q̃ imperium ecclesiæ: postq̃ incepit aliquãdo desiit esse. Primo quidem ubi deficit fides & iudicium ecclesie: deficit quoq; imperium. sed postq̃ esse cepit fides & secundum fidem iudiciũ utrũq; defecit postq̃ incepit. Nam dicitur hieremie. v. Circuite uias hierusalem & aspicite & considerate: que rite in plateis eius an inuenietis uirum facientem iudicium. q. d. non est aliquis. Item. vii. cap. eiusdem dicitur: pit fides & ablata est de ore ipsorum ergo imperium militantis ecclesie postq̃ incepit aliquando desiit esse.

❡ Preterea Danielis. ix. dicitur. Deficiet hostia & sacrificium & erit in templo abhominatio desolationis & usq; ad consumationẽ & finẽ perseuerabit desolatio. ergo aliquando tempore iudeorũ defecit ecclesia & ita imperiũ militantis ecclesie postq̃ esse incepit desiit.

❡ In oppositum est quod ait. B. Augustinus super pso. xlvii. dicens. In ciuitate Dei nostri deus fundauit eam in eternum. Sed forte ista ciuitas: q̃ mundum tenuit aliquãdo euertet? Absit. Deus fundauit eam in eternum. Quid times: ne cadat firmamentum? ergo imperiũ ecclesie perseuerat in eternum & sic postq̃ incepit esse non desiit.

❡ Respondeo dicendum. Qd imperium ecclesie eo modo quo incepit: post nũq̃ desiit esse & quia in Adam solũmodo incohauit secundum durationem: in perfectæ saltem in eo perdurauit. Non enim fidem amisit: licet caritatem peccans pdiderit. Remansit ergo in Adam imperium ecclesie licet informe. Et quia in Abel imperium ecclesie secundũ perfectionem initiũ habuit. ut supra dictum est: secundum perfectionem nũq̃ postea defecit. Nam ecclesia formata caritate: uero matrimonio copulatur Deo: in eternum. Sicut habetur osee. ii. Sponsabo te in mihi in fide: in sempiternum.

❡ Ad primum ergo dicendum est. q̃ nunq̃ post Abel: defecit omnino iustitia & fides caritate formata: licet multitudo malorum superaueuit bonos: qui boni propter raritatem periisse a propheta dicuntur.

❡ Ad secundum dicendum. q̃ Daniel loquitur de desolatione ciuitatis hierusalem in qua locus sanctificationis erat. ut etiam uidetur exponere ipse christus. Matth. xxiiii. Qd si dictum danielis accipiatur de consumatione seculi: non est tamen intelligendum q̃ fides totaliter deficiat: quoniam ut scribitur ecclesiastici. iiii. Fides in seculum stabit. sed hac ratione. q̃ instante seuissima persequutione Antichristi: hostia sacrificii non in manifesto forte offeretur.

❡ Vtrum imperium militantis ecclesie: perseuerabit usq; ad finem mundi. Questio quarta.



D quartam questionem sic proceditur. Videt q̃ imperium militantis ecclesie non perseuerabit usq; ad finem mundi. Primo quidem. Imperium militantis ecclesie cõstituit ex Iudeis credentibus: quorum ecclesia defecisse uidet iuxta prophetiam hier. quinto. Preuaricata est in me domus Israel & domus iuda ait dominus: Negauerunt dominum & dixerunt: non est ipse: & gentibus: qui a fide quoq; deficiẽt: ante diem iudicii iuxta dictũ saluatoris Luce. xviii. Verũtamen filius hominis ueniens putas inueniet fidem in terra? ergo Imperium ecclesie: ante finem mundi deficiet.

❡ Preterea. Maior erit tribulatio tempore antichristi: q̃ aliquando fuerit. sed propter tribulationem tempore passionis christi caput ecclesie. B. Petrus & reliqui herentes ori saluatoris defecerunt. ut singulariter asserit. B. Augustinus super pso. xiiii. ergo multo magis ante finem mundi idest tempore persequutionis antichristi imperiũ militãtis ecclesie deficiet.

❡ Preterea. Eccl̃ia Romana: fũdamẽtũ ẽ ipii militãtis ecclesie iuxta illud Matth. xvi. Tu es

Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. sed ipsa deficiet ante diem iudicii. quoniam est ecclesia ex gentibus constituta: quarum plenitudo cũ intrauerit tunc omnis Israel saluus erit. ad Ro. xi. ergo Imperiũ militantis ecclesie: non perseuerabit usq; ad finem mundi.

¶ In oppositũ est q alt Apostolus ad Ephe. iiii. Ipse. s. christus dedit quosdam apostolos quosdam prophetas: alios uero euangelistas: alios autem pastores & doctores usq; ad consumationem sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis christi: donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis filii Dei, in uirum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis christi. Vbi glosa inquit Tandiu durabit hec prelatio & ordinatio donec in die iudicii: nos omnes occurramus: in una & non discreta fide. ergo imperium militãtis ecclesie perseuerabit usq; ad finem mundi.

¶ RESPONDEO DICENDVM. q imperium militantis ecclesie sit perseueraturũ usq; ad finem mundi: manifestissime habet ex ueteri testamẽto & ex nouo & a scis doctorib9.

¶ Prima auctoritas est Esaie: qui de tempore incarnationis loquens. vii cap. ait. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis. Multiplicabitur. glo: in fidelibus. eius imperium & pacis nõ erit finis. glo. idest sãctorũ: licet aliqñ tribulent. secunda auctoritas ẽ eiusdẽ Esaie xxxiii. cap. dicentis Respice Sion ciuitatem. glo. Interli idest pñtem ecc eñã. Sequitur. Oculi tui uidebunt tabernaculum. glo. quod presentẽ ecclesiam significat. quod nequaq; transferri poterit: nec auferentur claui eius: glo. idest doctores: qbus fixa tenetur. Tertia auctoritas est Dauid pso. xlvii. in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in eternum: quod de perseuerãtia ecclesie exponit Augustinus.

¶ Quarta auctoritas est hieremie. xxxi. dicentis: ecce dies uenient dicit dñs & feriam domui Israel & domui iuda fedus nouũ idest legem nouam: non secundũ pactũ quod pepigi cũ patribus uestris in die qua apprehendi manũ ut educerẽ eos de terra egypti. glo. hic prophetatur non pseueraturum uetus testamentũ sed futurum nouum: de cuius perpetuitate dicitur in fine cap. Sacramentũ dñi nõ euelletur & non destruetur ultra in perpetuum.

¶ Ex nouo uero testamento. Primo constat in parabola illa euangelii de zizaniis: q superseminauerat inimicus. Vbi dicentibus seruis ad patrem familias suis ut eamus & colligam9 ea. Respondit pater familias ĩ figura domini dicẽs. Sinite utraq; crescere usq; ad messem. Messis autem: ut ipse Magister ueritatis exponit: cõsumatio est seculi: Math. xiii. ergo usq; ad consumationem seculi in ecclesia triticũ idest boni & zizania idest mali simul habitabunt. secũdo. Math xvi Dñs. B. Petro: hoc est pollicitus dicens Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eã. glo inferi non sepabũt eam: a caritate & a fide. Item luce. xxii. Ego ãt rogaui pro te: petre: ut non deficiat fides tua. Imperium ergo petri quod in fide fundatum est pseuerabit usq; in finẽ seculi. tertio. Math. ultimo toti ecclesie hoc idem apertissime promisit. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationẽ seculi. Quarto Math. xxvi. dixit saluator. Et cum predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo: tunc erit consumatio S. Apostolus prime ad Corin. secundo: hoc idem asseuerat dicens. Quotienscũq; manducabitis pãnẽ hunc & calicem bibetis: mortem domini ãnunciabitis donec ueniat. glo. ad iudicium. Et hoc non mutabitur usq; tunc sicut sacramenta iudeorum.

¶ A SANCTIS DEMVM doctoribus hoc clarissime habetur. s. idesiturum imperium ecclesie militantis usq; in finem mundi. Nam. B. Augustinus super pso ci. ait: Annũcia mihi paucitatem dierum meorũ. Non a te quero illos dies eternos. Illi sine fine sunt ubi ero: nõ ipsos quero. Temporales dies mihi ãnuncia: exiguitatem dierũ meorum qdiu ero in isto seculo ãnuncia mihi. propter illos qui dicunt implete sunt scripture: crediderunt omnes gẽtes: sed apostatauit Et piit ecclesia de omnib9 gentibus. Quid est hoc exiguitatem dierum meorum nuncia mihi? Et ãnunciauit: neq; uacauit ista uox. Quis ãnunciauit? nisi ipsa uia? Quomo annunciauit? Ecce ego uobiscum sum: usq; ad consumatione seculi. Hec Augustinus. Diuus Bernardus tractans uerbum illud. Tenui eum nec dimittã Can. tertio ait. Ex tunc & deinceps non defuit genus christianorum: nec fides de terra: nec caritas de ecclesia. Venerunt flumina: flauerũt uenti & impegerunt in eam & non cecidit: eo q fundata esset super firmam petram. Petra autem erat christus. Ita nec uerbositate philosophorum nec cauillationibus hereticorum: nec gladiis persequutorum potuit ista aut poterit aliquãdo separi a caritate Dei. que est in christo Iesu. Hec Bernardus.

Sanct⁹ Thomas noster Aqnas in.iiii.sniarum di.ri.hoc idem asseuerat dicens. Fidem militātis ecclesie:nō est possibile deficere totaliter: deo ordināte.q dicit Matth.ultimo.Ecce ego uobiscū sum usq ad cōsumationē seculi Beatus Demū Hier.& habet in cap . Hec est fides xxiiii.q.i.Sācta inqt Romana ecclesia:q semp imaculata pmansit.dño prouidente & Beato Apostolo Petro opē ferente in futurū manebit:sine ulla hereticoꝝ insul tatione.s.pualēte atq firma & imobilis oī tpre psistet. Hæc ille.

¶ Ad primū ergo dicendū ē.ꝙ saluator illud interrogatiue dixit: nō ꝙ fides ecclesie firma atq imutabilis nō sit pmansura usq in finem seculi saltē apud aliquos:sed pp raritatem & paucitatē fideliū:q tpre antichristi erit pp maximam tribulationem que tempore illo iugebit de qua Matth.xxiiii.

¶ Ad secundū dicendū.ꝙ in passione christi fides non oino defecit:q māsit integerrima & illibata in uirgine gloriosa:ut cō:ter tenēt doctores:unde nec tpe psequutionis antichristi generaliter deficiet:spūsancto suffragante:q. tpre passionis nōdum fuerat dat⁹ qa christus nōdum erat glorificatus: & promissione sua nōdū fcīn erat quod ait in pso septimo. Ego ɔfirmaui colūnas ei⁹.Propterea diffusior erit & generalior:fides tpre psequutionis antixpi: ꝙ fuerit tempore passionis saluatoris.

¶ Ad tertiū dicēdū. ꝙ ecclesia Romana ꝗtū ad situm est ecclesia gentiū ꝗtū uero ad auctoritatem ipsa est mater oium:q nūq deficiet ut. dcīn est: licet tpre antichristi quod tps erit eū intrauerit plenitudo gentiū:non in manifesto forte sūmus pontifex iuta dicet aut hostia sacrificii offeretur:& sacramentoꝝ ministratio ab eodē cōmittetur : secundū quē sensum a multis exponitur illud Danielis.ix. Deficiet hostia & sacrificiū.Et quāuis.eadē antichristi psequutione seruēte:christiani latebunt:tamē ut dicit Cassiodorus super pso.xxx Ecclesia magis incipiet esse uberrima:cū ad finem seculi erit pducta.tunc enim passionibus electorum:cito implebitur numerus beatoꝝ. Hæc cassiodorus.Completo uero numero beatoꝝ imperiū ecclesie militātis:terminabitur & succedet gloria regni triumphantis:quia habito fine cessat motus.

¶ Titulus quintus : de altitudine imperii militantis ecclesie.


Post cōsiderationē eoꝝ.ꝗ ad perfectionē essentialem imperii militantis ecclesie ptinent : determinandum occurrit de perfectione accidentali eiusdem. Perfectio autē accidentalis:accidentia maxime absoluta consequtur. ꝗ sunt quātitas & ꝗlitas. Et qa quantitas cui⁹ sunt tres dimensiōes.s.altitudo: latitudo & profunditas nō nisi secūdū similitudinē in impio militantis ecclesie reperitur:ideo de eadē altitudine impii militantis ecclesie primo cōsiderabim⁹.secūdo de latitudine eiusdē.tertio de profunditate. Circa altitudinem uero imperii militantis ecclesie queruntur duo.

¶ Primo. An imperium militantis ecclesie sit altius quocūq terreno imperio.

¶ Secundo. An imperium militantis ecclesie pemineat imperio angelorum.

¶ Vtrum imperium militantis ecclesie : sit altius quocunq terreno imperio.

Questio prima.


D primam questionē sic proceditur : uidetur ꝙ imperiū militantis ecclesie:non sit altius quocūq terreno imperio. Primo qdem qa terrenū imperiū:est prius origine. Tū qa ut dicit B. Augustinus.xv.de.ci.Dei.Cayn ante diluuiū fuit primus dñs inter hoies.quo tēpore nullū uidetur fuisse sacerdotiū:in quo imperiū ecclesie residet. Tum qa Regnū uidetur incepisse in Nēbroth.Ge.x.tēpore legis naturæ:& in Aaron tēpore legis scripte sacerdotiū: Exodi.xxviii.Tum qa ueꝝ sacerdotiū in christo icepisse uidet quoniā sacerdotiū legis figura erat sacerdotii xpi. ergo Impiū ecclie militantis nō est alti⁹ quocūq terreno ipeio.

¶ Preterea. Quorū unū & idem est principiū & eadem oino cā:unum nō uidetur esse altius eo.sed idem est principium & eadem cā Imperii ecclesie & terreni : ꝗ est Deus. Apostolo teste ad Ro.xiii. Non est potestas nisi a Deo. & q potestati resistit ordinatiōi Dei resistit. Et xxiii.q.iiii.cap.quesitū. Innocen.dicit. A Deo pcessam esse imperialē potestatē:pp uindictā noxioꝝ gladium fuisse pmissum & Dei mini-

sterio esse datum. ergo Imperiũ Ecclesiæ non est altius quocũq; alio imperio terreno.

¶ Præterea: potestas regalis neminem habet superiorẽ: sed præcellere omnes uidetur. Tum quia. B. Petrus: primæ. ii. c. dicit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi quasi præcellenti. Tum quia glo. super illud psalmi. l. Tibi soli peccaui ait: Quia Rex est omnibus superior ideo tantum a Deo qui maior eo est: est puniendus. Si qs uero de populo errauerit Deo peccauit & Regi: Rex uero non habet hoiem qui eius facta diiudicet. Tum quia Moyses qui fuit prim⁹ ductor populi Israel: & quasi imperator fuit superior q̃. Aaron: q erat summus Põtifex populi Israel: ergo potestas Regalis quæ est terrena uidetur esse supior & altior impio militãtis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Solutio tributi est signum subiectionis & inferioritatis; ut habet ex. c. Magnũ xi. q. i. & ex. c. ii. extra de censibus: sed Ecclesia soluit tributum imperatori: ut in. c. si tributum. xi. q. i. ergo Imperium terrenum uidetur esse altius imperio Ecclesiæ militantis.

¶ In oppositum est quod. B. Augustinus in sermone quodam Apostolorũ Petri & Pauli, incipiente fortis & humilis ait: O mira potentia & ineffabilis gratia Saluatoris: Quis plebeium piscatorem apostolorum facile crederet principem: & regibus obsistere: reges sanctificare: regibus omnib⁹ imperare: mundum refrenare legibus: ergo Imperium Ecclesiæ est altius quocũq; terreno Imperio.

¶ RESPONDEO DICENDVM: Quod duo sunt Imperia spirituale & terrenũ: ut Pelagius Papa Anastasio Imperatori scribit i. c. Duo sunt di. xcvi. Duo sunt ait quippe Imperator Auguste quibus principaliter hic regitur mundus: Auctoritas sacra Pontificum: & Regalis potestas. Cũq; quæ a Deo sunt: ordinata sint ut inquit Apostolus ad Ro xiii. In ordinatis autem uni primo multitudo Immediate non adiungitur: necesse est ut altera harum potestatum alteri præemineat: nõ autem terrena spirituali: cũ hoc rationi repugnet: Nã spiritualia terrena præcellũt: sicut anima corpus: & ĩmaterialia digniora sunt materialib⁹. Inde Innocentius tertius in. c. Solitæ extra de ma. & obe. dicit: q̃ spiritualia tanto sunt temporalibus digniora: quanto aĩa p̃fert corpori. Imperiũ igit̃ spũale qd. est Imperiũ Ecclesiæ militantis altius est quocũq; terreno imperio.

¶ HANC AVTEM altitudinẽ tria luce clarius explanant: Primum est Imperii Ecclesiæ militantis Institutio nobilior: Secundũ est finis præstantior: Tertiũ est auctoritas siue potestas amplior. Christus nempe De⁹ uerus immediate instituit & sacrauit hoc imperiũ auctoritatẽq; ei præstitit: cum Petro p̃ se & suis successoribus dixit. Matth. xvi. Tibi dabo claues regni cælorũ. Et Ioã. ulti. Symon Ioannis pasce oues meas. Terrenum autem imperium fuit introductũ quasi per uiolentiã: sicut patet in Cayn Gẽ. iiii. c. & i Nembrot: a quo incœpisse uidetur Assyrioꝝ & Medorũ imperium: De quo Nembrot dicitur Gẽ. x. q̃ ipse cœpit esse potens in terra: & erat robust⁹ & uenator hominum: idest oppressor: ut ibidem exponit Magister hystoriarum. De Imperio autẽ Medorum & Persarum dicitur Danielis. ii. q̃ interfecto Balthasar Rege Babylonis translatũ est regnũ & imperiũ in Medos & Persas. Imperium quoq; græcorum per Alexãdrum: & Romanorũ per suos Reges & Duces & Imperatores fuisse introductũ per uiolentiã apertissime omnes hystoriæ docẽt. In cuius signũ hæc quattuor Imperia ostensa fuere Danieli in uisione in similitudine bestiarum: sicut habetur Danielis. vii. Imperium autem Ecclesiæ fuit ostensum. S. Ioanni Euangelistæ Apocalipsis. xii. sub similitudine mulieris amictæ sole: & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarũ duodecim. Dabatur enim intelligi q̃ Imperium Ecclesiæ erat a Deo non solum permittente: sed instituente. Quod imperium dos erat spõsæ immaculatæ filii Dei: Quæ sponsa est Ecclesia.

¶ HVIVS QVOQVE Impii finis est p̃stãtior. Finis uero est duplex: p̃ximus & ultimus.

¶ Finis ultimus cuiuscũq; imperii ut ait Aristoteles in primo politicorum: est cõseruatio scilicet gubernatæ multitudinis in bonis sibi debitis & conuenientibus. Terreni quidem imperii est conseruatio gubernatorum in bonis corporalibus: imperii uero spiritualis est regnum cæleste in quo omnia bona possidebuntur & in eternum conseruabuntur. Inde Dominus Petro dixit: Tibi dabo claues regni cælorum. Finis uero proximi rationem habẽt ea quibus ultimus finis acquiritur: & in utroq; imperio sunt uirtutes: sed in imperio terreno sunt imperfectæ. Vnde in. c. omnes. xxviii. q. i. inquit Augustinus. Vbi non est agnitio incommutabilis ueritatis falsa est uirtus etiam in optimis morib⁹. Item idem in. c. Vbi sana. xxiiii. q. i. ait: Vbi sana fides non est non potest esse iusticia. Addit quoq; imperium spirituale uer

uirtutes præclarissimas: fidem. s. spem & charitatem. Septẽ quoq; dona sancti Spiritus: quo rum uirtute omnium uirtutum actus perfectissime exercentur.

¶ DEMVM IMPERII spiritualis auctoritas est præstantior: Primo quidem ratione dependentiæ in genere quidem efficiẽtis: Tum quia spiritualis potestas Regiam temporalẽ instituit iubente Deo: ut patet primi Regum viii c. ubi Samuel sacerdos filiis Israel petentibus Regem dedit. Vnde in. c. si imperator di. xcvi. dicitur: q Imperator filius est Ecclesiæ non Præsul: Nonsolum uero instituit sed etiã destituit: ut habetur in. c. Alius. xv. q. vi. ubi Gelasius Papa scribens Anastasio Imperatori inquit: Romanus Pontifex Zacharias Regem Franchorum non tam pro suis iniquitatibus q̃ pro eo q suæ potestatis erat inutilis a Regno deposuit & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius loco substituit. Stephanus quoq; Papa secundus transtulit imperium a græcis ad germanos in persona Caroli magni: ut inducit Innocentius tertius in. c. per uenerabilẽ extra de iudiciis. Hystoriæ uero afferunt Leonem tertium Carolo Magno primum imperii coronam dedisse: Innocentius item quartus Federicũ imperio & omni regno in Concilio Lugdunẽsi priuauit: quẽ Honorius tertius ãtea anathematizauerat Barones ab eius fidelitate absoluens. Hinc Pontifices principum patres & magistri a sacris canonibus uocitantur: sicut in. c. Quis dubitet di. xcvi. dicitur. Quis dubitet sacerdotes Christi Regum & principum patres & magistros censeri.

¶ In genere etiam causæ formalis dependet imperium terrenum a spirituali quod est Ecclesiæ militantis: quoniam ars suprema ut docet Aristoteles primo metaphisicæ: quæ architectonica uocatur: propter considerationem ultimi finis inferioribus artibus & subordinatis leges ac modum siue formam operandi tribuit: sicut medicus pigmẽtario: & miles sibi subiectis. Et hoc ualde rationabile est: q charitas ad quã imperium Ecclesiæ ordinatur: ut inquit Diuus Ambrosius: est forma cæterarũ uirtutum: non quidem per modum inhærentiæ: sed per modũ cuiusdam directionis: ordinat enim actus aliarum uirtutum ad ultimũ finem. Hinc dicitur: q leges imperiales nõ dedignantur sacros canones imitari: ut in. c. Clerici extra de iudi. immo ut in. c. cõstitutiones di. x. Felix Papa dicit: Constitutiones principum cõtra canones & decreta Præsulũ Romanorum uel bonos mores: nullius sunt momenti. Patet quoq; ex prædictis imperiũ terrenũ dependere a spirituali in Ecclesia in genere causæ finalis. Vnde in. c. principes. xxiii. q. v. dicit beatus Ambrosius: Principes sæculi nonnunq̃ intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent: ut per eãdem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant: Cæterum intra Ecclesiam potestates non essent necessariæ: nisi ut quod nõ præualent Sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem: potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit: ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt rigore principum conterantur. Hæc Ambrosius. Verum auctoritas amplior imperii militantis Ecclesiæ disputabitur duobus sequentibus titulis.

¶ Ad primum ergo negatur antecedens: Ad cuius primam probationem dicitur: q Cayn non fuit uerus dominus sed tyrãnus: ante cuius dominium Abel quoq; iustus Saluatoris testimonio Lucæ. xi. sacerdotio est functus ut ait beatus Augustinus. Ad secundam probationem pariter respondetur: Nembroth enim fuit quartus a Noe: de quo Gen. ix. legitur q egressus de archa ædificauit altare Domino. Nembroth uero tyrannidem exercuisse & ex x. c. Gen. & ex eo q Babylon regni eius princeps extitit manifestum est. Ad tertiam uero probationem antecedẽtis dicitur: q li uerum potest dupliciter accipi: uno modo ut distinguitur contra falsum: & hoc modo sacerdotium legis fuit uerum: alio modo dicitur uerum prout distinguitur contra figuratiuum: & idem est quod perfectum: hoc modo sacerdotium legis non fuit uerum: ad hebreos. vii. Nihil ad perfectum adduxit lex: sed in sacerdotio Christi incœpit.

¶ Ad secundum dicendum est q maior propositio uera est: ubi principium est unum & idem re & ratione: si uero sit multiplex ratione idem re diuersa nobilitate producere potest: sicut patet in sole. Item respondetur: si sit diuersus modus acquirendi aliquid ab eodem: ubi nobilior est modus est quoq; acquisitum nobilius: Sacerdotium itaq; primum ab solo Deo est institutum: imperium uero terrenum ui tyrannideq; impia primum exorsum est apud humanam rempublicam.

¶ Ad tertium dicendum: q Regia potestas neminem habet superiorẽ in suo ordine: imperio autem spirituali alia ratione subiicitur:

sicut habetur Hiere .i. Ecce constitui te super reges & regna : ex quibus patet responsio ad primam & secundam probationem antecedentis Ad tertiam uero dicitur Moysen etiam fuisse sacerdotem: iuxta illud Psalmi.cxxvii. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius . Neq; uero semper praeponitur Moyses sicut habet Exodi.vi. Iste est Aaron & Moyses : Tum ratione primogenitutae: Tum qa dominus elegerat eum in summum Sacerdotem.

¶ Ad quartum dicendum: q̄ solutio tributi ratione recognitionis signum est inferioritatis: non autem ratione seruandae pacis ui & potētia Imperatoris aut Principum aliorum quam seruare tenentur: sicut colligitur ex eodem capitulo tributum. Similiter ratione stipendii aut similium non semper est signum inferioritatis solutio tributi. Possumus etiam dicere q̄ Papa Imperatori soluit tributum: ut ipsum esse immediatum dominum temporalium & administratorem significet: quasi primus obseruans mandatum Saluatoris: qui Phariseis satisfaciens dixit: Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesar .Matth.xxii.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiae praemineat Imperio Angelorum: Quaestio Secunda.

AD secundam quaestionem sic proceditur: Videtur q̄ imperium militantis Ecclesiae praemineat imperio Angelorum: Primo quidē: Illud imperium cuius iurisdictio existit maior praeminet: Sed iurisdictio imperii Ecclesiae est maior cui tot⁹ orbis cōmissus fuit: quod non legitur de angelis : ut testatur B.Io.Chrisostomus de laudibus Pauli dicēs: Angelis quidem saepe diuersarum gentiū cura cōmissa est: sed nullus illorum ita populum sibi creditū gubernauit ut Paulus uniuersum gubernauit orbem: ergo imperium militantis Ecclesiae praeminet imperio Angelorum.

¶ Praeterea: Omnes angeli sunt ministri Dei iuxta illud Apostoli: Omnes sunt administratorii spiritus. sed maior administratio quae est sacramentorū fuit cōmissa imperio Ecclesiae militantis & non angelis: ut ait Ioā.Chriso.in libro de laudibus Pauli: ergo imperiū militantis Ecclesiae praeminet imperio Angelorum.

¶ Praeterea: Imperiū iubentis praeminet imperio eius cui mandatur si habeat: sed Ecclesia imperat angelis: Tum quia Matth.xvi.dicitur: Quodcūq; ligaueris super terram erit ligatum & in caelis: Tum quia mos est Ecclesiae maxime Papae aliquando praecipere angelis etiam bonis : ergo imperiū Ecclesiae militātis praeminet imperio Angelorum.

¶ In oppositum est: Quoniam sic se habēt imperia quantū ad praeminentiā sicut se habent personae existentes in eis & constituētes eadem: Sed angeli praecedunt omnes personas imperii militantis Ecclesiae Lucae.vii. Qui autem minor est in regno caelorum maior est illo. Vnde & Christus inquantum homo minoratus dicitur paulominus ab angelis ad hebreos.ii. ergo imperium angelorum praeminet imperio Ecclesiae militantis.

¶ Respondeo dicendum: q̄ cū Angeli boni de quibus in praesentiarum est sermo: pertineant ad imperiū triumphantis Ecclesiae quod incōparabiliter praeminet imperio militantis: absolute dicendum est imperiū Angelorū praeminere imperio Ecclesiae militātis. Si uero loquamur de imperio Angelis praestito in ecclesia militanti hoc potest intelligi aut quātum ad uirtutem praestitam ipsis a Deo super homines: aut quantum ad immediatū ministerium quo imediate exercentur uires imperii Ecclesiae militantis. Si quidem sit sermo primō modo dico q̄ maioris sunt auctoritatis angeli boni in Ecclesia militanti: Nam primo omnia bona naturalia eueniunt suffragio angelorum: quorū mentibus inditae sunt seminales rationes omnium rerum: A quibus etiā mouentur corpora caelestia : & qui homines quosq; peculiari custodia seruant. Archangelis quoq; multa sunt diuisim cōmissa a Deo sicut custodia ciuitatum aut prouinciarum: quae uirtute propria exequuntur: & quēadmodum unus est homo Dei Vicarius in Ecclesiae imperio: ita uni Archāgelo Michaeli.s.cōmissus est principatus Ecclesiae sicut prius fuit princeps synagogae ut ait B.Thomas i.iiii.sententiarum.xlvi.ar.ii.q.iii.ad secundū. Si uero loquamur de cōmissione ordinaria ministerio Ecclesiae ut sacramentorū & praedicationis: dico hominum imperium praeminere imperio Angelorum: quibus tale ministeriū imediate & ordinate cōmissum est. Ministri uero Ecclesiae non agunt in sacramentis ad salutē uirtute propria: sed tantū in uirtute Christi. Et ideo si inueniret quis Angelum baptizasse sicut legitur de.B.Barbara uirgine & martyre: aut Episcopū uel sacerdotē ordinasse uta quibusdā asseritur de sancto Seruatio: uel Ecclesiā ali

quã consecrasse: sicut fertur de ecclesia montis Gargani: illa non sunt amplius reperenda quæ a tantis ministris Deo peculiariter dispo nẽte sunt effecta. Et per hæc patet responsio ad primum & secundum.

¶ Ad tertiũ ergo dicendum est: ꝙ mandans aliquid in uirtute alterius nõ semper præeminet imperio ei cui mãdatur: sicut nuncius Regis mandans aliquid nomine Regis. Papa uero Angelis bonis præcipiens in uirtute Dei præcipit: cuius est imediatus minister: & cuius uirtute q̃ in terris ligat sunt & in cælis ligata.

¶ Titulus sextus de latitudine Imperii militantis Ecclesiæ.



DEINDE considerandũ est de latitudine imperii militantis Ecclesiæ. Circa quã quæruntur tria.

¶ Primo: An Imperium Ecclesiæ militantis sit diffusum per totum terrarum orbem.

¶ Secundo: An imperium militãtis Ecclesiæ remotissimas insulas magni maris Occeani subiiciet aliquando secundũ diuinas litteras.

¶ Tertio: An imperiũ militantis Ecclesiæ nationes quæ ab eo defecerunt iterum recipiet secundum diuinas litteras.

¶ Vtrum imperium militantis Ecclesiæ sit diffusum per totum terrarum orbem: Quæstio prima.



AD primã quæstionem sic proceditur: uidetur ꝙ imperiũ militantis Ecclesiæ nõ sit diffusum per totum terrarũ orbẽ: Primo quidẽ: quia Dei omnes nõ subsunt imperio Ecclesiæ iuxta propheciã Dauid psalmo. lviii. Conuertentur ad uesperam. ergo imperiũ Ecclesiæ non est diffusum per totum terrarum orbem.

¶ Præterea: Nondũ intrauit plenitudo gentium ecclesiam: quæ cum intrauerit oĩs Israel saluus erit: Ad Ro. xi. ergo Imperium militantis Ecclesiæ adhuc non est diffusum per totũ terrarum orbem.

¶ Præterea: Imperiũ Ecclesiæ est monarchichum ut supra probatũ est: Sed uni Ecclesiæ nõ est subiectus totus terrarũ orbis: sicut orat ecclesia in die Parasceues: & patet in mahumetanis: in ydolatris & hereticis christianis innumeris: ergo imperium militantis Ecclesiæ nõ est diffusum per totum terrarum orbem.

¶ In oppositum est: quod cantat Ecclesia in die Parasceues in oratione pro ecclesia dicẽs: Vt ecclesia tua toto terrarum orbe diffusa & cætera: Et item in festo. B. Petri. Tu es pastor ouiũ princeps Apostolorum: tibi tradidit Deus omnia regna mundi: ergo imperiũ Ecclesiæ est diffusum per totum terrarum orbem.

¶ Respondeo dicendũ: ꝙ ipso iure diuino totus orbis terrarum & quæcũq; maris insulæ sunt imperio militantis Ecclesiæ subiectæ: Nã ut dicit Mat. ultimo: Dñs misit discipulos huius imperii rectores in uniuersum mundũ: quibus antea dixerat: quæcũq; alligaueritis super terram erunt ligata & in cælis: specialiter Petro tanquã capiti huius imperii monarchichi Matth. xvi. Hoc quoq; ratione manifestatur: Ad illas. n. creaturas se extendit imperiũ Ecclesiæ militantis quæ lumine Fidei illustratæ possunt ad æternam fœlicitatem pertingere. Hæc propositio patet: quoniã nulla ratio fuit ueniendi Christo nisi ut testimoniũ perhiberet de lumine ut omnes crederẽt per illũ: Io. i. Et hoc quantũ ad finem proximũ: Sed quantũ ad ultimum: Ego ueni ait ut uitam habeant. s. æternam: & ut abundantius habeant. sed oẽs homines utriusq; sexus & cuiuscuis status fuerint possunt lumine Fidei illustrati ad æternã fœlicitatem pertingere cũ sint rationis participes: ergo imperiũ Ecclesiæ militantis est diffusum in toto terrarum orbe qui naturaliter homini subiicitur: psalmo. cxiii. Cælũ cæli domino: terram autem dedit filiis hominum.

¶ PRAETEREA: Hi subiiciuntur imperio militãtis Ecclesiæ quibus necessaria est remissio peccatorũ: Imperio. n. Ecclesiæ solum traditæ sunt claues regni cælorũ Matth. xvi. sed oẽs hoĩes peccauerunt ad Ro. v. ergo imperiũ Ecclesiæ militãtis est diffusum necessario in homines quosq;. Perfectio etiã hominis quantũ ad operationes suas habetur ex sacramentis Ecclesiæ & uirtutib⁹ Theologicis: quæ haberi nequeunt sine coniunctione ad imperiũ Ecclesiæ: Nemini autẽ negat Deus id quod est necessariũ quantum ad naturã: ut etiam dixit Plato: & quantũ ad ea quæ cõferunt ad acquirendam gloriã: Actuũ. x. In ueritate comperi quia non est personarum acceptor Deus: sed in

omni gēte qui timet Deū & operatur iusticiā acceptus est illi.s.p gratiā: quā cōfert homini facienti quod in se est. ergo imperiū militātis Ecclesiæ est diffusum in toto terrarū orbe. Vnde Io. Chrisostomus super actus Apostoloꝝ propositum optime confirmat dicens: Petrus Apostolus a filio Dei super oēs qui filii hominum sunt potestatē accepit nō ut Moyses in gente una: sed in uniuerso orbe. Idem super Ioannē: Iacobū localiter in loco determinat: Petrū autem totius orbis ordinat magistrū & doctorem: cui potestatē dedit non ut Moysi in gēte una: sed in uniuerso orbe. Ampliores quoq; sanctorū Doctorum sententias ad ea q̄ diximus probanda in.ii. libro ubi de amplissima auctoritate summi Pōtificis erit sermo: in medium deducemus.

¶ VERVM DE facto imperiū Ecclesiæ militantis nō est toto terrarū orbe diffusum: quia non oēs obediunt euāgelio: Ad Ro.x. Humani generis peccatis exigentibus: siue Deo permittente ꝓpter comprobandū hominis liberū arbitrium: & ut inæquales sint pœnæ dānatoꝝ: quēadmodū & disparia sunt præmia beatoꝝ: minorem dānationem habebunt infideles q̄ Christiani: & qui ueritatē nō cognouerunt: q̄ qui post cognitam ueritatem retro abierunt. Hæc autē dicta sint saluo semp secreto diuinæ prouidentiæ quod ab hoībus inuestigari nō pōt. Et p hæc patet respōsio ad argumēta.

¶ Vtrum Imperiū militantis Ecclesiæ remotissimas insulas magni maris Occeani subiiciet aliquando secundum diuinas litteras: Quæstio Secunda.



AD secundam.q. sic proceditur: Videtur q̄ imperiū militantis Ecclesiæ remotissimas insulas magni maris Occeani nō subiiciet aliquādo. Primo quidē: Nunq̄ maius erit imperiū Ecclesiæ militantis q̄ fuit tpe Apostolorū: quibus præcepit Dñs dicens: euntes in mundū uniuersum: prædicate euāgeliū omni creaturæ: Mar. ultimo. Sed Apostoli aut eorū discipuli nunq̄ prædicauerunt hoibus habitantibus insulas magni maris Occeani: sicut patet: quoniā a uiginti annis citra repertæ fuere insulæ ad quas ut aiunt: nunq̄ nomen Christi peruenit: ergo nec imperiū militantis Ecclesiæ ad illas aliquando extendetur.

¶ Præterea: Principiū imperii militantis Ecclesiæ quo ad gentes incœpit in Asia: deinde uersus partes occidētis paulatim usq; ad Anglos & ad alias insulas maris Occeani ꝓcessit: defecit autē fides in partibus orientis multis annis ab hinc succrescente Mahumeti heresi: Insulæ uero illæ remotissimæ dicunt̄ esse uersus orientem: Non ergo uerisimile uidetur q̄ imperium Ecclesiæ militantis illas insulas aliquando subiiciet.

¶ Præterea: Eadē uidetur esse ratio de hoīb⁹ siluestrib⁹ ut sunt pigmei & Fauni: sed ꝓfati nunq̄ cōuenient aut subiicient̄ impio militātis Ecclesiæ: tum ꝓpter eorū feritatē qua mores mansuetos discere nequeunt: tum etiā q̄a cū hoibus nisi ui cōiter habitare nequeunt experientia teste: ergo pariformiter nec hoies habitantes insulas remotissimas subiiciet aliquādo imperium militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositū ē: q̄ De⁹ & natura nihil frustra faciunt sicut dicit Aristo. i. cæli: sed Deus iussit euangeliū prædicari in uniuerso mūdo & oī creaturæ Mar. ultimo. Euāgeliū uero lex ē impii militātis Ecclīæ: ergo iperiū militantis Ecclīæ subiiciet sibi aliqñ insulas remotissimas.

¶ Respōdeo dicendū q̄ ex diuina scriptura habetur: omnino euangeliū ad oēs hoies qui sub cælo sunt aliquādo peruenturū: Et primo habet̄ psalmo. ii. Dabo tibi gētes hereditatem tuā: & possessionem tuā terminos terræ. Item psalmo. xviii. In omnē terrā exiuit sonus eorum: ut noie omnis terræ Asiā: Aphricā: Europamq; intelligamus: Et in fines orbis terræ uerba eorū: ut per fines orbis terræ insulæ remotissimæ significentur. Secundū hunc sensum B. Paul⁹ ad Ro. x. accipit ꝓfata uerba Dauid. Deinde psalmo. lxxi. laudaturus Christū Iesum sub typo Salomonis eundē Deum uerū & hoiem futurū enarrat dicens: Et ꝑmanebit cū sole & ante lunā in generatione & generationem. Deinde q̄ fortis: dilectus: honoratus: iustus: misericors: liberalis: diues in oēs qui inuocant illū: famosus nimium nimiūq; futurus sit: omneq; hoīum genus illum adoraturum nullo enigmate sed clara uoce ꝓdicat dicēs: Et adorabunt eum oēs reges: oēs gentes seruient ei. Et paulopost: Et benedicent̄ in ipso oēs tribus terræ: oēs gentes magnificabunt eū. Et psalmo. xxi. Cōuertentur ad dominū uniuersi fines terræ: & adorabunt in cōspectu eius uniuersæ familiæ gentiū. Esaias quoq; c. ulti. inq̄t: Mittā eis q̄ saluati fuerint ad gentes in mare: in Aphricā: in Lydiā: tenentes sagittā. in Italiā & Græciā: ad insulas lōge: ad eos q̄ nō audie-

runt de me:& nō uiderunt gloriā meā Math. xxiiii. Et pdicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe. Et tunc ueniet consumatio. Quod exponēs.S. Thomas i prima.ii.q.cyi. ar.iiii.ad quartū a.t pdicatio euangelii pōt intelligi dupliciter:uno modo q̄tum ad diuulgationem noticiæ Christi: & sic pdicatū fuit euāgeliū in uniuerso orbe etiā tempore Apostolorum ut Chrysostomus dicit:& secundū hoc quod additur:& tunc erit cōsumat.o intelligitur hoc de destructione Hierusalem: de qua tūc ad litterā loquebatur. Alio modo pōt intelligi pdicatio euangelii in uniuerso orbe cū pleno effectu:ita.s.q in qualibet gente fundetur ecclesia:& ita sicut dicit Augustinus in epistola ad Eusichiū:Nondū est prædicatum euangeliū in uniuerso orbe:sed hoc facto ueniet cōsumatio mundi. Idem contra epistolā Donatistæ ait:Sunt n. adhuc nōnullæ gentes in qbus nondū est euangeliū prædicatū: necesse est autē impleri omnia quæ de Christo & Ecclesia pdicta sunt. Oportet ergo & in eis prædicari:Quod cū impletum fuerit tūc erit finis. Hæc.S. Thomas. Petr⁹ quoq; de Palude in.q.yi.primæ distin.iiii.senten.ait:Ante diē iudicii oportet in oēs gētes euangeliū pdicari.

℄ Ad primū ergo dicendum est:q tempore Apostolorū maius fuit imperiū Ecclesiæ militantis non extensiue sed intensiue:Fuit.n.ut ait.B.Thomas ubi supra circa finem corporis articuli in quo perfectius gratia Spiritus sancti habita fuit q̄ hactenus:& maxime ab Apostolis q primitias spiritus acceperunt & tēpore. prius:& cæteris abundantius: ut glo.dicit ad Ro.yiii. Eapropter sicut post Apostolos multæ nationes ad Fidem catholicā uenerunt:ita fiet in nouissimis diebus de his qui habitant insulas re notissimas magni maris Occeani.

℄ Ad secundū dicendum: q nō est incōueniens q remanētibus populis multis Asiæ in infidelitate christiani occidentales per mare deferant nomē domini nostri Iesu Christi hominibus insularū remotissimarum maris Occeani:sicut accidit nostra tēpestate iussu Regis Aragonum:qua repertæ sunt insulæ miræ magnitudinis. Est autem annus præsens millesimus quingentesimus tertiusdecimus ab Saluatoris ortu. Ad quas insulas licet peruenerit sonus prædicationis Christi ut a nobis creditur:etiā tempore Apostolorū:de quibus dicitur:In oēm terrā exiuit sonus eorū:tamē nunc nō est memoria ceu referūt aduenientes.

℄ Ad tertium dicendū est:Quotquot sunt rationis participes possunt ad imperium militantis Ecclesiæ pertinere:subiiciunturq; illi iure diuino. Multa uero sunt animalia similia homini quantū ad figuram & distinctionem membrorū:ut sunt pigmei:quos ferunt bella gerere cum Gruibus quæ rōne carent: Fauni quoq; rōnis expertes sunt:Neq; obstat id quod refert Diuus Hieronymus in uita.S.Pauli heremitæ dicens: Faunos per deserta uagantes dixisse.B.Antonio se etiam in desertis sensisse aduentum domini nostri Iesu Christi:Quia locuti sunt sicut Asina Balaam:Nam ipse.B. Antonius letabatur q etiam animalia bruta Christū confiterentur. Quomodo uero senserint animalia desertum habitantia aduentū Domini dicere possumus saluo semp diuino secreto:q in aduentu Domini facti sunt cæli mellifluidulciori afflatu influētes in inferiora: iuxta illud Ioelis.iii. In illa die still. būt mōtes dulcedinem & colles fluent lac & mel. Item Isaie.xxxy.c.dicitur: Letabiť deserta & inuia: & exultabit solitudo & florebit quasi Lilium: Germinans germinabit &c. animalia quoq; bruta peculiari gaudio affecerunt. Conueniens est itaq; multa euenisse in toto uniuerso tempore incarnationis superius nota:mortalibus uero ignota:quibus solūmodo ad salutem necessaria reuelata fuere: iuxta illud Ecclesiastici.xliii. Pauca .n. uidimus operū eius.

℄ Utrum Imperium militantis Ecclesiæ nationes quæ ab eo defecerunt iterum recipiet secundum diuinas litteras:Quæstio Tertia.

AD tertiam quæstionē sic proceditur Uidetur q imperium militantis Ecclesiæ nationes quæ ab eo defecerunt iterum recipiet secundū diuinas litteras: Primo quidem:Anteq̄ ueniat cōsumatio sæculi oportet euangeliū ubiq; doceri simul: ut habetur Math.xxiiii.q cum prædicatū fuerit hoc euangelium in toto mundo in testimonium oībus gentibus tunc ueniet consumatio:sed hoc esse non poterit nisi nationes quæ ab eo defecerunt iterum recipiat Imperium militantis Ecclesiæ:ut patet:ergo illas iterum recipiet.

℄ Præterea:Dicitur Math.xiii.q in fine sæculi filius hominis mittet Angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala:sed secundum B.Augustinū Regnū eius est regnū militantis Ecclesiæ:ergo si aliquę nationes ab

hoc regno deficient iterū unientur:& ita Imperium militantis ecclesiæ nationes quæ ab eo defecerunt iterum recipiet.

¶ Præterea:scribitur Danielis.vii.ꝙ in bestia erant cornua decem quæ decem reges erunt: Super qbus uerbis dicit glosa:ꝙ decē cornua erunt decē regna in quæ diuidetur Romanū imperiū tempore Antichristi: si ergo tunc diuidetur imperiū Romanū quod est militātis Ecclesiæ:antea diuisum unietur:& p ꝯsequēs nationes quæ ab eo defecerunt iterū recipiet.

¶ In oppositū est: Quia secundū sententiam Saluatoris:Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur.Sed imperiū militantis Ecclesiæ multipliciter diuisum nunc est : Igitur expectanda pot⁹ uidetur desolatio q̄ ꝙ nationes quæ ab eo defecerunt iterum recipiat.

¶ RESPONDEO DICENDVM : ꝙ duo sunt tempora imperii militātis Ecclesiæ hinc ad diem iudicii:Vnum u. ꝗ ad interitū Antichristi:aliud erit deinceps usq̧ ad finē mūdi: cuius temporis fœlicitas cōsiderabitur in.iiii. libro.Loquendo itaq̧ de primo tpe timendū uidetur rōnabiliterq̧ Imperiū militantis Ecclesiæ potius deficiet q̄ ꝙ oēs nationes quæ ab eo defecerunt iterū recipiat:hoc autē multipliciter psuadetur.Nos.n.sumus in quos fines sæculorū deuenerunt:Immo secundum quorundā opinionē nos sum⁹ in ultimo statu imperii militantis Ecclesiæ:diuidendo totū tempus a Christi ascensione usq̧ ad ultimum diē in septem status:ceu disputabit in.iiii.lib. ti.i.Quapropter merito secundū diuinas litteras ambigere possumus de uicino aduentu Antichristi:cuius tēpestate oēs pene nationes deficient ab imperio militantis Ecclesiæ:quoniam tūc ædificabitur Hierusalem:& templū Domini p Iudeos imperio Antichristi:ita ut in tali tēplo colatur ab eis tanq̄ Deus:& ostendat eis tanq̄ sit Deus:ut dicit Apostolus.ii.ad Thesalo.ii.c.Timendū est igitur uerisimiliter ne imperiū militantis Ecclesiæ oēs nationes q̄ ab eo defecerunt amplius recipiat. Ampl⁹ Apoc.xx.dicit:Cū ꝯsumati fuerint anni mille soluetur Sathanas de loco suo:qa priorē potestatem recipiet. Et exibit & seducet gētes q̄ sūt sup q̄tuor angulos terræ Og & Magog: Sed secūdū.B Augustinū.xx.de ciui.Dei:istæ gētes quas appellat Euāgelista Og & Magog: nō sunt aliq̄ æ gentes particulares seiunctæ a Romano imperio:sed potius sunt oēs gentes diffusæ per mundū:in qbus Diabolus tanquā in abysso intelligitur esse inclusus & tectus:un⁊ interpretatur.n.Og & Magog tectum de tecto. Potius ergo uidetur dicendum Imperium militantis Ecclesiæ dispendium receptururn q̄ augmentum.

¶ AVGETVR TIMOR ISTE:Tum quia supabundat iniquitas & refrigescit multorū charitas:Tum qa sunt scismata & hereses multæ in oibus statibus hominum:Tum quia tyrāni infideles & hi q christiano nomine censentur sepius scindunt imperiū militantis Ecclesiæ:Tum qa libertatem nouā accepit Diabolus quā nunq̄ antea accepisse legimus : In multis nanq̧ christianorū partibus habet nouam sectam Diabolus hominū & fœminarū abnegantiū præcepto suo cui sunt familiares fidem catholicā:abutentium sacramentis Ecclesiæ:præcipue sanctissimo Eucharistiæ sacramento:& plæraq̧ turpia agentiū:quæ meminisse animus horret : Neq̧ ista sunt paruipendenda:cum in dioceli Comensi prouinciæ Lombardiæ ducat⁹ Mediolani āno Dñi M.D.XIIII.plusq̄ sexaginta ex talibus maledictis hominibus sint ignibus crematu:me eodem anno existente lectore in cœnobio sancti Ioannis Ordinis Prædicatorum eiusdem urbis.

¶ Verum ego ipse crediderim stantibus præmissis:Regum christianorū qui sanctis uotis augere optant Imperium militantis Ecclesiæ armis Christum assistere:cuius auxilio multas infideliū subiiciunt nationes: atq̧ secundum partem obtinere infidelium regnū:cuius totū imperium timendū ualde est nunq̄ recepturā ecclesiā militantē:saluo semp diuino secreto: In cuius medio latet futurū certa noticia.

¶ Ad primum ergo dicendū est:ꝙ si simul non habetur implicite aut explicite ab euangelio:quis illud futurum rōnabiliter credatur post interitū Antichristi:ut dicetur in.iiii.li.b.o.

¶ Ad secundū dicendum:ꝙ Imperium militantis Ecclesiæ est regnum Christi:cui omnes nationes iure diuino semper subiiciuntur licet de facto plurimi eidē aduersentur.Et ideo dicitur Regnū eius ratione ueræ iurisdictionis:non ratione actualis dominationis.

¶ Ad tertium dicendum: ꝙ diuisio illa Imperii Romani in decem partes iam incœpit:& erit completa tempore Antichristi.Ideo rationabiliter sono diuinarum litterarum e nti ex pectore potius debemus scismata & Imperii militantis Ecclesiæ diminutionem q̄ nouam unionem:præcipue omnium nationum quæ ab eo defecerunt.

¶ Titulus septimus de profunditate Imperii militantis Ecclesiæ.



DEINDE considerandū est de profunditate imperii militantis Ecclesiæ: Circa quam quæruntur quattuor.

¶ Primo: An imperium militantis Ecclesiæ sit temporale & spirituale simul.

¶ Secundo: An Imperiū militantis Ecclesiæ sit super quæcunq; bona temporalia & spiritualia & cuiuscūq; hominis.

¶ Tertio: An auctoritas Imperii militantis Ecclesiæ extendatur ad superos.

¶ Quarto: An auctoritas imperii militantis Ecclesiæ protendatur ad inferos.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ sit temporale & spirituale simul: Quæstio Prima.



D primam quæstionem sic proceditur: Videtur q imperiū militātis Ecclesiæ nō sit temporale & spirituale simul: Primo: quia pluralitas principatuū non est bona xii. Meta. Potissime mucper unam possit conuenienter effici finis potestatis s. p tpalē: teste Aristo. ii ethy. latores inquit legū assuefaciendo: bonos ciues efficiunt. ergo Imperium Ecclesiæ militantis uidetur esse temporale tantum.

¶ Præterea: Imperiū Ecclesiæ militantis est illud quod est Christi. Dño dicēte Petro: & super plebem meā principem te ꝯstitui. Sed Imperium Christi nō fuit tēporale: Io. xviii. Regnum meū nō est de hoc mundo: ergo uidet q Imperiū militātis Ecclīæ sit solū spirituale. Confirmatur: qa terrenus principatus uidetur esse a Deo tantū permissiue: iuxta illud glosæ Deutero. xvii. ubi Dño dicente: Constitues eū quem Dñs tuus elegerit: glosa inqt: permittit nō cōmittit. Permissio uero maloꝝ tm̄modo est: ergo in militanti Ecclesia nō uidet ponēdum esse Imperium terrenū siue temporale.

¶ Præterea: Fideles Christiani cū filii Dei Regis Regū omniū dicātur Io. Primo: Dedit eis potestatē filios Dei fieri: sunt liberi in oibus ut dicit glo. sup illud Math. xvii. Ergo liberi sunt filii Regum. ergo Imperium militantis Ecclesiæ neq; temporale neq; spirituale esse uidetur.

¶ In oppositū est quod scribit Gelasius Papa Anastasio Imperatori: & habetur in caplō Duo sunt di. xcvi. Duo sunt qppe Imperator Auguste qbus principaliter hic mūdus regit: auctoritas sacra pontificū: & regalis potestas. In qbus tanto grauius est pondus sacerdotū: quanto etiam pro ipsis Regibus uel legibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationem: ergo Ecclesiæ auctoritati subiiciuntur Pontifices & Reges.

¶ Respōdeo dicendū: q sensus huius q̄stionis pōt esse duplex: unus ut sit sensus: utrū habens imperium in ecclesia militanti sit simul Rex & sacerdos: Alter est: An diuisim ī ecclesia sit principatus terrenus & spūalis. Et secūdum utrūq; sensum est pars q̄siti affirmatiua uera. Verū de prio sensu libro sequēti latius considerabit: cum summū Pōtificē & Sacerdotē & Regē Ecclesiæ militātis declarabim⁹: Vnde consecratur ut Sacerdos: coronatur ut Rex: Festūq; coronationis omnibus Regibus nunciatur. Esse autē in ecclesia hæc duo imperia diuisim experientia docet: Et quidem q sint a Deo præsertim terrenus principatus: asserit diuinus Paulus ad Ro. xiii. Non est potestas nisi a Deo. Et primæ Petri secundo dicitur: Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi quasi præcellenti: siue Ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum: laudem uero bonorum. Item sapiētiæ. viii per me Reges regnāt.

¶ Duplex hoc imperium figurarunt duæ colūnæ ereæ: quarum dextra uocabatur Ioachim: Sinistra uero Booz: quas Salomon in porticu templi statuit: Atrium siquidem Ecclesiam militantem signat: qua ad triumphantem ingredimur: Columna dextra spiritualis est principatus: qui recte uocatur Ioachim quod interpretatur præparans aliis firmitatem: quoniam a Domino dictum fuit Petro: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. At sinistra figurat terrenum imperium: quæ apte dicta fuit Booz: quod interpretatur in quo robur: quoniam defert gladium: Ad Ro. xiii. Nō enim sine causa gladiū portat. Necessitas uero huius duplicis imperii ponendi est: Quoniā terrena actio & spiritualis non recte in eandē potentiam imediatā reducunt propter diuersitatem. Cum igitur eius sit act⁹ cui⁹ est potētia teste Aristotele in lib. de som-

tio & uigilia: sequitur q̄ terreni imperii actus non conuenienter a potentia spirituali immediate gubernentur. Hinc Vgo de sancto Victore parte secunda libro de Sacramentis inquit: In laycis quippe ad quorum studium & prouidentiam ea quæ terrenæ uitæ necessaria sunt pertinent: potestas est terrena: In clericis uero ad quorum studiū spectant ea quæ spiritualis uitæ sunt bona: potestas est diuina. Illa ergo potestas sæcularis dicit: ista spiritualis nominatur. Item ibidem ait: Si non potest humana societas sine utraq̄ uita manere necessaria est duplex potestas ad conseruationē iusticiæ: una quæ præsit in terrenis ad ordinādam uitā terrenā: alia quæ præsit in spiritualibus ad ordinandā uitam spiritualē. Hæc ille.

¶ Præterea: cum gubernatio sit directio gubernatorū in finem determinatum: alius etiā sit finis terrenorum & alius sit finis spūalium necesse est aliū esse principatū terrenū in ecclīa militante: & aliū spūalem. Quapp Imperiū militantis Ecclesiæ & temporale est & spirituale.

¶ Ad primū ergo dicēdū: q̄ pluralitas principatuū non subalterna mala est: In ecclesia uero tēporalis subest spūali: ut singulariter hēs in extrauaganti Bonifacii octaui incipiente Vnam sanctā catholicā: q̄ ponit in libro extrauagantium cōium sub titulo de maioritate & obediē. Dicitur quoq̄ q̄ per solum Imperiū utriusq̄ finis non ita bene produci potest nec bonitas effecta per terrenum imperium eius est perfectionis cuius est bonum spirituale.

¶ Ad secundum dicendum: q̄ Christus Rex fuit & sacerdos Zachariæ.ix. Ecce Rex tuus ueniet mansuetus sedēs sup asinā & pullū ei⁹: & i psal.cix. Tu es sacerdos i æternū secundū ordinē Melchisedech. Vnde Matth. ultimo de se Christus dixit: Data est mihi oīs potestas in cælo & i terra. At Io.xviii. dicitur: Regnū meū non est de hoc mundo: ut Saluator responderet iudeis illū de Regno acusantibus quasi dicens: Ego Romanorum aut Iudeorum regno non aduersor quasi Cæsari sceptrū ablatur⁹: Ideo subintulit: Regnū meū non est hinc. Vel secūdum Chrisostomū: Regnū Christi nō fuit de hoc mūdo qa nō fuit modo mundano: ut in superioribus dictū fuit. Ipse autem in regnando super suos sibiipsi sufficiens est nullo alio adminiculo indigens.

¶ Ad confirmatioē dicendū: q̄ Deus constituit terrenū Imperiū ceu pauloante eodem Deutero. libro capitulo.xvi. legitur: Iudices & magistros constitues ingt in oibus portis tuis: Quod qdem aliquando alicui malū est: non autē simpliciter. Vnde primi Regum.x. filiis Israel regē petentibus dixit Samuel: Vos projecistis Dn̄m hodie q̄ solus uos saluauit Bonū n. erat illi populo quē Dn̄s peculiarē elegerat ut Dn̄s solus illi dominaretur sine Rege.

¶ Ad tertiū dicendū: q̄ filii Dei per gratiam uniuersaliter sunt liberi a seruitute peccati: nō aūt a seruitute tpali aut corporali: Sequentes uero Apostolicā uitā ī hoc mūdo imunes sūt ab utraq̄ seruitute: de qb⁹ illa auctoritas intelligit: ut dicunt. S. Tho. in secūda secūdæ & S. Bonauentura in fine secundi sententiarum.

¶ Vtrum Imperium militātis Ecclesiæ sit sup quæcūq̄ bona tēporalia & spiritualia: & cuiuscunq̄ hominis: Quæstio Secunda.



D Secundā q̄stionem sic proceditur: Videtur q̄ imperiū militantis Ecclesiæ non sit super q̄cūq̄ bona tēporalia & spūalia: & cui⁹cunq̄ hominis Primo: Quia hi qui sunt de Imperio militantis Ecclesiæ potissime capita ut Papa & Epī: dicuntur discipuli Christi utpote Apostolorum successores: sed discipuli Christi non possunt habere dn̄ium sup bona temporalia dicente Dn̄o: Nisi qs renunciauerit oibus q̄ possidet non potest me⁹ esse discipulus: Lucæ.xiiii. ergo Imperiū militātis Ecclīæ nō uidet esse sup bona tēporalia.

¶ Præterea: Bona spiritualiā sicut merita quæ cūq̄ propter actus uirtutum acquisita sunt ac quirentis: iuxta illud Apocalipsis. xiiii. opera enim illorum sequuntur illos: ergo non sub sunt imperio alicuius nisi Dei.

¶ Præterea: Iudei & ifideles cum multis suis bonis temporalibus alieni sunt omnino ab imperio militantis Ecclesiæ: ergo cuiuscunq̄ hominis bona quæcunq̄ non subsunt imperio militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositū arguit: Quæcūq̄ ordinantur ad fœlicitatē regni cælorum habendā subsunt impio militātis Ecclesiæ: sed oēs hoīes ordināntur ad fœlicitatē regni cælorum habendā: iuxta illud Apostoli prie ad Thimo. Deus uult oēs hoīes saluos fieri: bona uero oīa siue corporalia siue spiritualia ad hoīem sunt ordinata: ergo Imperiū militantis Ecclesiæ est super quæcunq̄ bona: & cuiuscunq̄ hominis.

¶ RESPONDEO dicēdū: q̄ bona nōnulla gubernātur a Deo per imperium solum bo

norum spirituum: ut sunt corpora cælestia & dispositio aliarum causarum naturaliũ: quæ licet directe non subsint potentiæ ordinariæ imperii Ecclesiæ tamen indirecte subduntur: iuxta illud Marci ultimo: Signa autem eos q crediderint hæc sequent: In noie meo demonia eiicient: linguis loquent nouis: serpētes tollent: & si mortiferũ qd biberint nõ eos nocebit: sup egros manus iponēt & bene habebũt. Cætera uero aut per se: aut per accidens sub sunt Ecclesiæ imperio. Per se quidē spirituale imperiũ spiritualia: & terrena terrenus gubernat principatus: ut habet. xcvi. di. Duo sunt. Per accidens āt: ordinata ad illa aut iuncta ꝓfatis: queadmodũ actui uoluntatis q̃ soli Deo subest: imperat ecclesia per accidens: aut etiã Reges inquãtũ actus uoluntatis coniunguntur aut ordinantur actibus exterioribus qui sub sunt terreno imperio: aut ēt spũali: habet autē ecclesia fo: De re spectu cuius ēt actibus uoluntatis principatur ligãdo & soluendo. merita quoq; sanctorũ Ecclesiæ militantis ut sunt satisfactoria ꝓ peccatis imperio Ecclesiæ subiuncta ut superioris auctoritate ꝑpue sũmi Pontificis: possint etiã ꝓ aliis satisfacere. Hinc indulgentiæ ortũ habentut p sacros Theologos habet scribentes super di. xx. quarti sniaꝝ.

¶ AMPLIUS PAPA est Vicarius Christi: loco enim Domini semper Apostoli habuerũt Petrũ: Data uero omnis potestas est Christo in cælo & in terra: Matth. ultimo. At Christus super terram dans Petro potestatē dixit: Quod cũq; ligaueris super terrã erit ligatũ & in cælis: & quodcũq; solueris: erit solutũ. Nil ergo sup terram subterfugere potest imperium militantis Ecclesiæ obseruato diuino iure. Inde glo. super illo uerbo dominabitur a mari usq; ad mare dicit: Vide q̃ latum sit regnũ Christi: q a mari usq; ad mare: idest a quolibet fine terræ usq; ad quēlibet finē terræ diffundetur. Tã lata dilatabitur ecclesia. Sicut itaq; Christus recepit a Patre ducatũ & sceptrũ Ecclesiæ gentium ex Israel egrediens super oēm principatum & potestatem & super omne quodcũq; e.t: ut ei genua cuncta curuentur: sic ipsi Petro & eius successoribus plenissimã potestatē cõmisit: ut dicit Cyrillus Patriarcha Alexandrinus in libro Thesaurorum.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q capita Imperii militantis Ecclesiæ possunt habere ꝓ prium: Dicitur. n. xii. q. i. Episcopi de rebus propriis uel acquisitis: uel quicqd de proprio habent heredibus suis derelinquant. Renũciano autē propriaꝝ facultatum non est necessaria secundũ actum: sed secundũ præparationem animi ut. s. homo sit paratus si fuerit opus oia dimittere: uel distribuere. Vnde Augustinus in libro de quæstionibus euangelii: Ostendit Dominus filios sapientiæ intelligere non in abstinendo: nec in manducãdo esse iusticiã: sed in æquani mitate tolerandi inopiam. Vnde Apostolus dicit: Scio abundare & penuriam pati.

¶ Ad secundũ dicendũ: q opera existentium in gratia. sequuntur illos q̃tum ad remunerationem: ut expo nit Haymo super uerbis indu ctis dicēs: Quia. n. post opus sequitur merces operis electorum ipsos comitari dicitur. Subiiciuntur uero imperio Ecclesiæ ratione cõmunionis: Nam charitas omnia cõmunia facit Item ratione satisfactionis; Vnus. n. pro alio satisfacit obligationi pœnæ: Et ratione fructificationis: Opera. n. uiuorum mẽbrorum Ecclesiæ ualent ad augmentum gratiæ eis qui habent: uel ad merendum eis qui nõ habent. Valent etiam ad custodiam uirtutis.

¶ Ad tertium dicendum: q Iudei & infideles subiiciuntur imperio militantis Ecclesiæ iure naturalis dispositionis: Omnis. n. creatura rationalis dispositionē habet ut de imperio militantis Ecclesiæ existat. Secundũ. n. Augustinũ de nullo est diffidendũ: quia qui hodie sunt Iudei uel pagani cras poterunt eē christiani.

¶ Secundo Iure sufficientis redemptionis: Christus. n. sufficienter pro omnibus satisfecit.

¶ Tertio Iure perfectissimæ potestatis: dicente. B. Paulo. Qui non credit iam iudicatus ē. Neq; hanc potestatis plenitudinem minuit ꝑtinacia iudeorum ac infidelium: sicut nec diuinæ Maiestatis derogat dignitati qui pro sui libera uoluntate diuina spernit mandata.

¶ Vtrum auctoritas Imperii militantis Ecclesiæ extendatur ad superos: Quæstio Tertia.

AD Tertiam quæstionem sic proceditur: Videtur q auctoritas imperii militantis ecclesiæ extendat ad superos: Primo quidem: Cõserui eidem imperio pariter subiiciuntur: sed superi & homines sunt cõserui: ut habetur Apoc. ultimo. Et postq̃ audissem & uidissem cecidi ut adorarem ante pedes Angeli q mihi hæc ostendebat: & dixit mihi: Vide ne feceris: Conseruus. n. tuus sum & fratrum tuorum. Igitur cũ Imperiũ militantis Eccliæ.

extendatur ad hoies ergo etiam ad superos.

¶ Praeterea: imperii cuiuslibet auctoritas extenditur ad ministros suos: sed Angeli beati omnes sunt ministri Ecclesiae ut dicitur ad hebreos primo. Omnes sunt administratorii spiritus missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Ergo auctoritas Imperii militantis Ecclesiae extenditur ad superos.

¶ In oppositū est: q inferior in superiorem non habet imperiū: Maior uero imperiū militantis Ecclesiae minor est omnib⁹ supis: iuxta illud Lucae. vii. Qui autem minor est in regno caelorū maior est illo. ergo auctoritas Imperii militātis Eccliae nō se extendit ad superos.

¶ Respondeo dicēdū: qd Superi nō subiiciunt imperio Ecclesiae militantis: Tum quia natura uel gratia ac gloria supiores: Tū quia sunt in termino militiae: Quū .n. triūpho potiātur iam nō militantsed militiae pactae fructus pcipiunt: Tum quia Reges effecit militiae humanae nomen pdiderunt. Ratione itaq subiectionis ad superos non extenditur auctoritas Imperii militantis Ecclesiae: sed ratione approbationis extenditur. Quae .n. fiunt in terris legitima auctoritate Imperii Ecclesiae militātis apud superos approbantur: Matth. xvii. Qd cūq ligaueris super terrā erit ligatū & in caelis & quodcūq solueris super terrā erit solutū & in caelis: Est quoq alia subiectio qua diligentes Deū mutuo subiiciuntur iuxta illud Apostoli: Subiecti inuicē in timore Christi. Auctoritate itaq dilectionis q̄ uinculū est fortius quā cūq alia auctoritate imperat Ecclesia Angelis: Cuius uota illis sunt pcepta. Huius figura habetur Genesis. xxxii. ubi dicitur q Angelus luctabat cū Iacob neq poterat eū superare. Dixit quoq Angelus ad Iacob: Dimitte me: Iam .n. ascendit aurora: Respondit: Non dimittā te nisi benedixeris mihi: Et benedixit eū in eodē loco. Superi igitur sanctorum Impii Ecclesiae militantis cognoscentes uota: ab hoib⁹ charitatis uiribus supantur: satisq nobis facere coguntur. Subiiciuntur profecto auctoritati imperii militantis Ecclesiae nō pceptis astricti: sed aureis diuinae charitatis uinculis alligati. Demū auctoritas Ecclesiae se extendit ad superos pp mutuā subordinationē: Imperiū nāq militans ad triūphantis gloriā ac perfectionem ordinatur: Triūphans uero ad auxilium: custodiā: tutelamq militantis imperii est institutū a Deo iuxta illud psalmi: Angelis suis mandauit de te ut custodiant te in oibus uiis tuis. Hinc Militiae caelestis nomen habet angelicā potestas: hinc Dei castra dicuntur Angeli Ge. xxxii. Fueruntq ei obuiā Angeli Dei quos cū uidisset ait: Castra Dei sunt haec. Quaobrē superi perpetui sunt custodes Imperii militātis Ecclesiae iuxta illud propheticū dictū: Sup muros tuos hierusalem constitui custodes: Nō tacebūt die ac nocte laudantes nomen Dūi Et per haec patet responsio ad obiecta.

¶ Vtrum auctoritas Imperii militantis Ecclesiae protendat ad inferos: Quaestio Quarta.



AD quartam q̄stionem sic proceditur: Videtur q auctoritas Imperii militātis Ecclesiae nō protēdat ad inferos: Primo quidem: Auctoritas Ecclesiae est ad aedificationē & non ad destructionē iuxta Apostoli sniam ut inferius declarabitur: Sed inferi nullo mō possunt aedificari: Nam qui descendit ad inferos nō ascendet: Iob. vii Ergo auctoritas Impii militātis Ecclīae nō ptendit ad inferos.

¶ Praeterea: Si auctoritas Imperii militantis Ecclesiae protenditur ad iferos sequitur q aliqua suffragia pstari possent pueris existentib⁹ in Limbo: puta aperire portam regni caelorū: sed hoc esse nō pōt quoniā sunt priuati gratia personali & sacramentali: Dicente Domino Io. iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto nō potest introire in regnum Dei. Item. Ge. xvii. Ille cuius caro praeputii circuncisa non fuerit peribit de populo meo: qa pactum meū irritum fecit: probatur consequētia: Cōsonat .n. diuinae iusticiae: ut qui per peccatum alterius sunt dānati per meritum quoq alienū liberentur: Nam ut ait Apostolus ad Ro. quinto: Quia sicut unius hominis delicto multi mortui sunt ita & unius hois gratia. Donū .n. in plures abūdauit. Igit auctoritas Impii militātis Ecclesiae non uidet ptēdi ad iferos.

¶ Praeterea: Si auctoritas Imperii militantis Ecclesiae protenditur ad inferos hoc pcipue est: quia animabus existentibus in purgatorio potest auctoritate Ecclesiae subueniri ut a poena liberentur: sed hoc nō uidetur conueniēs: quia tunc Papa si uellet posset totū expoliare purgatorium: cū in eo resideat plenitudo potestatis: sed hoc inconsonum uidetur: hoc .n. Christus non credit fecisse. Repugnate quoq uidet diuinae iusticiae: qa iuxta illd Deute. xxv. secundū multitudinem delicti erit plagarum modus. Igitur nō uidetur: q auctoritas Impii

militantis Ecclesiæ protendatur ad inferos.

¶ In oppositũ est quod dicitur Lucæ.x. Reuersi sunt aũt septuaginta duo cũ gaudio dicentes: Dñe & Demonia subiiciuntur nobis in noĩe tuo: Et ĩfra: Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi supra serpentes & scorpiones & sup oẽm uirtutẽ inimici: & nihil uobis nocebit. Verũtamen in hoc nolite gaudere q spiritus uobis subiiciũtur: Demones uero ĩferi dĩtur.

¶ Respondeo in hac qſtione Primo dicendum est de locis ĩferorum: Secundo de auctoritate impii Ecclĩæ sup existentibus in locis eisdem: Tertio de quãtitate illius auctoritatis.

¶ CIRCA PRIMVM sciendum quattuor eẽ loca apud inferos qb9 creatura intellectua lis punitur a diuina Iusticia.s. Infern9: Purgatorium: Lymbus puerorũ & Lymbus patrũ: q & Sinus Abrae dictus est. Infernũ esse omnes diuinæ literæ philosophi: sectæq omnes cõsentiunt suadentibus rationibus miræ efficaciæ. Variis nominibus locus ille nominatur:

¶ Nam infernus dicitur quod infra sit: Ecclesiastici.li. Vita mea erat appropinquans in inferno deorsum. hac ratione tenebræ dicitur exteriores. Matth.xxii. ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.

¶ Caminus ignis: q ignẽ tenebrosum contineat: Matth.xiii. Exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum: & mittent eos in caminum ignis.

¶ Gehẽna quasi generans ignẽ ut quibusdã placet: uel meli9 interpretatur uallis tristiciæ: Matth.xviii. Melius est unũ oculũ habentẽ in uitam intrare: q duos oculos habentem mitti in gehẽnam ignis.

¶ Auernus propter intẽperiẽ: Iob.xxiiii. Trãsibunt ab aquis niuiũ ad calorẽ nimiũ. Lacus uel puteus psal.xlix. Eduxit me de lacu miseriæ: Apoc.viii. De puteo abyssi obscurat9 ẽ aer.

¶ Tartarus: quasi tumultuosus.

¶ Lethes obliuiosus.

¶ Barathrum quasi latitudo arcta.

¶ Herebus quasi pœna semper hærens.

¶ Acheron a fletu: idest luctuosus.

¶ Secũdus locus est Purgatorium: in quo ingressuri ad uitam purgãtur satisfacientes pœnæ debitæ secundum leges diuinæ iustitiæ: secundi Mach.xii. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluãtur. hereticus autẽ cẽsetur negans purgatoriũ ut ait S. Thomas in.iiii.di.xxi.

¶ Quamuis aũt locus purgatorii expsse nõ hẽatur a diuina scriptura duplicẽ tñ esse cogunt fateri diui Doctores: & reuelationes factæ multis secundũ Petrũ de Palude in.iiii. Aut secundũ legẽ cõem: & sic purgatoriũ ẽ circa limbũ. Aut secundum dispositionem specialẽ: & sic purgantur animæ aliquãdo in diuersis locis.

¶ Lymbus puerorũ tertius locus ẽ ad quẽ descẽdunt habitaturi in ppetuũ decedẽtes in solo originali peccato. Supra lymbũ puerorum est lymbus patrum: & differt in penis a cæteris locis secundũ q cõmuniter magis sanctorũ dictis & reuelationi factæ multis: teste diuo Thoma in.ii.d.xxii.q.ii.ar.i. Idem autẽ locus ante aduentũ Christi dicebat̃ sinus Abrae ratione requiei: & lymbus inferni ratione defectus gloriæ. Requies illa patrũ in lymbo erat, per imunitatẽ pœnarũ: nõ aũt per imunitatẽ desiderii. Dolebant.n. de dilatione gloriæ nulla pœna sensibili pro peccato afflicti: letabãtur, gaudebantq gaudio magno ualde de gloria sperata. Ad hunc locũ descẽdens Christus patres liberauit dando illis gloriã: clausitq locũ ne quis amplius introeat. Pueri uero sola spe Dei gloriã habendi priuantur: Hæc quia cõis concorsq sñia est Doctorũ Imperii militantis Ecclesiæ illam compendio retulimus.

¶ VERVM AVCTORITATEM imperii militantis Ecclesiæ super habitatoribus locorum prædictorum sequentibus conclusionibus satis superq explicare sufficiet.

¶ Prima cõclusio est: Auctoritas Imperii militantis Ecclĩæ nullo modo ptenditur nec ad liberationẽ nec ad diminutionẽ pœnæ: nec ad Confortationẽ subiecti dãnatorũ simpliciter ad pœnas ĩferni. Probat̃ a. S. Thoma in.iiii. sñiarũ d.xlvii. Tum qa dãnati in inferno sunt extra uinculũ charitatis: secundũ quã opera uiuentiũ cõtinuant̃ defunctis: Tum qa totaliter ad uiæ terminũ peruenerunt recipientes ultimã p meritis retributionẽ: Tum qa culpa dãnatorũ remanet imutata propter quam: talis gradus pœnæ fuit illis impositus.

¶ Secunda cõclusio est: Perseuerãte qñmodo pœna dãnatorũ nouo gaudio affici possunt damnati etiam auctoritate Imperii militantis Ecclesiæ. Hanc conclusionem impliciter declaratam a. S. Thoma ubi supra inuenimus.

¶ Primo similitudine: Nam sicut angelorũ gaudium non minuitur per hoc q malis nostris cõpati dicuntur: ita & demones gaudere possunt dũ hoĩes ad peccatũ ptrahunt: quamuis per hoc eorũ pœna nullatenus minuatur.

¶ Secundo in alicuius doloris materiæ subtractione: Nam dum Imperii militantis Eccle

fiæ auctoritate suffragia dānatis applicantur: ex huiusmodi suffragiis eis aliquā materia doloris subtrahit quæ eis pc ffet esse si ita se abiectos conspicerent q̄ nulla cura pro eis haberetur: hoc uero esse non potest secundum legem cōmunem: quia ut Augustinus dicit in libro de cura pro mortuis agenda: quod præcipue de dānatis uerum est: Ibi sunt spiritus defunctorum ubi non uident quæcūq; aguntur aut eueniunt in ista uita hoībus: & ita non cognoscunt quando pro eis suffragia fiunt: nisi supra legem cōmunem hoc remedium diuinitus detur aliquibus damnatorū: quod est omnino nobis incertum.

¶ Tertio declaratur in alicuius desiderii impletione: Nam conceditur aliquando damnatis impletio alicuius desiderati: sicut mutua uisio aliquorum: ceu legitur in uitis patrum: q̄ orante. B. Machario concedebatur damnatis ut mutuo se uiderent: & in hoc aliquod gaudium non uerum sed fantasticum habebant dum implebatur id quod desiderabant. Quā obrem cauenda est glo. quæ habetur. xiii. q. ii. super capitulo tempus: quæ uidetur tenere q̄ his qui sunt in inferno mediocriter mali ualent suffragia facta pro eis ad diminutionem pœnæ: sed et nūq̄ liberentur. Et scito q̄ male intellexit glosator dictum. B. Augustini ibidem: quia Augustinus uocat mediocriter malos esse qui descēdunt morientes ad purgatoriū: quibus dicit ualere suffragia ut tolerabilior fit ipsa dānatio: idest talis punitio siue condēnatio ad illam pœnam: ut f. alleuietur. glo. autē intelligit mediocriter malos qui fideles propter mortalia descendunt in infernum.

¶ Tertia conclusio est: Non inconuenit catholice asserere aliquos damnatos ad inferos sed non finaliter: auctoritate siue meritis existentium in imperio militantis Ecclesiæ aut ex toto absolui & liberari: aut secundum aliquod tēpus determinatū. Hæc conclusio est de mente Doctoris sancti: Nam in. iiii. sententiarū loco padducto arguit sic: Damascenus in eodē sermone narrat q̄ Gregorius pro Traiano orationē fundens audiuit orationē sibi diuinitus dicentē: Vocem tuā audiui & ueniā Traiano do: Cuius rei ut Damascenus dicit testis est oriens & occidens: sed constat Traianum in inferno fuisse quia multorū martyrū necem amarā instituit: ibidem Damascen⁹ dicit: Ergo suffragia Ecclesiæ ualent etiam in inferno existentibus: Respondet uero sic.

¶ Ad quintum dicendū q̄ de facto Traiani hoc nō potest probabiliter existimari q̄ p̄cibus. B. Gregorii fuerit ad uitā reuocatus: & ita gratiā consecutus sit per quā remissionem peccatorū habuit: & per consequens imunitatem a pœna: sicut etiā apparet in oībus illis q̄ fuerunt miraculose resuscitati: quorū plures constat idolatras & dānatos fuisse. De oīb⁹. n. similiter dici potest q̄ non erant in inferno finaliter deputati: sed secundū præsentē ꝓpriorū iusticiā meritorū. Secundū autē superiores causas quibus ꝓuidebantur ad uitā reuocandi erat aliter de eis disponendū: Vel dicendū secundū quosdā q̄ aīa Traiani non fuit simpliciter a reatu pœnæ absoluta: sed eius pœna fuit suspensa ad tēpus. s. usq; ad diem iudicii: nec tamē oportet q̄ hoc fiat cōiter per suffragia: qa aliqua sunt q̄ lege cōi accidunt: & alia q̄ singulariter ex priuilegio aliquibus conceduntur: sicut alii sunt humanarū limites rerū alia diuinarū signa uirtutū: ut Augu. dicit in libro de cura ꝓ mortuis agenda. Hæc. S. Tho.

¶ QVARTA CONCLVSIO: Auctoritas imperii militantis Ecclesiæ protendi potest ad liberandas aīas q̄ sunt in purgatorio: & secundum totā pœnā quā quis soluere debet: & secūdū partē. Probatur: Tum quia dictū fuit. B. Petro: Tibi dabo claues regni cælorū. Matth. xvi. Tum propter merita sanctorū ac p̄cipue Christi: q̄ participare possunt aīæ purgatorii secundū q̄ uniunt uiuentibus in charitate: & secundū q̄ intentio uiuētis fertur ī mortuos. Inde ap̄s secunde ad Cor. ii. dicit: Si quid donaui uobis propter uos in psona Christi. Sunt autē merita applicabilia per auctoritatē imperii militantis Ecclesiæ inexhauribilia: & ideo ad remissionē cuiuscūq; pœnæ ex se sufficiūt.

¶ Quantitas demū auctoritatis īperii militātis Ecc̄iæ quātū ad p̄tis q̄stionis explanatione spectat ex solutione argumentorū patebit.

¶ Ad primū ergo dicendū q̄ licet aīæ dānatorū ac puerorū ī Limbo existētiū nō sint ædificabiles simpliciter ad uitā æternā capescēdā: tñ sunt aīæ exsitēs ī Purgatorio ædificabiles.

¶ Ad secūdum negatur consequentia: Et ad probationem dicitur: q̄ quāuis peccatum originale sic huiusmodi q̄ pro eo possit aliquis ab alio iuuari: tamē animæ puerorum in Limbo existentes sunt in tali statu q̄ iuuari non possunt: quia post hanc uitam nō est tempus gratiæ acquirendæ. Cum autem apostolus dicit q̄ gratia Dei in plures abundauit. li plures non est accipiendum comparatiue: quasi plures numero sint saluati per gratiam Chri-

sti q̃ dánati per peccatum Adæ:sed absolute ac si diceret:q̃ gratia uni⁹ Christi abūdauit in multos:sicut & peccatū unius Adæ peruenit ad multos: Sed sicut peccatum Adæ ad eos tantum peruenit qui per seminalem rationē carnaliter ab eo descenderunt:ita gratia Christi ad illos tantum peruenit qui spirituali regeneratione eius mēbra sunt facti: quod non competit pueris decedentibus cum originali peccato ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum:q̃ Prælatus Ecclesiæ nō potest pro arbitrio suo animas in purgatorio liberare:quia ad hoc ut indulgentiæ ualeant requiritur causa conueniens indulgentias faciendi. Itaq̃ in summo Pontifice respectu animarum purgatorii est plenitudo potestatis cum ibi sit auctoritas & charitas in recipiēte si fuerit discreta pietas ex pte causæ.

¶ Titulus octauus De gloria Imperii militantis Ecclesiæ.



POST considerationem eorum quæ pertinent ad perfectionem accidentalē consequentem quantitatē: determinandum est de perfectione accidentali Imperii militantis Ecclesiæ quæ consequitur qualitatē. Sub hac autē perfectione cum dignitates & uirtutes contineantur:sit uero gloria frequens fama cum laude iuxta Ciceronem : & laus secundum Aristotelem sit præmium uirtutis:cōueniens horum omnium consideratio sub titulo de gloria Imperii militantis Ecclesiæ agetur:Circa quam quæruntur septem.

¶ Primo : An Imperium militantis Ecclesiæ sit sanctum.

¶ Secundo:An Imperium militantis Ecclesiæ sit catholicum & Apostolicum.

¶ Tertio:An Imperium militantis Ecclesiæ ueritate diuina ita fulgeat q̃ errorem secum nullo modo patiatur.

¶ Quarto:An Imperium militantis Ecclesiæ summa iustitia ac pietate ineffabili fulgeat.

¶ Quinto: An Imperium militātis Ecclesiæ habeat Thesauros inexhauribiles.

¶ Sexto : An Imperium militantis Ecclesiæ omnes delitias contineat.

¶ Septimo: An Imperium militantis Ecclesiæ possideat pacem perpetuam:eamq̃ quam mundus dare non potest.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ sit Sanctum.
Quæstio Prima.



D primam quæstionem sic proceditur. Videtur q̃ imperiū militantis Ecclesiæ non sit sanctum. Primo quidem:sanctitas secundū Beatum Dyonisium.xii. capitulo de Diuinis nominibus: est ab omni imundicia libera & perfecta & omnino imaculata mundicia:sed Ecclesia non est omnino imaculata & mūda primo propter peccatum mendacii in omnibus repertum:dicente Apostolo ad Ro.iii.Est autem Deus uerax:omnis homo mēdax.Secundo propter peccata ex fragilitate quotidie admissa ab omnib⁹:primæ Ioānis pri⁹: Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducim⁹ & ueritas in nobis non est. Quorum etiam peccatorū remissionē Christus docet ecclesiā quotidie petere:Et dimitte nobis debita nostra Matth.yi. Vbi Augustinus de bono perseuerantiæ ait:Hoc loco Pelagiani confodiuntur heretici:qui audent dicere hominem iustum in hac uita habere nullum omnino peccatum:& in talibus hominibus esse iam in præsenti tempore ecclesiā nō habentem maculam aut rugam:ergo imperiū militantis Ecclesiæ non est sanctum.

¶ Præterea:Denominatio sumenda est potius a parte maiori q̃ a minori; sed in Ecclesia ex congregatione bonorum & malorum constituta imundi propter peccata abundāt bonis & mundis:ergo sicut Ecclesia non uidetur dicenda sancta ita nec Imperiū militantis Ecclesiæ est sanctum.

¶ Confirmatur auctoritate.B. Augustini:qui exponens illud Apostoli ut exhiberet sibi ecclesiam nō habentem maculam neq̃ rugam ait:Per hoc omnes prorsus maculæ christiani lauacri sanctitate tolluntur quo mundat Ecclesiam suam Christus:ut exhibeat eā sibi nō in isto sæculo sed in futuro nō habentē maculam neq̃ rugam:aut aliquid huiusmodi.ergo nec pariter asseuerandum est Imperiū militantis Ecclesiæ esse sanctum.

¶ Præterea:sanctitas Imperii oritur a sanctis uiris existentibus sub imperio: sed in Ecclesia militanti nemo scit utrū quis sit dignus amo-

reuel odio:ergo nullus simpliciter asseueran dus est sanctus in Ecclesia militante:ergo Imperium militantis Ecclesiæ nō est sanctum.

¶ In oppositum est quod in Niceno symbolo cantatur: Vnam sanctam catholicā & Apostolicam ecclesiam:igitur necessario dicendū est Imperium militantis Eccl.æ esse sanctum.

¶ Respondeo dicendū q̄ sanctitas per essentiam soli Deo competit:Ideo cantat Ecclesia: Tu solus sanctus.Et hac ratione Sanctus sanctorum nominatur : Danielis.ix.Et primi Regum.ii.Vbi dicitur: Quis sanctus ut est Dominus?quædam alia littera habet:Non est sanctus præter te domine.Sanctitas uero per participationem creaturis conuenit:quæ aliquādo opponitur omnimodæ imunditiæ:& hæc beatis propria est:de qua in psal. Gloria hæc est omnib⁹ sanctis eius:Et.Apocalipsis penultimo.Nihil inquinatum introibit in illa. Aliquando opponitur tali imunditiæ nō omni: puta imunditiæ peccati originalis & actualis: Et hoc modo iusti in hoc mundo uocantur sancti:Ad Ro.primo:Omnibus qui sunt Romæ uocatis sanctis.Et glosa Augustini super illo prouerbiorum.xxiiii. Septies in die cadit iustus dicit : Impossibile est quemlibet sanctum aliquando non cadere in minimis peccatis : neq̧ iusti esse desinunt : quia citius Deo opitulante resurgunt.

¶ VERVM CVM sanctum aliquid dicatur dupliciter teste diuo Thoma in quarto.di.xviii.q.prima.ar.primo quæstiuncula prima.s. simpliciter & secundum se : idest subiectum sanctitatis:& secundum quid : idest quod ad hoc ordinatur:utroq̧ modo Imperium militantis Ecclesiæ sanctum uocatur : Si quidem ordo Ecclesiæ ex suppositis hominibus q̄ cōtinuo uariantur constitutus accipiatur:sic est subiectum inuiolabilis Fidei & cōmunionis quo ad sacramenta quæ inquinata perseuerant:Et hæc dicitur mundicia opposita erroribus catholicæ ueritati aduersantib⁹:quæ improprie sanctitas uocari posset:Nam sanctitas proprie accepta:est subiectiue tantum in ueris & uiuis membris per gratiam & charitate:ꝑ præfata autem etiam in mēbris mortuis.Hinc Augustinus de sanctitate proprie dicta loquēs in libro de gratia & libero arbitrio ait:Sanctitas est perfectissima uoluntas & serenissima puritas:Et Iterum : Sanctus es si sanctam habes affectionem:Sanctitas enim in iusticia & operibus consistit.Huiusmodi igitur sanctitatis proprie acceptæ opposita imundiciæ peccati originalis & mortalis gratia Imperium ecclesiæ militantis uocatur sanctum secundum se & simpliciter:ratione s.membrorum in quib⁹ nulla culpa mortalis reperitur.Vnde Can. iiii.dicitur.Tota pulchra es amica mea:& macula non est in te.glo:idest criminalis culpæ. Et psalmo penultimo de Ecclesia Christi dicitur:Laus eius i ecclesia sanctoꝝ ubi glo.Augustini ait:Ecclesia sanctorum.ecclesia catholica est:ecclesia sanctoꝝ nō est dicēda ecclesia hereticorum. Sancta autem dicitur ecclesia quia spiritu sancto sanctificata:quam sanctitatem profudit ei Spiritus sanctus.

¶ Propter hanc sanctitatem imperium Ecclesiæ sanctificium uocatur:cuius sanctitatis uirtute firma & stabilis perseuerat.Vnde psal. lxxvii. dicitur : Edificauit sicut unicornium sanctificium suum in terra quam fundauit in sæcula:Vbi glo.Hieronymi:idest ipsam ecclesiam singulari uirtute firmauit ut imobilis in sæcula sempiterna consisteret.

¶ DICITVR QVOQVE Imperium militantis ecclesiæ sanctum secundū quid:q.s. ad sanctitatem secundum se dirigit tripliciter : sancta continendo : sanctis legibus regendo:& sanctis sacramētis ipsam sanctitatē effectiue instrumenta iter producendo.

¶ Continet quidem primo sanctos:primæ Petri.ii.Vos autem genus electū:gens sancta: populus acquisitionis:Templa sancta:Dominus in tēplo sancto suo:psal.x.sanctos ministros ac sancta uasa.Esdræ.ii.c.xi.Dicit Esdras Ministris domus Domini:Vos sancti estis domino : & uasa sunt sancta Vestimenta sancta: Exo.xxviii.Facies Aaron fratri tuo uestimēta sancta & filiis ei⁹:Dies quoq̧ sanctos.ii.Esdræ. x.Sanctus.n.est dies Domini.Demum in solo imperio militantis Ecclesiæ est uerum sacrificium & uera scientia ut in .c.Extra.i.q.i.ait Augustinus:Extra catholicam ecclesiam non est locus ueri sacrificii.De scientia uero dicit sapiētiæ primo .Dedit illis scientiam sanctoꝝ: & in.c.quia.xxiiii.q.i.Quia ex sola catholica ecclesia ueritas conspicitur.

¶ Regit quoq̧ subiectos sanctissimis legib⁹ Diuina & Naturali quæ a Deo sunt indubitanter Ad Ro.vii.Lex sancta & mandatū Dei: Canonica & Ciuili quæ etiam sanctæ sunt: quia a spiritu sancto factæ.Vnde.B.Agapitus Papa omnibus Episcopis scribens in capitulo sic.di.xxi.dicit : Sic omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt:tanq̄ ipsius diuina uoce Petri firmatæ.Et Damasus Papa in ca

pitulo Violatores.xxv.q.prima ait: Violatores grauiter a sanctis patribus iudicantur: & a spiritu sancto istinctu cuius ac dono dictati sunt dānantur: quoniam blasphemare spiritū sanctum non incongrue uidentur. Ciuilia pariter iura sacta sunt: Vnde. B. Thomas in tertio de Regimine principum dicit: Romani meruerunt dominium propter eorum sanctissimas leges quas tradiderunt: Vnde & ipse Paulus Apostolus eorum legibus se subiecit ut legitur in actibus apostolorum.

¶ Caeterum continet sacramenta quae effectiue instrumentaliter causant gratiam a qua est sanctitas ad Ephe.v. Christus dilexit ecclesiam ut illam sanctificaret mundans lauacro aquae in uerbo uitae. Merito igitur propter obseruationem omnium legum pmissarum: & usum sacramentorum quae homines ad inuicem & ad Deum iuste ordinant: imperium ecclesiae militantis sanctum dici debet. Quare etiam ab Andronico ut ait. S. Thomas sanctitas est sic diffinita: Sanctitas est uirtus faciens fideles seruare ea q̄ ad Deum iusta sunt: De qua Lucae primo: In sanctitate & iusticia seruiamus Domino omnibus diebus nostris.

¶ Sunt quoq; qui asseuerant imperium militantis Ecclesiae esse sanctum: q̄ a triumphāti quod sanctissimum existit sit exemplatum: seu ymaginem Christi sanctam uocamus: Apoc. xxi. Ego Ioānes uidi ciuitatem sanctam nouam descendentem de caelo: Quapropter Diuus Bernardus libro tertio de consideratione capitulo.xiii. ait: Non uilem reputes hanc formam q̄ in terris est: Habet formam in caelo. Vidit homo qui dicebat: Vidi ciuitatem sanctā Hierusalem descendentem de caelo.

¶ Ad primum ergo dicēdum est: q̄ Ecclesia est omnino munda mundicia opposita maculae peccati originalis & mortalis: & hoc loquendo de ueris & uiuis mēbris Imperii militantis Ecclesiae: Cum hoc autē stat q̄ in uiris sanctis sint aliqua peccata: Vnde Augustinus in diffinitionibus rectae Fidei dicit: Nullus sanctorum uel iustorum caret peccato: nec tamē ex hoc desinunt esse iusti uel sancti: cum affectu teneant sanctitatem.

¶ Ad secundū dicendum: q̄ a digniori parte & potiori non a maiori secundum numerū accipiēda est denominatio: Potior uero pars Ecclesiae sunt uera & sancta mēbra per gratiam & charitatē: quinimmo ipsa sola propriae sunt membra imperii Ecclesiae militantis.

¶ Ad confirmationē: dicitur q̄ ecclesia triumphans est sancta sanctitate condiuisa omnimodae imundiciae: militans uero imaculata existit & sancta sanctitate opposita imundiciae peccati originalis & mortalis ut dictū est.

¶ Ad tertium dicendum: q̄ ex diuinis scripturis scimus pueros baptizatos & adultos nonnullos in Ecclesia esse in gratia & charitate: licet certitudinaliter nesciamus qui aut quot sint a quibus Imperium Ecclesiae militantis sanctum uocatur.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiae sit Catholicum & Apostolicū: Quaestio secūda.



AD secundam q̄stionem sic proceditur: Videtur q̄ Imperium militantis Ecclesiae nō sit catholicū & apostolicum: Primo quidem: Catholicum nomen graecum ē: & sonat uniuersale: Sed imperium militantis Ecclesiae non est uniuersale: & primo ratione loci: cum in multis locis habitent homines q̄ fidem Christi non cognoscunt ut patet: multi quoq; credentes non obediunt illi: Ad Ro.x. sed non omnes obediunt euangelio. Secūdo non est uniuersale ratione doctrinae: Nam in eo traditur doctrina de Deo qui nec est uniuersalis nec particularis: ut dicit. B. Augustin9 in libro de trinitate. Traditur itidem doctrina de multis particularibus: ut de natiuitate Christi: morte & resurrectione. ergo Imperiū militantis Ecclesiae non est catholicum.

¶ Si dicatur q̄ Imperiū militātis Ecclesiae est dicendū catholicū quia fuit diffusum per totum terrarum orbem: Contra: Quia Apostoli instituerūt symbolū in quo ecclesiā esse catholicam affirmarunt: & tamē suo tēpore nō erat Ecclesia toto orbe terrarū dispersa: neq; etiam fuerat: quia notus in iudea Deus. ergo Imperiū militātis Ecclesiae nō est dicēdū catholicū.

¶ Praeterea: Imperii uniuersalis princeps dicendus est caput siue Dn̄s uniuersalis: sed Romanus Pontifex caput est Imperii militantis Ecclesiae: qui prohibetur dici uniuersalis: ut in c. null9: & c. ecce di. xcix. habet. ergo Imperiū militantis Ecclesiae nō est dicendū catholicū.

¶ Praeterea: Denominatio sit a nobiliori: sed Apostoli a quib9 Ecclesia dicitur Apostolica nō sunt nobiliores: imo Christus est nobilior. Vnde Augustinus super Ioannē ait: Fundata est Ecclesia super firmā petrā: unde & Petrus nomen accepit, Non.n. Petra a Petro: sed Pe-

trus a Petra: sicut non Christus a christiano: sed christianus a christo nominatur: ergo Imperium militantis Ecclesiæ non est dicendū Apostolicum.

¶ In oppositum est qd in symbolo Niceno cantatur: & unam sanctam catholicā & Apostolicam ecclesiam: igitur necessario sicut Imperium militantis Ecclesiæ dicitur sanctum: dicendum quoq; est catholicum & Apli cū.

¶ Respondeo dicendum: q triplici ratione Imperium militantis Ecclesiæ potest dici catholicum: primo quidem ratiōe suppositorū quæ in nomine Imperii claudūtur: Nā quēlibet christianū uocamus catholicum Hiero. teste: in cap. hæc est. xxiiii. q. i. ubi ait: Quicūq; me inculpare uoluerit se imperitū uel maliuolum: uel etiā non catholicum sed hereticū comprobabit: secūdo ratiōe fidei quæ impor tatur nomine militiæ secundū significatum militiæ in proposito acceptum. Dicitur uero Fides Imperii militantis Ecclesiæ catholica siue uniuersalis ratione prædicationis: secūdum illud psal in omnem terrā exiuit sonus eorum &. Matth. ultimo: Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium.

¶ Ratione temporis: quia toto tempore illā tenet: Vñ Augustin⁹ in tractatu de catholica ueritate ait: Toto mundo diffusa ecclesia in toto tempore hanc Fidem tenet: nec unquā aut tēpore mutata est: aut locis uariata. Rōne quoq; omnimodæ & purissimæ ueritatis: ut in sequenti quæstione dicetur.

¶ Tertio ratione ipsius ecclesiæ quæ catholica nuncupatur siue uniuersalis pp rationes prædictas: & etiā propter uniuersitatem præceptorum quæ nō uni genti data sunt ut lex Moysi: sed omni homini cuiuscunq; status uel conditionis uel ætatis existat. Isidorus in prio de officiis præfata cōfirmat dicēs. Ecclesia uocatur proprie ppter quod omnes ad se uocet & in unum congreget. Catholica ideo dicitur: quia per uniuersum mundum est cōstituta: Vel quoniam catholica: hoc est generalis in ea doctrina est ad instructionē hoium de uisibilibus & inuisibilibus rebus cælestiū atq; terrestrium: Vel ppter omne hominum genus ad pietatis subuentionem tam principum quā etiam quibus principantur oratorū & ydiotarum. uel pp hoc: q curat omnia peccata quæ per corpus & animam perficiūtur. Hæc Isidorus. Boetius etiam in libro de trinitate: &. S. Thomas ibidem probant ecclesiam esse dicendam catholicam ratione credentiū & ratione creditorum. Hinc. B. Augustinus in decimo de ci. dei asserit Porphyriū scripsisse nondum esse receptam unam sectā quæ uniuersalem contineat uiam animæ liberandæ: hæc autem est religio christiana ut ibidem dicit: & ratione finis quem docet: & regularū uniuersalium quas tradit.

¶ IMPERIVM ITIDEM militantis Ecclesiæ conuenienter dicitur Apostolicum: Tum quia desuper missum secundum uocabuli interpretationem: iuxta illud Apoc. xxi. Vidi ciuitatem sanctam hierusalem descendentē de cælo: Tum quia Apostoli fuerunt principia huius Imperii secundū tempus reuelatæ gratiæ: Ad Ro. viii. Nos ipsi primitias spiritus habentes: glo. & tempore prius: & cæteris abūdantius. Item. ii. ad Thesa. ii. Elegit nos Deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus & fide ueritatis. Inde. B. Augustinus psal. xliiii. ait: Apostoli sicut primitiæ fuerūt populi christiani ordine temporis: ita amplitudine pfectionis: Tum quia Imperium Ecclesiæ militantis fundatum fuit & roboratum per Apostolos fundamento secundario: primum. n. & maximum fundamētum est Christus: præter quod fundamētum aliud nemo ponere pōt: Ad ephe. iii. Superædificati super fundamētū Apostolorum & prophetarum: & Beatus Io. Apoc. xxi. de fundamentis ecclesiæ ait: Mur⁹ ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipsis duodecim nomina Apostolorum & Agni: & in psal. lxxxvi. dicitur: fundamenta eius in montibus sanctis glo. in Apostolis & prophetis: Maxime autē in Beato Petro Apostolorum principe fundatum est imperium ecclesiæ pp confessionem Fidei: dicente Dño Matth. xvi. Tu es Petrus: & super hanc Petrā ædificabo ecclesiam meam. Hinc Pontifex Romanus. B. Petri successor antonomasice Apostolicus dicitur: di. xcvii. c. i. & c. Si quis pecuniam. Demum q Imperium militantis Ecclesiæ Apostolorum fidem: prædicationē: documenta atq; auctoritatem retineat semp & obseruet. Apostolicum uere dicendum est. Vnde Hieronymus super psal. cxxxiii. Ecclesia nō parietibus consistit sed in dogmatum ueritate: & ubi fides uera est: ex fide Apostolorum cognoscimus in ecclesia quis sit: &. B. Augustinus lib. ii. de Baptismo contra Donatistas inquit: illa quæ per uniuersam Ecclesiā custodiuntur ab ipsis Apostolis tradita & cōmemorata creduntur quamuis in eorū dictis uel consiliis non reperiantur.

¶Ad primum ergo dicendum ꝙ Imperiū militantis Ecclesiæ non dicitur uniuersale pp oīa supposita cuiuscunq; generis hoīum:sed propter aliqua supposita singulorum generum:& quamuis Deus nō sit uniuersalis neq; particularis in essendo:est tamen ī causando quia finis & efficiens uniuersalis.Similiter mysteria inducta licet sint particularia sunt tñ causæ uīes:Iuxta illud primæ ad Thymo.ii. Vnus.n.Deus:unus & mediator Dei & hominum homo Christ⁹ Iesus:qui dedit semetipsum redēptionem pro omnibus:glo.interlinearis:Nullum excipit qui uellet saluari.

¶Ad Secundum dicendum:ꝙ tempore Apostolorum Imperium Ecclesiæ licet non diceretur catholicum ratione loci:aliis tamē rationibus dicendum erat ut dictum est.

¶Ad Tertium dicendum: ꝙ tota Synodus Calcedonēsis dicitur acclamasse Leoni Papæ Sanctissimus:Apostolic⁹ & ycomenic⁹ idest uniuersalis:Patriarcha p multos annos uiuat. Prohibetur tamen aliquando uocari uniuersalis:tum propter humilitatem:tum quia non præficitur cuilibet particulari Ecclesiæ ut prius & particularis rector,& hæ ratiōes habētur ex allegato capitulo nullus:& a.s.Thoma in tractatu contra impugnantes religionem.

¶Ad quartum dicendum:quod denominatio principalis fit a nobiliori:secūdario uero ab aliis multiplicitēr unum denominatur sicut patet in titulis Regum aut magnorum dominorum.

¶Vtrum Imperium militātis Ecclesiæ ueritate diuina ita fulgeat quod errorē secum nullo modo patiatur.

Quæstio Tertia.

AD tertiam quæstionem ita proceditur:Videtur ꝙ Imperium militantis Ecclesiæ ueritate diuina nō ita fulgeat ꝙ errorem secum nullomodo patiatur:primo quidem in imperio militātis Ecclesiæ fulget doctrina sapientiū mundi ut philosophoꝶ:iuxta illud prouer.ix.Misit ancillas suas uocari ad arcē:sed in prædictis multa falsa continentur:ut patet ex eoꝶ contradictionibus & mutuis impugnationibus:quas etiā impugnationes doctores catholici ꝯfirmant sæpenumero.ergo in Imperio militantis Ecclesiæ est error.

¶Præterea:Apud fideles sunt oppositæ opiniones & contradictoriæ:quibus sancti doctores ac catholici hærent sæpenumero:ergo aliqui eorum adhærent errori:cum impossibile sit utrāq; partem cōtradictionis esse ueră: igitur in imperio militantis Ecclesiæ est error.

¶Præterea:in impio militātis Ecclesiæ multi iudicantur boni qui non sunt:& Ecclesia cōdit leges quas opportunas iudicat:& tamē aliquando errat:sicut patet ex reuocatione illaꝶ legum.ergo Imperium militantis Ecclesiæ ueritate diuina non ita fulget ꝙ errorē secum aliquo modo non patiatur.

¶In oppositum est: quia Fidei non potest subesse falsum:ut probat.S.Thomas singulariter secunda secūdæ.q.i.ar.iii.sed ueritas diuina imperii militantis Ecclesiæ est ipsa fides: ergo imperiū militantis Ecclesiæ ueritate diuina ita fulget ꝙ errorē secū nullo mō patitur.

¶Respondeo dicendū:ꝙ ueritas imperii militantis Ecclesiæ ē duplex:uniuersalis.s.& particularis. Vniuersalis quidē ueritas q̄dam est sicut formale obiectū intellectus: & est id per quod cognoscitur aliquid quod est ratio formalis obiecti:& hæc est ueritas diuina in Ecclesia:Nō.n.Fides quæ est ueritas imperii militantis ecclesiæ assentit alicui nisi quod est a Deo reuelatum:Vnde ipsi ueritati diuinæ fides innititur tanq̄ medio:quæ nullum errorem secum patitur.Alia ueritas uniuersalis est sicut materiale obiectū:quod est id cui assentimus propter ueritatem diuinā:ut sunt articuli Fidei:mandata dei:& omnia q in canone diuinaꝶ scripturaꝶ cōtinentur.Vnde in psalmo:Narrauerunt mihi iniqui fabulatiōes:sed non ut lex tua.omnia mandata tua ueritas.& Apostolus ad Colo.iii.inquit.Fidelis Deus:qa sermo noster qui fuit apud nos nō est in illo: est & non:glo.idest mendaciū.Cæteris quoq; scientiis in q̄um sunt conformes diuinæ scripturæ utitur imperiū Ecclesiæ: Nihil.n.ut ait Anselmus:utile ad salutem pdicamus quod sacra scriptura Spiritus sancti miraculo fecūdata non protulerit:aut in se teneat.hic plane (ut ait Augustinus ad Volusianum)physica: ethica & logica:ad q̄ tria omnis reducitur philosophiā ut docet Plato:& Augustinus recitat de Ciuitate Dei:hic physica:quoniam omnium naturarū causæ in Deo sunt creatore: Hic ethyca:quoniā uita & honestas non aliunde formantur q̄ cū ea q̄ diligēda sunt queadmodum diligēda sunt diligunt:scilicet Deus & proximus.Hic logica:qm̄ ueritas lumenq; rationalis animæ non est nisi Deus.Hic etiam laudabilis reip.salus:Nō.n.custoditur optime

ciuitas nisi fundamento & uinculo Fidei firmæq concordiæ fuerit solidata.

¶ Veritas autem particularis sunt conclusiones particulares: quarū dependentia ex sacra scriptura non est clara: aut euidens. Item singularia iudicia quæ quottidei fiunt: & in his potest esse error. Hinc. B. Thomas in ultimo ar. quolibeti octaui ait: In aliis uero sententiis quæ ad facta particularia pertinent: ut cū agitur de possessionibus: uel de criminibus: uel huiusmodi possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes: & per hæc patet responsio ad primum & ad secundum.

¶ Ad tertium uero dicendum est: q diuina prouidētia quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit: nunquam permisit q in imperio Ecclesiæ aliqua lex sit condita que simpliciter fuerit noxia saluti animarum: ut ...m. Item Spiritus sanctus promiserit Io. xiiii. q doceret Ecclesiam omnē ueritatem de necessariis ad salutem precipue uniuersalem. Non debet autem reprehensibile iudicari si secundum uarietatem temporum statuta quandoq uariētur humana: presertim cum urgens necessitas uel euidens utilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his quæ in ueteri testamento statuerat nonnulla mutauit in nouo: ut dicitur extra de consan. & affi. cap. non debet.

¶ Vtrum Imperium militātis Ecclesiæ summa iusticia ac pietate ineffabili fulgeat: Quæstio quarta.



D quartam quæstionem sic proceditur: Videtur q imperiū militātis Ecclesiæ summa iusticia ac pietate in effabili nō fulgeat: Primo quidem: Quia in imperio militantis Ecclesiæ regnant hypocritæ & tyranni sæpenumero: quorum potentia multa iniusta perpetrantur testibus periculis: Nō ergo in imperio militātis Ecclīæ fulget sūma iusticia.

¶ Præterea: Iniustum uidetur pro temporali culpa aliquem æternaliter damnari: sed hoc fit iudicio legis diuinæ qua imperium Ecclesiæ regit: ergo In imperio militātis Ecclesiæ non fulget summa iusticia.

¶ Confirmatur: quia punitio iusta est ad correctionem iusti ut patet per Aristo. i. Rhetoricæ: sed damnatio non est ad correctionem immo ad interitū: ergo iniuste dānati uidet.

¶ Præterea: secundum leges Imperii Ecclesiæ fit iudicium sine mia ei qui non fecerit misericordiam: ut dicitur Iacobi. ii. cap. ergo ineffabilis pietas in eo non fulget.

¶ Præterea: Pietas exhibet cultum parentibus ac patriæ: in quibus includuntur omnes consanguinei ciues & amici patriæ ut ait s. Thōas secunda secundæ. q. lxxx. sed huius contrariū uidetur suadere imperium militantis Ecclesiæ dicente Domino Matth. xix. Qui reliquerit patrē: aut matrē: aut uxorē: aut agros pp nomē meum centuplum accipiet & uitam eternam possidebit. ergo imperium militantis Ecclesiæ non fulget pietate ineffabili.

¶ In oppositum est: quia Cuius Imperator est iustus ac pientissimus eius quoq imperium uidetur summa iusticia ac pietate fulgere: sed Christus ē Imperator perpetuus Ecclesiæ qa Rex regum & Dominus dominantium: qui iustus est & iusticias diligens: cuiusq pietate ineffabili redempti sumus: ergo Imperium militantis Ecclesiæ summa iusticia ac pietate ineffabili fulget.

¶ RESPONDEO DICENDVM: q cum in omnibus operibus Dei reperiatur mīa & iusticia: quemadmodum probat. s. Thomas. i. i. q. xxi. ar. iiii. necesse est dicere q in imperio militantis Ecclesiæ quod fundauit Altissimus: & de quo gloriosa Dei dicuntur: ut dicitur psalmo. lxvi. fulgeat summa iusticia ac pietas ineffabilis quod sic declaratur: Nam ea que fiunt in Ecclesia possunt referri aut ad Deū aut ad uniuersum creaturarum ordinem: aut ad leges imperii ecclesiæ: aut ad supposita eiusdem: si quidem acta in imperio referant ad Deum: patuit q in eis iusticia & pietas excellentissime reperiantur: iuxta illud quod dicitur in psal. Omnes uiæ Domini misericordia & ueritas. Iusticia autem quādoq dicitur ueritas quia est rectitudo impressa uoluntati a rectitudine rationis que uocatur ueritas: ut dicit. S. Thomas secunda secundæ. q. lyiii. ar. iiii. ad primum: si autem referantur ad ordinem uniuersi: in eis preclara iusticia ac pietas ineffabilis inuenitur: Inde. B. Augustinus in Libro. lxxxiii. quæstionum ait: Summo. n. Deo cuncta bene administrante q̄ fecit nihil inordinatum in uniuerso: nihilq iniustum est seu scientibus seu nescientibus nobis. Acta quoq secundum leges imperii militantis Ecclesiæ sunt summa iusticia ornata: Nā sacris legibus imperium Ecclesiæ ordinatissimum extat: de quo ordine loquitur Deus per Esaiā Ego sternam per ordinem lapides tuos: & fundabo te in saphiris Esaiæ. liiii. huius ordinis.

gratia regnum ecclesiæ in canticis Castrorū acies ordinata nominatur.

¶ QVANTA AVTEM necessitate & qua forma ordo in ecclesia seruandus est habet in capitulo singula.& in cap. ad hoc. lxxxix. di.& in sequenti titulo latior habendus est sermo.De legibus his dicit Eleazarꝰ.ii.Mach. vi.Prompto animo ac fortiter pro grauissimis & sanctissimis legibus honesta morte per fungar:&.c.sequenti:parati sumus mori magisquam patrias Dei leges preuaricare.

¶ Ratio:qa lex Domini immacu lata:idest irreprehensibilis: conuertens animas : idest sua districtione corrigens:& ad Christi gratiam mittens:Præceptum domini lucidum il luminans oculos:idest interioris hominis aspectum dicit glosa.Quamobrem In capitulo Non licet.di.x.sancta Synodus sexta ita inqt Non licet Imperatori uel cuiq̃ pietatē custodienti aliquid cōtra diuina mandata præsumere:nec quicq̃ quod euangelicis propheticis aut apostolicis regulis obuiet agere.

¶ SI VERO ACTA imperii Ecclesiæ militantis reāsertur ad supposita quæ sunt illius membra uiua:sic pariter dicendum est : quia in charitate existentia q̃runt non q̃ sua sunt sed quæ Iesu Christi : & amore proximi substantiam & animam dant . quemadmodum inquit Gregorius de bonis Ecclesiæ prelatis in homelia Ego sum pastor:Aliena non rapi unt:& propria largiūtur.Vnde de.B.Mattheo apostolo & euangelista ad legem Christi conuerso ait Beda in homelia : Reliquit propria qui rapere solebat aliena.In membris autem imperii militantis Ecclesiæ nō uiuis siue principes sint siue subiecti non inconuenit iniusticiam & impietatē reperiri ad Dei omnipotentis & Christi Iesu imperatoris sapientiam iusticiam ac bonitatem manifestandam: patientiam uero ac cæteras uirtutes uiuoꝝ ac uerorum imperii ecclesiæ militantis membrorū exercendas exigentibus quoq; peccatis hominum dicente Iob:propter peccata populorum regnare facit Deus hominem hypocritam.Pietas uero sola ut est donum:in solis membris Ecclesiæ reperitur:hæc autem consistit in quadam beniuolentia supra modum humanum ad omnes:teste diuo Thoma in tertio sen.di.xviiii.q.i.& ideo ineffabilis dici pōt hoc:quoq; pietatis dono:ut probat idem Sanctus doctor ubi de pietate quæ est donū loquitur;Colimus deum & cōsequēter quæ dei sunt.f.sanctos:sacram scripturam : & parentes.Subuenimus item proximis ratiōe Dei: ut quia filii Dei:uel ad ymaginem eiꝰ.Donū enim quo aliquis propter reuerentiam Dei operatur bonum ad omnes perficiens uim appetitiuam in his quæ ad alterum sunt conuenienter pietas nominatur:& per hæc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum ergo dicendum est:q̧ non est iniustum æternaliter puniri qui temporaliter peccauit:Tum ratione obiecti quod est bonum infinitum quod offendit:ideo percutiens nobiliorem personam magis peccat cæteris paribus:Tum ratione dispositionis:si.n. peccator uixisset ppetuo ; ppetuo peccasset: Nec obstat q̧ aliquis peccet cum proposito confitendi:cum exponat se perpetuitati peccati:Maxime permanendo toto tempore uitæ suæ sine penitētia:& hæc est ratio Gregorii in moralibus:Tum ratione personæ peccātis quæ perpetua est & perpetuo manet in culpa:ut ait.B. Augustinꝰ.xxi.de ci.di.cap.ii. Demum ratione potentiæ peccantis quæ est uoluntas continuās æternaliter actum peccandi: Ideo dicit Deu. xxxv. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus.

¶ Ad confirmationem respondetur:q̧ dictū Aristo. est uerum si persona sit corrigibilis : Huiusmodi tamen pœna æterna est ad correctionem aliorum qui sunt corrigibiles: ut exemplo patet inflictione pœne ciuilis.

¶ Ad tertium dicendum:q̧ ei qui non fecerit misericordiam fit iudicium sine misericordia liberante:non autem simpliciter:quoniā in iudicatis etiam fulget misericordia qua illis esse conseruatur quo merentur priuari.

¶ Ad quartum dicendum:ut ait.S.Thomas secunda secundæ.q.c.i.ar.iiii. Opera pietatis non debent prætermitti propter religionem: nisi impediant religiōem:quia iam nō essent opera pietatis:& ideo relinquere patrem aut matrem propter religionem quod mandatur a Christo:non est impietas sed pietas:dicēte B.Hieronimo ad Heliodorum : Genus pietatis est in hac re esse crudelem : Quæ etiam pietas ut dictum est communicat bona proximis quantum Deo est acceptum. Quare tractare negocia secularia in auxilium miserorum & indigentium est pium & religiosum ut habetur a.S. Thoma in pluribus locis:maxime secūda secundæ q.c.lxxxvii.ar.secūdo.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ habeat Thesauros inexhauribiles:
Quæstio Quinta.



D Quintam quæstionem sic proceditur: Videtur q Imperium militantis Ecclesiæ non habeat thesauros inexhauribiles. Primo: quia diuitiæ nõ competunt suppositis huius imperii: sicut nec eius Imperatori pro statu præsenti: Math. viii. Vulpes foueas habent & uolucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet: ergo in Imperio militantis ecclesiæ non sunt thesauri inexhauribiles.

¶ Præterea: Math. vi. dicitur: Nolite Thesaurizare uobis thesauros super terram ubi erugo uel tinea demolitur: sed imperium militantis Ecclesiæ est super terram dicente Domino: Quodcunq ligaueris super terram: ergo in imperio militantis Ecclesiæ non sunt thesauri inexhauribiles.

¶ Præterea: Diuitiæ congregatæ in unum: dicuntur thesaurus: sed hoc non uidetur conuenire ueris membris ecclesiæ quæ sunt uiri iusti ac Christi discipuli: de quibus dicitur in psal. c. xi. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in sæculum sæculi. Christus quoq dixit adolescenti: Vade & uende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo quẽ thesaurꝫ uiua membra imperii militantis Ecclesiæ in cælo præstolãtur: ergo non uidetur cõuenire imperio militãtis Ecclesiæ ut habeat thesauros inexhauribiles.

¶ Præterea: Thesauri Regum sunt propter mundi gloriam aut regnorum conseruationem: sed hæc prohibentur legibus imperii militantis Ecclesiæ: prim Io. ii. Nolite diligere mundum: neq ea quæ in mundo sunt. Christus & qui est Deus uerus bonorũ nostrorum non indigens: solus imperium militantis usq ad finem mundi conseruabit: Math. ultimo: Ecce ego uobiscum sum usq ad consumationem sæculi. & ideo actuum. iii. dixit B. Petrus: Argentum & aurum non est mihi. ergo in imperio militantis Ecclesiæ non debent esse thesauri inexhauribiles.

¶ In oppositum ẽ quod in psalmo dicitur: Gloria & diuitiæ in domo eius: Item Baruth. tertio: o Israel q magna est domus dei: & ingens locus possessionis eius. Magnus est & non habet finem: excelsus & immensus. ergo in imperio militantis Ecclesiæ sunt thesauri inexhauribiles.

¶ Respondeo dicendũ: q sicut diuitiæ sunt duplices corporales et spirituales: ita duplex est Thesaurus in imperio militantis Ecclesiæ: scilicet Thesaurus diuitiarum corporalium & spiritualium: & quidem licere Ecclesiæ: potissime collegiis ac prelatis ut sunt capita collegiorum aut gubernatores ecclesiarum: habere thesaurum diuitiarum corporalium siue naturales sint siue artificiatæ. deducit. B. Augustin⁹ ex uerbis Io. xiii. capitulo dicentis: Quidam n. putabant quia loculos habebat Iudas q dixisset ei Iesus eme ea q opus sunt nobis ad diem festum: aut aliquid egenis da. Sic itaq pro imminentibus necessitatibus licet ecclesiæ habere thesauros corporales: qui quidẽ dispensari debent ad cultum diuinum: aut pauperibus distribui: ceu etiam liquet ex prefatis uerbis. At cum in actibus intellectus in infinitum possit procedi teste Auicenna: qui intellectus causa est omnium artificiatorum: naturalia quoq bona ut sunt hominum possessio: imperio Ecclesiæ militantis subiiciantur ut supradictum est: que inexhauribilia sunt usq ad finem mundi Deo conseruante: necesse est dicere thesauros corporales imperii Ecclesiæ militãtis esse inexhauribiles. est quoq copiosum imperium militantis Ecclesiæ in bonis spiritualibus que ueræ diuitiæ sunt: dicente Gregorio: Solæ ueræ diuitiæ sunt que nos uirtutibus diuites efficiunt: Et Bernardus Veræ diuitiæ nõ opes sunt sed uirtutes: quas consciẽtia portat ut in perpetuum diues fiat. De hac diuitiarum copia inquit Apostolus ad ephe. primo: Secundum diuitias gratiæ ei⁹ quæ superabundauit in nobis. est autẽ harum diuitiarum thesaurus inexhauribilis propter diuinitatis præsentiã quæ imperium militantis Ecclesiæ regit: propter sacramentorum efficatiam quæ et gratiam gratum faciẽtem effectiue instrumentaliter producunt uel ad eam disponunt propter meritorum exhuberantiã quæ infinitis satisfacere possent: præcipue merita Christi propter diuinam sapientiam: in cuius comparatione omne aurum arena est exigua: ut dicitur Sapientiæ septimo.

¶ Ad primum ergo dicendum q duplex est paupertas: una spiritualis et uoluntaria: altera carnalis et inuoluntaria. Primã elegit Christ⁹: Vnde Hieronym⁹ sup uerbis adductis Matth. viii. ait: Cur me propter diuitias & sæculi lucra cupis sequi ? cum tantæ sim paupertatis ut nec hospitiolum quidem habeam: & tecto

utar non meo: huic autem paupertati non repugnat habere aliquid in cōmuni corū quæ sunt artificiata: sicut sunt pecuniæ: et ideo Christus loculos habuit: Vnde glosa. Io. xiii. Christus cui angeli ministrabant loculos habuit in sumptus pauperum: condescendens necessitati infirmorum. Qualiter.n. discipuli abiissent in ciuitatē ut cibos emerent nisi pecuniam habuissent: ut scribitur Io. quarto q̈ iuerunt discipuli in ciuitatem ut emerent cibos. Huic quoq; uoluntariæ ac spiritali paupertati non repugnat thesaurus diuitiarum naturalium in cōmuni: nisi nimia sollicitudo uel affectio ad ipsas: aut mentis elatio ex diuitiis consurgant: ut ægregie probat Sanctus Thomas in tertio contra gentiles. Noluit tamē Christus præfatas diuitias naturales possidere: Tum quia prædicationis officio nō cōgruit prædictarum diuitiarum talis thesaurus: Tum ut illius inopia diuites essemus: ut habetur secundæ ad cor. viii. Tum ne diuitiis illius prædicationis uis ascriberetur: & eius diuinitas humano generi magis magisq; innotesceret. Sic igitur Ecclesiæ militantis imperium thesauros licite possidere potest: licet Christus diuitias naturales non possederit: cuius tamē erāt omnes diuitiæ. Vnde Augustinus in libro de Cathetizandis dogmatibus ait: Pauper scilicet Christus factus est: cuius sunt omnia: ne quisq̈ cum in eum crederet de terrenis diuitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri: quia humilitatis ostendebat uiam. Esuriit qui oēs pascit: sitiuit per quem omnis potus causatur. Hæc Augustinus.

¶ Ad secundum dicendum: q̈ Finis thesauri debet esse ad subueniendum indigentiæ: & ad cōseruationem suæ conditionis: & ad cultum diuinum ut supra dictum est: sed thesaurizare propter auaritiam hoc illicitum est: & a Christo prohibetur: quia sic congregans non audet uti diuitiis. Vnde dicit Hironymus ad Pauli. Antique dictum est: auato tam de est quod habet q̈ quod non habet.

¶ Ad tertium dicendum: q̈ imperium militantis Ecclesiæ cōgregat ut opportuno tempore pauperibus dispergat: & cultum Dei cōseruet & augeat. Conuenit autem uiro apostolico & prædicationi insistere uolēti ut uendat uniuersa que habet: cui loquebatur dñs: cum quo stat q̈ aliis rationibus ut dictū est: licite imperiū militātis Ecclīæ thesauros possideat.

¶ Ad quartum dicendum est: q̈ alio etiam fine ut dictū est congregatur licite thesaurus & licet Christus ecclesiam regat: non tamen tollitur humana prudentia: sicut in conseruatione & regimine uniuersi actio primæ causæ non tollit causalitatem secundarum. Petrus uero dixit: se nō a'gentum & aurum non habere ad dandum pauperi petenti: non tamē negat q̈ licite habere non posset: præcipue ut totius imperii Ecclesiæ militantis princeps: cui Dñs omnia regna mundi tradidit.

¶ Vtrum imperium militantis Ecclesiæ omnes delicias contineat: Quæstio Sexta.



AD Sextam quæstionem ita proceditur: Videtur q̈ Imperium militantis Ecclesiæ omnes delicias in se non contineat: primo quidem deliciæ non conueniunt militantibus: unde in commentariis Cæsaris tanq̈ delicati milites eius a Pompeianis reprehendebantur: ergo imperium militantis Ecclesiæ non uidetur conuenienter continere omnes delitias.

¶ Præterea: ab imperio militantis Ecclesiæ transitur ad futuram beatitudinem ubi perfectissimis deliciis fruemur: sed impossibile est ut ait. B. Hieronymus q̈ de deliciis transeam ad delicias: ergo uidetur q̈ in imperio militātis Ecclesiæ non contineantur oēs deliciæ.

¶ Præterea: in imperio militantis Ecclesiæ mandatur abstinentia: suadetur castitas: præcipitur continentia: cōmendatur terrenorum contemptus: diuitiæ paruipenduntur: a ueris membris imperii: refrenantur concupiscentia gula: uisus: ac cæteri sensus & omne quod terrenū est contēni docetur a Deo ac sanctis: quæ omnia deliciis aduersari uidentur: ergo in imperio militantis: Ecclesiæ non continentur omnes diliciæ.

¶ In oppositum est quod dicitur per os diuinæ Sapientiæ: deliciæ eius habitare cum filiis hominum: ergo deliciæ diuinæ sunt cum filiis hominum: qui sunt membra imperii militantis Ecclesiæ: Delitiæ autem diuinæ omnes delitias continent: sicut causa superior continet quicquid uirtutis est in causa inferiori: ergo in Imperio militantis Ecclesiæ sunt omnes deliciæ.

¶ Respondeo dicendum: q̈ deliciæ dicuntur eo q̈ hominem delectent: & ideo in frequentibus delectationibus existens in deliciis esse dicitur: sunt uero huiusmodi delectatiões

ſunt deliciæ quædam circa obiecta corporalia ſiue naturalia ſint ſiue artificiata: quædã circa obiecta incorporalia: & harum quædã ſunt in parte appetitiua: tamen quædam etiã in parte ſenſitiua.

℃ Relictis uero delitiis corporalib⁹ formaliter quæ peccata non ſunt niſi indebite illis quis utatur: quæ utinam in Eccleſia moderatiores eſſent: dicendum ꝙ in imperio militantis Eccleſiæ ſunt deliciæ oẽs ſaltẽ equaletem.

℃ Si quidẽ propter delicias corporales naturales imperium Eccleſiæ militantis dicit̃ in diuinis litteris Cælum: terra: ager: uinea: hortus: fons: puteus: mulier: anima: columba: perfecta: filia: ſponſa: coniunx & ſoror Chriſti.

℃ Et hæc quidem quindecim ſunt ueluti quindecim gradus quibus ad cognoſcẽdas delicias imperii militantis Eccleſiæ anima rationalis deducitur: ueluti quindecim gradibus materialibus ad templum Salomonis erat ingreſſus.

℃ DICITVR ERGO imperiũ militantis Eccleſiæ cælum: Tum quia ſicut Deus cælũ inhabitat: ut in pſalmo dicitur: Cælum cæli Domino: & illius thronus exiſtit. Matth .v. Cælum thronus Dei eſt: & Eſaiæ ultimo: Cælum mihi ſedes eſt: ita Deus in membris ueris imperii Eccleſiæ habitat & ſedet: Matth. vi. Pater noſter qui es in cælis: Ideſt in iuſtis: Et Auguſtinus ſuper pſalmo. cxxi. pertractans illud dictum Eſaiæ inquit: Cælum mihi ſedes eſt. Qui ſunt iſti niſi iuſti: qui cælũ ipſi cæli. quæ Eccleſiæ ipſæ eccleſiæ: ſicut ſunt multæ una ſit. Sic ergo & iuſti ita ſunt cælũ ut cælum ſint: In ipſis autem ſedet Deus: & de ipſis iudicat Deus. Tum ratione ornatus. Vñ Iſidor⁹ Cælũ ſpiritualiter dicit̃ Eccleſia: quæ in huius uitæ nocte ſanctorum exemplis ac uirtutibus quaſi claritate ſyderum fulget. Ambroſius quoq; ſuper pſalmo Beati immaculati inquit: Ideo eccleſia dicitur cælum: ꝙ habeat ſanctos & Angelis & Archangelis comparandos.

℃ Terra dicitur primo ratiõe ſtabilitatis: ſecũdum illud pſalmi. ciii. Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: Non inclinabitur in ſæculum ſæculi. gloſa & eſt Auguſtini: Terram: ideſt eccleſiam ſuper ſtabilitatem ſuam: ideſt Chriſtum. & ideo Non inclinabitur in ſæculũ ſæculi. Nihil enim firmius iſto fundamento. Secundo ratione fertilitatis: Vnde Glo. Gregorii ſuper illud Ge. primo: protulit terra herbam uirentem dicit: Terra enim eſt eccleſia quæ uerbi pabulo nos reficit: & patrocinii umbraculo cuſtodit: loquendo paſcit: opitulando protegit: ut non ſolum hærbam refectionis proferat: ſed etiam arborẽ protectionis.

℃ Dicitur etiam imperium militantis Eccleſiæ ager. Matth. xiii. Simile eſt regnũ cælorũ homini qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo: & hoc propter permixtionem bonorum & malorum ut ſupra dictum eſt: Vnde Auguſtini gloſa ſuper pſalmo liii. Prope eſt palea tritico: de uno ſemine naſcuntur: in uno agro eradicantur: una pluuia nutriuntur: ſub eodẽ meſſore colliguntur: eandem uentilationem expectant: ſed nõ in unum horreum intrant. hæc gloſa.

℃ Quarto dicitur imperium militãtis Eccleſiæ uinea: Eſa. v. Vinea. n. domini exercituũ dom⁹ iſrael eſt: & Mat. h. xx. Simile eſt regnũ cælorum homini patri familias qui exiit primo mane cõducere operarios in uineam ſuam: Rationem pulcherrime inducit Gregori⁹ in homelia quæ eſt ꝓpagatio ꝯtinua ſanctorũ.

℃ Quinto nõ nominatur in diuinis ſcripturis imperium militãtis Eccleſiæ hortus. Can. iiii. Hortus concluſus: & in capitulo omnibus cõſideratis: & in capitulo quorũ uetus. xxiiii. q. i. hic eſt qui paradiſus deliciarum dicitur. ge. c. ſecũdo propter amoenitatem florum: Fragrantiam aromatum: & copiam optimorum fructuum: Sunt enim in hoc horto flores pulcherrimi amoeniſſimi: omnium odorum genere refragrantes. Sane tedo et in eo flos uuæ in cuius uino & ſanguine abluitur a peccatis: redolet flos lilii in uirginibus candid⁹: flos uiolæ paruul⁹ ac purpure⁹ in innocentibus: Flos mali granati rubeus in Apoſtolis: Flos roſæ in martyrib⁹ rubricatus: Flos oliuæ pinguis oleo miſericordiæ in confeſſoribus. Flos amigdale qui in Patriarchis et Prophetis in hieme ideſt temporibus infidelitatis ortus non emarcuit: Flos ſpicæ inter paleas & ariſtas ſanctorum coniugatorum naſcens in quibus multa peccata uenialia reperiũtur & preſentis ſæculi miſeriarum aculeis punguntur: Ac de fragrantia aromatum: ideſt ſanctæ conuerſationis & omnium uirtutum dicitur Can. vi. Dilectus meus deſcendit in hortum aromatum. Pariter de copia fructuum Gen. v. dicitur Veniat dilectus meus in hortũ ſuum ut comedat fructum pomorum ſuorum: & eccleſiaſtici. xxiiii. dicitur: ego quaſi uitis fructificaui ſuauitatem odoris: & dicitur ecla uſus hortus propter cuſtodiam Chriſti &

sanctorum Angelorum.
¶ Sexto dicitur Imperiũ militantis Ecclesiæ fons: Vnde glo. Can. iiii. Ecclesia fons dicitur quia doctrina singulari abundat, unde proximos irrigat. Item Zachariæ. xiii. erit fons puteus domui Iacob: & habitatoribus Hierusalem in ablutionem peccatorum. Signatus uero dicitur quia ut Augustinus ait: in sacramentis ipsis sub tegumento rerum uisibilium diuina uirtus secretius operatur salutem.
¶ Septimo dicitur imperiũ militantis Ecclesiæ puteus aquarum uiuentium: Vnde Can. iiii. Puteus aquarum uiuentium quæ fluunt impetu de Libano: Vnde glo. Puteus dicitur s. ecclesia: propter oculta mysteria quæ solis sanctis reuelatione sancti spiritus panduntur.
¶ Octauo nominatur imperium militantis Ecclesiæ mulier: Apoc. xii. Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole. Vnde glo. prouerb. ultimo: Mulier fortis facta Ecclesia est: Hoc est uero duplici ratione. s. formationis: Vnde Beatus Augustinus sup psalmis dicit: Quando dormiuit in cruce Christus, signum gestabat: immo implebat quod signi ficatum erat in Adam: Quia cum dormiret Adam Costa illi detracta est: & Eua facta. & Dominus cum dormiret in cruce lãcea lat⁹ eius percussum est: & sacramenta fluxerunt: unde facta est Ecclesia secũda ratione fecunditatis. Inde Ambrosius super Lucã libro. ii. Ecce mulier omnium mater: ecce domus spiritualis.
¶ Nono uocatur amica Dei: Can. iiii. Quã pulchra es amica mea.
¶ Decimo uocatur columba: Can. vi. Vna est columba mea: & psalmo. lxii. Pẽnæ colũbæ deargentatæ & posteriora dorsi eius in pallore auri. Pennæ colũbæ sunt eloquia Dñi que dulcissime sonãt: sicut argentũ inter oia metalla. Posteriora hui⁹ colũbæ sunt extrema tẽpora: in quibus homines auro clariores per resurrectionem fulgebunt.
¶ Vndecimo dicit perfecta amica. Can. vi. Vna est perfecta mea: hoc ideo ẽ ut dicit glo. quia omnibus uirtutibus perficitur.
¶ Duodecimo dicitur filia: psalmo. xliiii. Audi filia & uide. Hoc uero est: quia sup positus huius imperii dedit potestatem filios Dei fieri Io. primo.
¶ Tertio decimo cõgregatio fidelium in imperio militãtis Ecclesiæ uocat soror Christi. propter terrenæ naturæ cõformitatẽ: Quare Ecclesia ante Christi aduentũ ipsũ desiderans dicebat Can. octauo: Quis det te fratrẽ meũ suggẽtem ubera matris meæ. i. pp gratiæ participationẽ Matth. xii. Qui fecerit uoluntatẽ patris mei hic meus frater & soror est. i. ppter unius cælestis hereditatis successionẽ: Ad Ro. viii. Si filii & heredes: heredes quidem Dei: coheredes autem Christi.
¶ Demum imperiũ militãtis Ecclesiæ uocatur a sacra scriptura spõsa & cõiunx Dei: cui⁹ rei causæ in sequẽti titulo assignabuntur.
¶ VERVM AD EXPRIMENDAS delicias imperii militãtis Ecclesiæ q̃ sunt uelut The saurus rerum artificiatarum nominatur in diuinis litteris Ciuitas: Domus: Nauis: Sagenna missa in mari: Regnum: ac castrorum acies ordinata. His ueluti atrio ingredimur templi limites. Ciuitas itaq; a conuenientibus ciuibus dicitur: uel quasi concors hominum multitudo: quæ quia excellentissime in imperio Ecclesiæ inueniuntur ideo Dauid psal. lxxxv. dixit: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Qui & in. xxv. uocat ipsum domum Dei dicens: Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ: glo. Augustinus: Domus Dei ecclesia est. Decor huius domus sunt sancti: Vnde Hieronymus in capitulo Quoniam uetus. xxiiii. q. i. ait: Quicunq; extra domum hanc comederit agnum paschalem prophanus est.
¶ Nauis quoq; uocatur imperiũ militantis Ecclesiæ: quoniam solum onustum est ueris mercibus: quibus regnum cælorum mercari possim⁹. Prouer. ultimo: Facta est quasi nauis institoris. ii. quia est uehiculũ quo tute mare huius seculi transimus. Inde Ambrosius in capitulo non turbatur. xxiiii. q. i. Non turbatur nauis quæ Christum habet. iii. quia sicut tpe diluuii non fuit salus hominibus extra archã Noe: ita nõ acquiritur uita æterna extra imperium militantis Ecclesiæ: ut extra de summa. tri. & fi. ca. capitulo primo. Item Hieronymus in capitulo quoniam uet⁹. xxiiii. q. i. dicit: Si quis in archa Noe non fuerit: pibit regnante diluuio.
¶ Dicitur uero sagenna missa in mari propter bonos & malos quos pmixtim trahit: ut ait Gregori⁹. At ex superiorib⁹ patere põt cur impiũ militantis Ecctiæ appelleẽ regnũ. Sed acies castrorũ ideo dicendum est imperium Ecclesiæ propter insuperabilem uirtutẽ eius aduersus quam portæ inferi nõ præualent. Cant. vi. Terribilis ut castrorũ acies ordinata: Contra siquidem Iudeos: paganos ac he-

ret: eos opponit imperium Ecclesiæ sanctos Doctores: quibus Christus pollicitus est Lucæ.xx. Ego dabo uobis os & sapientiá cui nō poterunt resistere omnes aduersarii uestri. Contra scismaticos opponit sanctorū cōmunionem: regimen prælatorū: & obedientiam subditorū. Cōtra Paganos & sarracenos gladium materialem: ut in.c. quando. xxiii q. iiii. Igitur in acie ordinata castrorū Ecclesiæ duo gladii reperiuntur: de quib.. s d.cit. B. Bernardus ad Eugenium Papā: De gladio materiali ait Dominus Petro: Conuerte gladium tuū in uaginam. Tuus ergo: & ii forsitan tuo nutu: & si nō tua manu euaginandus uterq gladius tuus est. Sed is quidem ab Ecclesia: ille pro Ecclesia exercendus est: ille sacerdotis: is militis manu: sed sane ad nutū sacerdotis sed iussu Imperatoris. Hec Bernardus. Demū thesaur⁹ infinitus diuitiarū spiritualiū reperit propter diuinas litteras: sapientiáq ineffabilé que infinitus thesaurus est hominibus: quo q usi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei ut dicitur Sapientiæ.vii. Item ibidem: Omnium artifex docuit me Sapientia. est.n. in illa spiritus intelligentiæ sanctus: unicus: multip ex: subtilis: disertus: mobilis: incoinquinatus: certus: suauis: amans bonum: acutus: quē nihil uetat benefacere: humanus: benignus: stabilis: certus: securus: oém habés uirtutem: omnia prospiciens: & qui capiat oés spiritus intelligibiles: mūdus: subtilis. Hæc ibi. Qua nobiē pp edo tum a Spiritu sancto uerum sacrificium dicitur imperium militantis Ecclesiæ tabernaculum téplumq Dei: De quo tabernaculo habetur Apo.xxi. Ecce tabernaculū Dei cum hominibus: & psal.xxx. Proteges eos in tabernaculo tuo. Super quo. B. Augustin⁹ ita dicit: Quid est tabernaculum nisi Ecclesia huius temporis: que tabernaculum ideo dicitur: quia in terra adhuc peregrinatur. Tabernaculū.n. habitaculū est militum in expeditione positorum. Animaduertendū uero est ut colligitur ex libro exodi cap.xxvi. Dominum præcepisse decē cortinas fieri ex quattuor preciosis coloribus: quarum unaqueq.xxviii. cubitorum in longitudine & quattuor esset in latitudine: & ut fertur habebant in stamine hiacintū purpureā & coccum bis tinctum in subtegmine. Cortinæ hæ sanctos & pfectos significát in impio Ecclesiæ contemplatiō itendentes. Decē sunt ut eo⁊ pfectio notet Denarius enim numerus perfectus est. Cortinæ quattuor coloribus ornantur: q sancti perfectione uirtutū iuxta doctrinā quattuor euangeliorum decorantur: habentes pro bisso rectitudinem mentis & corporis continentiá: pro purpura regalem contra uitia potentiam: pro hiacintho erectiam ad superna intentionē: pro cocco bis tincto perfectam Dei & proximi dilectionem. longitudo cortinarum. xxviii. cubitorum longanimem Ecclesiæ significat patientiam & custodiam: hic.n. numerus septenario per quaternarium multiplicato efficitur. Septenarius siquidem significat ad quá Ecclesia per fidem & custodiam quattuor euangeliorū & exercitium principalium uirtutum patienter festinat. Latitudo quattuor cubitorum amplitudinem dilectionis ad quā per quattuor euangelia & uirtutes tendit intinuar. Non est autem prætereun.. um: q in illo tabernaculo antiquo erant Altare in quo sacrificia offerebantur: Mensa propitiationis super quam duodecim panes erant propositi: Candelabrum in quo septem lucernæ superpositæ erant ad lucendum: ut habetur Exo. xxv. Altare est in imperio Ecclesiæ: idest pura corda & animi Deo consecrati quibus sacrificium deuotionis acceptissimum incessanter Deo offertur: De quo psalmo.l. sacrificium Deo spiritus contribulatus. Candelabrum utilitatis est Doctorum igne sapientiæ lucentium: Matth.v. Sic luceat lux uestra Vnde de B. Io Baptista dicitur Io.v. Erat lucerna ardés & lucens. Et hæc diximus pret materialia altaria cum uero sacrificio sancta q menta ac ignes multos: quæ omnia in imperio Ecclesiæ ad diuinum cultum habentur: Cæterum imperium militantis Ecclesiæ a sacris litteris templum est appellatum: ut habetur primæ ad Cor.tertio: Templū Dei estis uos: & spiritus Dei habitat in uobis. Et Dauid psalmo quīto: Adorabo ad templū sanctū tuū. In hoc.n. solo templo est uerus Dei cultus: Cum extra Ecclesiā catholicam nō sit locus ueri sacrificii: ut dicit Augustinus in capitulo extra prima.q.i. Quomodo uero materialia templi ecclesiæ represen ent spiritualia legitur diffuse quando Ecclesia celebrat annuam templi consecrationem. Sunt igitur ut ait B Thomas Isaie.. in sanctis imperii militantis Ecclesiæ quattuor delitiæ in præsenti. s. unitas Dei bona operata: uirtutes & quies mentis. Et habent quattuor delitias in gloria. s. plenam dei uisionem: perfectam dilectionem: copiosam refectionem: & eminentem auctoritatem.

¶ Ad has uero ceteræ reduci possunt. Obiecta autem in oppositum de delitiis corporalibus imoderate ulis procedunt: Nam ut ait Chrisostomus de reparatione lapsi: Mens assueta delitiis nec exculta disciplinæ sarculo multas contrahit sordes.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ perpetuam pacem possideat p eam q quã mundus dare nõ potest: Quæstio. Septima.



D Septimam quæstionem sic proceditur: Videtur q imperiũ militantis Ecclesiæ nõ possideat pacem perpetuã: eamq quã mundus dare nõ potest: Primo quidem: Id habet imperium Ecclesiæ quod ei Christus præstat: sed ipse pacem non præstat dicens: Non n. ueni mittere pacem sed gladium. ergo uidetur q imperium militantis Ecclesiæ non contineat pacem.

¶ Præterea: Vbi sunt lites & bella ibi nõ est perpetua pax: sed Iacobi. iiii. dicitur: Vnde bella & lites in uobis? Nõne ex concupiscentiis uestris quæ militant in membris uestris? Ergo uidetur q in Imperio militantis Ecclesiæ non contineatur perpetua pax.

¶ Præterea: Imperatores & Reges dicuntur principes mundi: Sed pax Ecclesiæ datur ab eis qui sunt defensores eius aduersus potentiam diuitum ut habetur in capitulo Ab imperatoribus. xxiii. q. iiii. ergo uidetur q Imperium militantis Ecclesiæ contineat illam pacem quam mundus dare potest.

¶ In oppositũ ẽ quod habet Ioã. xiiii. Pacẽ meã do uobis: pacẽ meã relinquo uobis. Non quõ mũd⁹ dat ego do uobis. et Eccl̃ia cãtat: Da seruis tuis illam quã mũdus dare non potest pacem. Ergo Imperium militantis Ecclesiæ perpetuam pacem possidet: eamq quam mundus dare non potest.

¶ Respondeo dicendum: q Pax tranquillitas est ordinis: est autem ea tranquilitas in terrenis & spiritualibus. Propterea alia est pax terrena: alia spiritualis. Pax terrena cõmunis est bonis & malis: Sed mali utũtur ea ad cultum demonũ & ad lasciuiam: sed boni ad opposita. Pax uero spiritualis est pax Christi ordinata ad uitam æternam: quæ condistinguitur paci mundi quæ est media inter pacẽ terrenam & pacem mundi. est. n. Pax spiritualis pax uera & perfecta: quia est interius & exterius: Pax uero mundi ordinatur ad temporalem prosperitatem: Ideo est causa peccati: & est simulata & imperfecta: quia est exterius tantum. Dico autem ipsam imperfectam nõ solum in comparatione ad pacem beatorũ quæ perfectissima est: sed etiam in comparatione ad pacem uiatorum quæ est imperfecta etiam cõparata paci beatorum. Hæc pax spiritualis consistit in triplici ordine: ad Deũ: ad se: & ad proximum. Non est pax spiritualis uirtus: sed uirtutis effectus. Finis omnium donorum perfectio gaudii: quæ in nobis nõ est sine gratia gratum facienie. Vnde. B. Thomas Io. xiiii. inquit: Pax sanctorum est serenitas mentis: tranquilitas animi: simplicitas cordis: uinculum amoris: & consortium charitatis. Hæc pax est de qua Propheta psal. cxviii. aiebat: Pax multa diligentibus legem tuam domine: & Esa. xxxii. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis foederis: & in requie opulenta. Pacem spiritualem perpetuo continet imperium Ecclesiæ: quia gratiam consequitur quæ est in ueris membris eius: quæ nunquã ipsi Imperio deerunt ut supra dictum est.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q Christus nõ præstat pacẽ mundi sed spiritus quæ gladius dicitur: eo q separat & scindit multum unitatis patrem aduersus filium.

¶ Ad secundum dicendũ: q in imperio militantis Ecclesiæ nõ sem per est pax temporis propter concupiscentias malorum: sed bene est pax perpetua pectoris propter gratiã bonorum qui semper sunt in Ecclesia. Hinc. S. Thomas in. iii. Libro de Regimine principũ ait: q si licuit stoycis dicere bona hominis quæ uirtutes appellantur: in homine semper manere: nec auferri posse uirtuosis iuitis ut refert Aulus Celius in libro noctium athicarũ de Dyõ Stoyco: & Augustin⁹ de ci. Dei Li. iiii. quare nõ magis dicemus de mentibus fidelium q pacis eorum nõ erit finis: cum inhereat fini qui sine fine uiuitur.

¶ Ad tertium dicendum: q Imperatores & Reges ut ministri: præstant imperio Ecclesiæ pacem terrenam a qua multa cõmoda proueniunt temporalia & etiam spiritualia saltẽ occasionaliter: Nam quod bellicalamitas introduxit sopire pacis lenitas consueuit. C. de cadu. tol. l. in princi. Sed pacem spiritualem solũ Christus donat qui solus gratiã largit.

¶ Titulus Nonus de Ordine Imperii militantis Ecclesiæ.



POST considerationem eorũ quæ pertinent ad perfectionẽ essentialem & accidentalem Imperii militantis Ecclesiæ de terminandum est de ordine & ministris eiusdẽ:in quibus ipse ordo reperitur.ẽ autem duplex ordo in imperio Ecclesiæ militantis:primus est Imperatoris & Regis Christi ad ipsum imperium:Secundus eorum ad inuicem quæ in ipso imperio continentur. Primus uero ordo quadrupliciter in diuinis litteris propter eius dignitatem & excellentiã describitur.

¶ Primo quidem ordine reperto inter caput & membra:secundo ordine reperto inter uirum & uxorem:tertio ordine reperto inter patrem & filium: quarto ordine qui inuenitur iter præceptorem & discipulum. Verum in imperio militãtis Ecclesiæ reperiuntur membra ipsius imperii siue supposita:sacramẽta:claues:Virtutes:mandata:consilia:ritus:& potestates siue dignitates: de quorum singulo ordine agẽdum erit: His demptis quæ frequentatissima sunt:aut quorũ materia in hoc uolumine alibi declaranda occurrit. Circa quæ omnia quæruntur decem.

¶ Primo:An Christus sit dicendus caput imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Secundo:An Imperiũ militantis Ecclesiæ sit dicendum sponsa & coniunx Christi.

¶ Tertio:An Imperium militantis Ecclesiæ sit corpus Christi mysticum.

¶ Quarto:An quodlibet membrum uiuum & uerum imperii militantis Ecclesiæ possit conuenienter dici Christus.

¶ Secundo:An Imperium militantis Ecclesiæ quod est corpus mysticum:& Christus q est caput uniantur unione essentiali.

¶ Sexto:An dogmata tradita a Xpo Imperio militãtis Eccliæ sint ordinata & rationabilia.

¶ Septimo:An sacramenta imperii militãtis Ecclĩæ sint ordinata ac rationabiliter tradita.

¶ Octauo:An potestas clauium imperii militantis Ecclesiæ sit una.

¶ Nono:An potestas clauium imperii militãtis Ecclesiæ sit cõmunis bonis & malis Sacerdotibus.

¶ Decimo:An consilia & ritus imperii militantis Ecclĩæ obseruẽtur rationabiliter in eo.

¶ Vtrũ Christus sit dicendus caput Imperii militantis Ecclesiæ: Quæstio Prima.



Ad primã q̃stionem sic proceditur: Videtur q̃ Christus nõ sit dicẽdus caput impii militantis Ecclesiæ: prio quidẽ:caput est mẽbrũ: sed Christ⁹ nõ ẽ dicẽdus mẽbrũ impii militãtis Ecclesiæ:qa de rõe mẽbri est q̃ recipiat aliqd ab aliis mẽbris: Christus ãt nihil recipit:ergo nõ uidetur dicẽdus caput impii militãtis Ecclĩæ.

¶ Præterea:Christus secũdũ diuinã naturã nõ est dicendus caput impii Ecclesiæ: quia caput & mẽbra sunt unius naturæ: natura uero diuina altera est a natura impii quæ est humana:Nõ etiã secũdũ humanã naturã.Tũ quia a capite fit diffusio spirituũ ad alia mẽbra:quod nõ est asserendũ de natura humana Christi: dicit.n.Augustin⁹.xy.de trinitate: q̃ Christus nõ dat Spiritũ sanctũ inq̃tũ homo sed inq̃tũ.Deus: Tũ quia capitis nõ uidetur esse aliud caput:Naturæ uero humanæ Christi caput ẽ De⁹: secũdũ illud priæ ad Cor.x. Caput Christi Deus: ergo Christus nullo mõ uidet dicẽdus caput impii militãtis Ecclĩæ.

¶ Præterea:De ratione capitis est q̃ habeat oẽs sensus q sunt in corpore:ut dicit Augustinus in epistola ad Dardanũ:sed aliqs sensus spiritualis est in Ecclesia q nõ est in Christo:idest fides & spes.ergo nõ uidet dicẽdũ q̃ Christus sit caput impii militãtis Ecclesiæ.

¶ In oppositũ est quod dicit ad ephe.prio. Ipsũ dedit qdẽ caput sup oẽm ecclĩã: ergo Christ⁹ dicẽd⁹ ẽ caput impii militãtis Ecclĩæ.

¶ Respõdeo dicẽdũ q̃ cũ sanctus Thomas sufficientissime de gratia capitis Christi loquat i tertia parte q̃stione octaua:ideo i amplissimo illi⁹ prato paucos flores colligẽs in præsentiarũ tria tãtũmodo dicã: prio quasdã capitis cõditiões inducã:secũdo quasdam diuisiões:tertio nõnullas deducã ꝯclusiões.

¶ QVANTVM AD PRIMVM.

¶ Sciẽdũ q̃ in capite animalis tria possum⁹ ꝯsiderare.s.ordinẽ:qa caput ẽ pria pars hominis incipiẽdo a supioribus:perfectionẽ: quia in capite uigẽt oẽs sensus interiores et exteriores:& Virtutẽ.qa uirtus & mot⁹ & gubernatio cæterorũ mẽbrorũ ẽ a capite.Itẽ alia est ꝯditio capitis:q̃ uni⁹ corporis unũ est caput. Demum capitis hec est conditio: q̃ in alia

membra influit dupliciter: Vno modo quodam intrinseco influxu: prout.s.uirtus motiua & sensitiua a capite deriuatur ad alia membra. Alio modo secundum exteriorem gubernationem: prout.s.secundum uisum & alios sensus qui in capite radicantur dirigitur homo in actibus suis.

¶QVANTVM AD secundum sit prima diuisio: esse caput accipitur dupliciter: metaphorice: & realiter. Item in Christo est considerare humanam naturam: in qua duo anima.s.& corpus: & diuinam naturam.

¶Adhuc: in imperio Ecclesiæ continentur saltim auctoritatiue fideles & infideles. Itetum: fidelium alii boni: alii mali. Et hæc probatione non egent.

¶QVANTVM Ad tertium sit prima conclusio: Christus est caput totius imperii militantis Ecclesiæ metaphorice tamen: secundũ utramq naturam quo ad omnes homines præteritos: presentes & futuros: & quo ad animam & corpus.

¶Probatur prima pars: Nam conueniunt ei tres capitis conditiones similitudinarie & spiritualiter: primo quidem: quia propter gratiam suam Christus est quocũq altior pro pinqnitate ad Deum Ad Ro.viii. Quos præsciuit hos & prædestinauit conformes fieri ymaginis Filii sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Secundo uero perfectionem habet q̃tum ad plenitudinem omnium gratiarum: secundum illud. Io. primo: Vidimus eum plenum gratiæ & ueritatis. Tertio uirtutem habet influendi in omnia membra iuxta illud. Io. primo: De plenitudine ei⁹ nos omnes accepimus. Secunda pars q sit dicẽdus Christus caput secundum utranq naturam probatur: Quia diuinæ naturæ competunt prædictæ tres conditiones ut patet: similiter humanæ naturæ quæ coniuncta est diuinitati. Tertia quoq pars conclusionis declaratur: quæ est q Christus sit dicendus caput imperii militantis Ecclesiæ: quo ad omnes homines præsentes præteritos & futuros. Nam ut ait. B. Thomas ubi supra: ar. iii. accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi Christus est caput omnium hominum: sed secundum diuersos gradus. Primo.n.& principaliter est capnt eorum qui actu sibi per gloriã uniuntur: secundo eorũ qui actu uniuntur sibi per charitatem: tertio eorũ qui actu sibi uniunt per fidem: quarto eorum qui sibi actu uniuntur solum in potentia nondum reducta ad actum: quæ tamẽ est ad actum reducenda secundum diuinam prædestinationem: Quinto uero eorum qui in potentia sunt sibi uniti: qui nũq reducentur ad actum: sicut homines in hoc mundo uiuentes qui non sunt prædestinati: qui tamen ex hoc sæculo recedentes totaliter desinunt esse membra Christi: quia nec sunt in potentia ut Christo uniantur. Illa uero potentia in duobus fundatur: Primo quidem & principaliter in uirtute Christi: quæ est sufficiẽs ad salutẽ totius humani generis: secũdario uero in arbitrii libertate. Hæc. S. Thomas.

¶Quidam tamen dicere audent Christũ non esse dicendum caput eorum qui incarnationem illius præcesserunt: Nam Ecclesia aiunt: secundum denominationem formalem non fuit ante Christum: cuius incarnatio est ratio formalis: secundum autem denominationem materialem incepit a tempore Adæ: ergo Christus non fuit caput eorum qui fuere ante eius incarnationem. Hæc uidetur esse ratio. B. Augustini: qui super psal. c.xliiii. ait: Verbum caro factum est ut fieret caput Ecclesiæ. Verbum enim ipsum nõ est caput Ecclesiæ: sed ut esset caput Ecclesiæ carnem assumpsit: & corpus Christi sit ecclesia. Hæc illi. Sed hi sacra egent intelligentia: Nam q dicunt formale in denominatione Ecclẽiæ esse conformitatem naturæ q̃ prouenit ex incarnatione Christi falsum est: quoniam talis naturæ conformitas cõmunis est bonis & malis: præscitis & prædestinatis: Formale uero in denominatione Ecclesiæ est fides formata: Vnde glo. super illud primæ ad corinthi. xii. Vos estis corpus Christi dicit: Fidei unitate Christi capitis. Et ad Ro. viii. Qui non habet spiritum Christi non est ei⁹ s. membrum: ut ait glosa. Verba uero. B. Augustini non id sonant: cum ipse oppositum asserat in multis locis: præcipue sup psalmo. xxxvi. ubi ait: Caput nostrum Christus est: Corpus capitis illius nos sumus. Nunquid soli nos: & non etiã illi qui fuerunt ante nos: Oẽs qui ab initio sæculi fuerunt iusti caput Christum habent: Illum.n. esse uenturum crediderũt quẽ nos uenisse iam credimus: & in ei⁹ fide ipsi sanati sunt in qua & nos: ut esset ipse totius ciuitatis caput Hierusalẽ oĩb⁹ connumeratis fidelib⁹ ab initio usq ad finẽ. hæc Augustinus. Itẽ glo. ad Colo. i. idẽ tenet. Inducta ãt in oppositũ uerba. B. Augustini pia Doctorum expositione interpretanda sunt Vult

n.dicere φ uerbum caro factum est ut esset nobis caput non simpliciter:sed quantum ad conditionem actualis conformitatis unius naturæ cum corpore suo quod est Ecclesia.

¶ Quarta pars conclusionis demum probatur: quæ est:φ Christus sit caput omniũ quo ad animam & corpus. Nam tota humanitas ut coniuncta uerbo influit in homines q̃tum ad animam & corpus:licet principaliter q̃tum ad animam.Vno quidem modo inq̃tum mẽbra corporis exhibent arma iusticiæ in anima existenti per christum:ut Apostolus dicit ad Ro.vi.Alio modo inq̃tum uita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus:secundum illud ad Ro.viii.Qui suscitauit Christum a mortuis uiuificabit & mortalia corpora nostra ꝑpter inhabitantem spiritum eius in nobis.

¶ Secunda conclusio est:esse caput Imperii militantis Ecclesiæ competit Christo secundum eminentiam gratiæ quam accepit:probatur: Nam propter eminentiam: gratia illa ad alios deriuatur:ergo secundum illam eminentiam est caput: probatur consequentia: quia illud pertinet ad rationem capitis.Ex his sequitur corolarie φ eadem est secundum essentiam gratia personalis qua anima Christi est iustificata:& gratia eius secundum quã est caput Ecclesiæ alios iustificans:differt tamen secundum rationem.

¶ Tertia conclusio est:Esse caput imperii militantis Ecclesiæ est proprium Christo. Probatur: solus.n.Christus influit intrinseco influxu gratiam quæ est cõditio capitis primai ergo q̃tum ad hanc conditionem est propriũ Christo esse caput imperii militantis Ecclesiæ. Secundum exteriorem gubernationem etiã aliis competit:precipue Romano Pontifici: iuxta illud Amos.vi. Optimates capita populorũ:differenter tamen a Christo.Nam Christus est caput imperii Ecclesiæ q̃tum ad omnem locum tempus & statum: Quod non est de cæteris dicendum: nec etiam de Romano Pontifice: qui licet sit caput totius Ecclesiæ:est tamen solũmodo tempore sui Pontificatus:& secundum determinatum statum: prout.s.sunt in statu uiatoris. Item Christus est propria uirtute & auctoritate:alii uero gerunt uicem Christi secũdum illud secundæ ad Corin.quinto:Pro Christo legatione fungimur:tãq̃ Deo exhortante per nos.

¶ Ad primum ergo dicendum: φ Christus secundum humanitatem potest dici mẽbrum respectu diuinitatis:quæ illam mouet & sanctificat:hinc ait Apostolꝰ primæ ad Cor.xii. Vos estis corpus & membra de mẽbro: idest de Christo capite.licet autem caput naturale ab aliis membris aliquid recipiat:non tamen opus est hoc inueniri in capite metaphorice accepto: in cuius ratione non est necessaria omnimoda similitudo ad caput naturale: Christus uero caput est non naturale sed metaphoricum totius impii militatis Ecclesiæ.

¶ Ad secundum dicendum:φ Christus:non conuenit cum natura hominum & angelorũ secundum diuinam naturam:& ideo ratione conformitatis diuinæ naturæ cum humana Christus non dicitur caput:sed bene ratione aliarum conditionum capitis.Christus quoq; secundum diuinam naturam auctoritatiue dat spiritum sanctum: secundum humanam uero instrumẽtaliter siue ministerialiter:inq̃tũ eius humanitas instrumentum est illius diuinitatis:quod nullomodo negaret Augustinꝰ: cum etiam aliis sanctis conueniat.Dicendum item: φ capitis naturalis non est aliud caput: capitis uero metaphorice accepti non inconuenit esse aliud caput.sicut familiæ caput est Pater familias: qui super se caput habet Rectorem ciuitatis.Et per hunc modum nihil ꝓhibet caput Christi esse deum:cum ipse Christus sit caput imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Ad tertium respondetur:φ in Christo eminenter est omnis perfectio: & ideo quicquid perfectionis in fide & spe reperitur totum est in Christo eminenter:negando,in eo quicq̃d imperfectionis in eisdem reperitur.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ sit dicendum sponsa & coniunx Christi: Quæstio Secunda.

AD secundam quæstionem ita proceditur:Videtur φ Imperiũ militantis Ecclesiæ non sit dicendũ sponsa & coniũx Christi:Primo quidem:sponsæ ut sic: uidetur repugnare maternitas:sed Imperium militantis Ecclesiæ dicitur mater in diuinis officiis a Doctoribus & a iure:ut manifestum est: ergo uidetur φ imperium militantis Ecclesiæ non sit dicendum sponsa Christi.

¶ Præterea:Coniunx sponsa dicitur postea quã uiro coniuncta est:sed imperium militãtis Ecclesiæ uirgo nũq̃ esse desiit:propter q̃d illi conuenit quod dicitur Can.iiii.Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. Vnde Augustinus super Io.ait: Ois Ecclesia

Virgo appellata est. ergo imperium militantis Ecclesiæ non uidetur dicendum coniunx Christi.

¶In oppositū est quod dicit.B.Augustinus in capitulo Nuptiarū.xxvii.q.i.Ipsa Ecclesia coniunx Christi est:q̄ fidei:spei & charitatis in integritate nō solū in uirginibus sacris sed ēt in coniugatis fidelibus tota uirgo est:Vniuersæ quippe Ecclesiæ cuius oīa illa sunt mēbra Apostolus dicit:Aptaui uos uni uiro Virginē castam exhibere Christo:ergo Imperium militantis Ecclesiæ conuenienter est dicendum sponsa & coniunx Christi.

¶Respondeo dicēdū:q̄ Imperiū militantis Ecclesiæ conuenientissime sponsa Christi nominatur in diuinis litteris: Canticoꝝ.iiii.Veni de libano sponsa mea coronaberis:& capitulo sequenti: Veni in hortū meum soror mea sponsa.Et hoc quadruplici causa.

¶Prima est pp indissolubilem mutui amoris dilectionem: De quo amore mutuo ipsa spōsa ita Canticoꝝ septimo ait: ego dilecto meo: & ad me conuersio eius. Super quo uerbo Bernardus in sermone.lxxix. super Canticis pulchre dicit:Quid sponsa nisi congregatio iustorum? Quid ipsa nisi generatio q̄rentiū dominum q̄rentium faciem sponsi?Non ille intendit huic:& non ista illi:propter hoc unū q̄ ponit & ego illi:& ille mihi.Ille mihi: quia benignus & misericors est:ego illi q̄a nō sum ingrata.Hæc Bernardus.

¶Secunda est propter temporis illius iocundissimam desponsationem:Oseæ.ii.Desponsabo te mihi in sempiternum:& sponsabo te mihi ī iusticia & iudicio:& misericordia:& miserationibus:& sponsabo te in fide:& scias q̄a ego dominus.Vbi dicit glo.Ter ponit sponsabo te mihi:Primo.n.desponsatum fuit Imperiū Ecclesiæ Deo tempore Abrae quando dedit illi pactum circoncisionis: Ge.xvii.ii.sub Moyse in mōte Synai in datione legis:Vnde glo.p̄fata:Oseæ.ii.ita subiungit:Secundo despondit eam in monte Synai dans ei pro spōsalibus legis iusticiam & iudicium & misericordiam.Tertio:ut eadē glo.dicit loco supra adducto: fuit desponsatum in aduentu Filii Dei: quod est in fide trinitatis:in qua fide credentes statim sciunt quia ille est Deus.

¶Sciendum est autem q̄ desponsatio imperii Ecclesiæ militantis cum Deo fit dupliciter. Vno modo per simplicem copulam dilectionis cum Deo:Dicit nāq̄ Bernardus sup Cant. Conformitas dilectionis maritat animam uerbo si perfecte diligit.Huius itaq̄ desponsationis nullum est tempus determinatum:sed q̄diu ī Ecclesia fuere iusti semper fuit sponsa. Vnde Origenes super can.dicit:Non enim tu mihi ex aduentu Saluatoris sponsam dici aut ecclesiā putes: sed ab initio humani generis. Alio modo ut dicit consensum aut pactionē coniugalem per uerba de p̄senti aut signa certa expressum:Nam Magister sententiarum in iiii.di.xxvii.dicit:q̄ causa efficiens matrimonii est consensus non quilibet:sed per uerba aut certa signa expressus:& huius desponsationis sunt tempora determinata:Vnde Ge.xvii.Dominꝰ Abrae dixit:Statuam pactum meum inter me & te & semen tuū. Ecclesia quoq̄ cantat in die Epiphaniæ: Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia.

¶Tertio nominatur imperium militantis Ecclesiæ sponsa propter nuptiarum solennem celebrationem:Apoc.xix.Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei:quoniam uenerūt nuptiæ Agni:& uxor eius p̄parauit se.glo.Nuptiæ:idest iuncta ē ecclesia Christo.Itē Math. xxii. Simile est regnū cælorū homini regi qui fecit nuptias filio suo:glo.interli. Qui per incarnatiōis mysterium ecclesiam Filio suo copulauit.Igitur filii Dei & imperii Ecclesiæ militantis sponsalia contracta fuerunt in prophetarum sponsione:uerba de p̄senti in Mariæ & Angeli mutua colloquutione:consumatum autem fuit in carnis & uerbi unione.Vnde Augustinus super titulum psalmi.xliiii ait:Coniunctio nuptialis uerbum & caro.Huius coniunctionis thalamꝰ est uterus Virginis.Fœcūdatur coniunx in Christi passione:quia de latere Christi fluxit sanguis & aqua:quibus significantur sacramenta per q̄ fecundatur Ecclesia.Hæc Augustinus.Ex quibus etiam patet q̄ Imperium militantis Ecclesiæ dicitur coniunx Christi.

¶Quarto dicitur Imperium militantis Ecclesiæ sponsa & coniunx Christi propter illud trium donorum singularem largitionem: Ezech.xvi.dicit sponsus ipse ad Ecclesiā: Iuraui tibi & ingressus sum pactū tecum:& facta es mihi sponsa:& laui te aqua: & emundaui sanguinem tuum ex te:& unxi te oleo:& uestiui te discoloribus:illa.s.uarietate uirtutum de qua Apostolus ad Colo.iii.ait:Induite uos sicut electi Dei sancti:dilecti uiscera misericordiæ: humilitatem: modestiam: patientiam: & calciaui te hyacintho:idest sancta & cælesti intentione:Cinxi te bisso:idest conti-

nentiæ cingulo: Et indui te subtilib⁹: id est or namentis spūalib⁹. Sequunē alia q̄ ibi uideanē.

❡ Dona quoq; plura in Christo reperiuntur: quæ soli imperio militātis Ecclesiæ cōmunia fecit: est nāq; Christus Sacerdos: bon⁹ pastor: dulcis mediator: æquus iudex: singularis medicus: inexpugnabilis hostiarius: Vnigenitus Dei filius: quæ imperio Ecclesiæ cōmunia fecit: propter inextimabilem dilectionē qua illud prosequitur. Christus itaq; sacerdos existens secundū ordinē Melchisedech ut dicit psalmo. cix. & extra de summa tri. & fi. catho. potestatem dedit Sacerdotibus Ecclesiæ consecrandi corpus & sanguinē suum: qui Apostolis dixit Lucæ xxii. hoc facite in meam cōmemorationem: & idem ministrare fidelib⁹: ut in. c. perlectis di. xxv. & in. c. cleros di xxi: & in. c. panis de conse. di. ii. quod munus minime Angelis est concessum.

❡ Præterea: Christus est bonus pastor Ioā. x. quod Romano præsertim pōtifici cōmissum est cū Petro Dominus dixit Io. ultimo: Pasce agnos meos. Deinde Christus est optim⁹ mediator: secundæ ad Thimo. i. Vnus mediator Dei & hominū Christus Iesus: quā rem dedit Christus imperio Ecclesiæ militantis. Vnde Leo Papa: ut habeē de pe. di. i. c. multiplex ait. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Hanc Præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem: ut confitentibus penitentiæ sanctæ actionem darent: & eadem satisfactione purgatos ad cōmunionem sacramentorum per ianuā reconciliationis admitterent. Est quoq; Christus æquus iudex q sedet super thronū & iudicat æquitatē: Io. v. Omne iudiciū dedit Pater Filio. Hæc iudiciaria potestas fulget præcipue in Romano Pōtifice dicente Domino Petro: Tibi dabo claues regni cælorum.

❡ Item Christus est medicus: qui solo uerbo restaurat uniuersa. Virtus. n. de illo exibat & sanabat omnes Lucæ. vi. Hanc medēdi facultatem per sacramenta in quibus Deus secretius salutem operatur: concessit ministris imperii sui non Angelis: tum quia non conueniunt cum natura Verbi incarnati: Tum quia non sunt in promptu hominibus ut eorū ministeriū facile habeatur: ut ait. S. Tho. in. iiii. di. v.

❡ Cæterum Christus est inexpugnabilis hostiarius: Ipse siquidē est hostiarius qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Apoc. iii. Hāc dignitatē cōtulit imperii Ecclesiæ suæ Pastoribus: qbus ait: quæcūq; ligaueritis super terrā erunt ligata & in cælis: & q̄cūq; solueritis super terrā erūt soluta & in cælis: Math. xvi.

❡ Demū Christus est unigenit⁹ Dei filius: ad quē uox patris intonuit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: Math iii. Hoc munus præstantissimū imperio militātis Ecclesiæ concessit Io. i. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ad Galathas. iiii. Misit Deus filium: ut adoptionē filiorum Dei reciperem⁹. Dicitur uero in. iii. sen. dist. x. filios adoptiuos nos dici: quia cū nati fueramus filii iræ p gratiam facti sum⁹ filii Dei Hæc igitur sunt munera quibus imperium militantis Ecclesiæ uelut sponsam Christus donauit.

❡ Ad primū ergo dicendū est: q Ecclesia mater dicitur omniū fidelium: & uirgo & sponsa simul: sed alia & alia ratione: Mater quidē: quasi cut uitis abundans in lateribus domus tuæ psal cxxvii. Vnde glo. Augustini super illud psalmi. lvii Alienati sunt a uulua: errauerunt ab utero. Glo. Vulua uel uterus charitas Ecclesiæ accipitur: in qua cōuersi recipiuntur & nascuntur dum Fidei rudimenta suscipiunt & paulatiue nutriunē: donec in eis formata ueritate ad lucē generentur. Mater ergo est Ecclesia omniū fidelium Dei. Nō inconuenit uero in matrimonio spirituali & metaphorice accepto eandē simul & semel dici sponsam & matrē respectu tamen diuersorū: sicut & idem dicitur uxor & filius. Vnde Augustinus sup psal. cxxvii. tractans illud uerbū: Filii tui sicut nouellæ oliuarum ait: In istis carnalibus nuptiis & coniugiis alia uxor: alii filii: in ecclesia quæ uxor: ipsi filii. Et infra: Mirū dico fratres mei: in uerbis autē Domini inuenimus quia quæ uxor ipsa & filii: Ecclesiā. n. & fratres ipsius esse & sororē ipsius esse & matrem ipsius esse: Nam cū ei nunciarētur mater eius & fratres eius foris stantes respōdit Dñs & ait: Quæ mihi mater: aut q mihi fratres: Et extendit manus suas sup discipulos suos & ait: Ecce mater mea & fratres mei. Fratres erant: quo mater erat: addidit: Qui fecerit uolūtatē patris mei ipse mihi soror frater & mater est. Hæc Aug.

❡ Ad secundū dicendū: q duplex differētia reperitur inter cōiugiū Christi & Ecclesiæ & alia cōiugia carnalia hoīum. Prima assignatur in glo. Oseæ ii. Spōsabo te mihi in sempiternū: q est q hoīes de uirgine nō uirginē faciūt: Deus uero cōiūct⁹ et meretricib⁹ eas uirgines facit uirginitate q̄ est immunitas a peccato mortali. Secūda est: q hoīes nō pñt cōiugē sine corruptione fecundare: Christus autē sic. Vñ Augu. & ponitur in. c. nuptiarum ubi supra. Nouit

autem ille.s. Christus: coniugem uirginē sine corruptione fetare: Quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Item Ambrosius in libro de uirgini.ait: Sancta mater Ecclesia Immaculata coitu: fecunda partu: uirgo est castitate: sed mater est prole.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ sit corpus Christi mysticū: Quæstio tertia.



D secundam quæstionē sic proceditur: Videtur q Imperiū militātis Ecclesiæ nō sit corpus Christi mysticum.

¶ Primo qdem: Caput & corp⁹ unum hominē constituunt: sed imperium militantis Ecclesiæ & Christus non constituunt unū hominem: cum nō sint unus homo sed plures: ergo imperiū militantis Ecclesiæ nullo modo est dicendum corpus Christi.

¶ Præterea: Caput Christi & corpus Christi unam personam Christi & unum Christum constituunt: ergo si imperium militantis Ecclesiæ esset corpus Christi mysticū: esset quoq dicendū una persona Christi & unus Christus mystice saltem: quod non reperitur neq apud diuinas litteras: neq apud sanctos Doctores. ergo uidetur q Imperium militātis Ecclesiæ conuenienter non sit dicendum corpus Christi mysticum.

¶ Præterea: Soli boni & iusti sunt dicendi membra christi mystica: sed imperium militantis Ecclesiæ componitur ex bonis & malis: ergo Imperium militātis Ecclesiæ nō est corpus Christi mysticū: Consequentia nota Antecedens probatur auctoritate domini Vgonis de.s.uictore in secūda parte de sacramentis dicentis: Nihil in corpore Christi mortuū: nihil extra corpus uiuum.

¶ Præterea: Soli electi dicuntur corpus Christi mysticum: iuxta illud Beati Augustini de doctrina christiana dicentis: Non est re uera corpus Christi quod cum illo nō erit in æternum: Sed imperium militantis Ecclesiæ constituunt etiam nō electi ut supra dictum est: ergo imperium militātis Ecclesiæ nō uidetur dicendum corpus Christi mysticum.

¶ In oppositū est: quod dicit.B. Paulus ad Ro.xii. Multi unū corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra.& primæ ad Cor.quinto: An nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi.

¶ RESPONDEO DICENDVM: In explanatione huius quæstionis tria dicenda sunt: Primum est quid nominis corporis mystici: secundum est enumeratio diuersitatis membrorū ipsius corporis mystici: tertium est qui pertineant ad corpus mysticum imperii Ecclesiæ militantis. & hæc omnia quā breuissime. Quantum ad primū sciendum: q corpus mysticum dicit ordinē ad caput: & sicut Christo conueniunt similitudinariæ conditiones naturalis capitis.s.ordo: perfectio & uirtus respectu suppositorum imperii militātis Ecclesiæ: propter quas conditiones dicitur caput metaphorice: ita omnes homines cuiuscūq tempo ris status ac conditionis habentes aliquem ordinem ad Christum sicut membra ad caput: dicunt metaphorice corpus Christi mysticū. Est autē differentia inter corpus hominis naturale & corpus Ecclesiæ mysticum: q membra corporis naturalis ut ait.S.Tho.in.iii.parte q.viii.ar.iii.sunt omnia simul: membra autem corporis mystici non sunt omnia simul: neq quantū ad esse naturæ: quia corpus Ecclesiæ constituitur ex hominibus qui fuerunt a principio mundi usq ad finem ipsius: neq etiam quantum ad esse gratiæ: quia eorum etiā qui sunt in uno tempore quidā gratia carent post modū illā habituri aliis eam iam habentibus. Est itaq corpus Christi duplex: naturale.s.qd de uirgine Maria sumpsit: & mysticum: quod est ecclesia: constitutum ex utriusq sexus fidelibus spirituali compage cōnexum. Mysticū autem a mysterio dicitur: quod nomen a græcis ad latinos deductū sonat sacrum: diuinū: occultum & figuratiuum. Dicitur ergo imperium militantis Ecclesiæ corpus mysticum qa sacrum: Sanctum.n.est ut supra probatū fuit. Item quia diuinum: diuinæ.n.consortes naturæ efficimur in imperio militantis Ecclesiæ: ut dicitur secundæ Pe.i. Occultum quoq est: quoniam in hac peregrinatione constitutos latet quis simpliciter & actu pertineat ad hui⁹ corporis mystici mēbra dicente.B.Bernardo: Quis potest dicere ego de electis sum: ego de prædestinatis ad uitā æternam: ego de numero filiorum: reclamante nimirum scriptura. Nescit homo an odio uel amore dignus sit. Figuratiuum demum est corpus imperiū militantis Ecclesiæ: idest per figuram siue similitudinem dictum: Nā sicut in corpore naturali sunt multa membra non habentia eundē actum: ita in corpore mystico: ut dicitur ad Ro.xii. Inter quæ membra est cōformitas & unitas ad caput: Ad ephe.iiii. Caput est Chri⁹

ctus:ex quo totũ corpus compactum & connexum per omnẽ iuncturam subministrationis secundũ operationem in mensurã: uniuscuiusq; membri augmẽtum corporis facit in ædificationem sui in charitate: & quẽadmodum corpus unũ habet spiritum uiuificantẽ & regentẽ omnia membra:ita imperium militantis Ecclesiæ ab uno spiritu sancto regitur: Ad ephe.iiii. Vnum corpus & unus spiritus: & Ecclesia cantat: Deus cuius spiritu totũ corpus Ecclesiæ regitur.

¶ VERVM QVO hæc similitudo clarior appareat animaduertendũ est: q͂ in corpore Christi mystico reperiuntur caput: facies: genæ: oculi: aures: nasus: labia: dentes: collũ: ubera: manus: uenter: crura ac pedes: sicut & in corpore naturali.

¶ Caput Christus est.

¶ Facies ĩ qua maxime relucet decor & species signatur per uiros sanctos sanctitate ac scientia cõspicuos: Matth. quinto: Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona: Et Origenes super illud Can. ii. Ostende mihi faciem tuam: Facies.n.tua decora: ait: Facies Ecclesiæ speciosa est: hereticorum uero turpis. Et glo. ibidem: Ostende mihi faciem tuã: idest quod intus pulchritudinis habes & in secreto quietis didicisti in publica actione ad utilitatẽ multoꝝ demõstrã.

¶ Genæ dicuntur ut ait Origenes super canticis: in quibus honestas & uerecundia aiæ cognoscitur: per quas sine dubio illi in membris Ecclesiæ declarantur qui castitatis & pudicitiæ excolũnt honestatẽ. Hæc Origenes. Sunt autem Genæ Ecclesiæ sicut turturis: ut dicitur Canticorum primo: tum propter castitatẽ qua Prælati & ministri Ecclesiæ pollere debent: Esa. lii. Mundamini qui fertis uasa Dñi. Tum propter gemitum cõpassionis quẽ habent ad proximos: secundæ ad Corint. xi. Quis infirmatur & ego non infirmor? Tum propter contẽplationis solitudinem: quam habere debent sicut turtur Oseæ secũdo: Ducam illã in solitudinẽ & loquar ad Cor ei⁹.

¶ Oculi sunt ut ait glo. Can. yii. qui archana respiciũt: ut in aperto possint proloqui: qui fluenta doctrinæ auditorib⁹ dare nõ cessant. Hinc Origenes in Canticis inquit: q͂ autem oculi Ecclesiæ comparantur colũbis ob hoc profecto est: quia diuinas scripturas non iam secundum literã sed secundum spiritũ intelligant: & aspiciant in eis spiritualia ĩ mysteria: Columba.n. indicium est spiritus sancti. Spiritualiter ergo intelligere legem & prophetas: hoc ẽ oculos colũbæ habere. Hæc Origenes.

¶ De auribus in persona Ecclesiæ militantis Cã. i. ipliciter sit mentio: ubi sponsus ait sponsæ: Murenulas aureas faciem⁹ tibi uermiculatas argento: Murenulæ iuxta glo. sunt ornamẽta aurium. Sunt quidẽ quedam cathenulæ ex diuersis annulis inuicẽ penetrantibus factæ: per aures quæ doctrinæ uerba audiũt & suscipiunt: intelligendi sunt in Ecclesia uiri spiritu sancto illuminati: qui spiritualis intelligentiæ auro interius & cælestis eloquentiæ argento exterius splendescunt.

¶ Per nasum ut ait glo. Cã. yii: Itellige eos qui cautissimi discretores sunt boni & mali: quos nulla fallit hypocrisis.

¶ De labiis dicitur Can. iiii. Fauus distillans labia tua: per quæ predicatores & doctores intelliguntur: qui dulcia faucibus eloquia diuina proferunt & super mel gratiorã.

¶ Qui & dentes dicuntur eo q͂ terant cibũ pleni aqua sapientiæ Can. yi. Dentes tui sicut greges ouium quæ ascendũt de lauacro.

¶ Collũ per quod traicitur cibus: corpus signant prælati: q cibos doctrinæ & alia sacramenta in corpus ecclesiæ traiciunt: Can. yii. Collum tuum sicut turris eburnea. Turris autem dicuntur: quia sanctæ uitæ exemplis & uerbi potestate tamq̃ propugnaculis: ceteros tuentur.

¶ Duo uerba: duplex est doctrina credendorũ & agendorum: Per ubera uero quæ lac paruulis infundunt Doctores & Magistri in ecclesia designantur: ut dicit glo. Can. iiii. ubi sponsus sponsæ: Pulchriora sunt ubera tua uino: Ideo primæ ad Cor. iii. Paulus ait: Tanq̃ paruulis in Christo lac potum dedi nõ escã: & primæ Petri secũdo dicitur: Quasi modo geniti infantes: rationabiles: sine dolo lac cõcupiscite ut in eo crescatis.

¶ Per manus autem uiri actiui intelliguntur Can. yi. Man⁹ meæ distillauerũt mirrhã. glo. idest exempla amara patiendi: Ventrẽ quoq; habet corpus mysticum Imperii militantis ecclesiæ: de quo Can. yii. Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus liliis: hunc designant boni coniugati ut ex glo. ibidem colligitur. Aceruo quidem assimilantur pp bonorum operum abundantiã. Tritici: pp pauperum quos reficiunt copiam. Vallatus uero liliis dicitur: quia ut dicit glosa: omnia bona quæ operantur gratia uidendæ claritatis agunt.

¶ Crura representãt uiri perfectissimi: Vnde

de.B.Apostolis Petro & Iacobo & Ioãne di cit Paulus ad Gala.: Qui uidebant colũnæ esse. Canticorum autẽ quinto dicitur:Crura eius colũnæ marmoreæ.

¶ De pedibus autẽ ecclesiæ satis apte habet Can.vii.ubi sponsus sponsæ inquit: Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis:glo.i.Dei. Hi pedes sunt Apostoli: de qbus Isa.lii.Quã speciosi pedes euãgeli zantiũ:glo.pedes Christi sunt Apli eius pdica tionẽ portãdo:Qui speciosi dicti sunt:qa a puluere peccati mũdi.Cõcludimus igitur de corpore Christi mystico quod Can.iiii.dicit: Tota pulchra es amica mea:& macula nõ est in te.Hæc quidem de primo ac secundo dic ta satis existant.

¶ QVANTVM AD tertiũ in quo declarã dũ occurrit qui ad corp⁹ mysticum imperii militantis Ecclesiæ pertineant:cõsideradũ q triplex est modus dicendi in hac materia:pri mus est nonnullorum opinantium q soli electi siue prædestinati sint mẽbra corporis Christi mystici:quorum aliqua fundamenta licet sint inducta in pricipio qõnis duob⁹ tamen sequẽtibus principaliter hærent: Pri mũ est:q cum denominatio simpliciter fieri debeat a nobiliori membra corporis mystici Christi sunt accipiẽda secundũ dispositionẽ electionis diuinæ:ex quo sequitur:q sol⁹ nu mer⁹ electorum est Ecclesia uniuersalis quæ corpus Christi est.Secundũ fundamentũ est: q membra Christi semper ac indissolubiliter ad hærent Christo:ex quo sequitur:q præde stinati qui nũc sunt infideles sunt iã Christo incorporati:sed hæc dissentiũt a sacris dog matibus.Primũ quidem fundamentũ dissen tit:quoniam esse membrum Christi duplici ter dicitur:quemadmodum & esse filiũ Dei cum esse filium Dei per adoptionem impre sentiarũ sit idem q esse membrũ Christi.Vno itaq modo uocatur quis filius Dei secundũ præsentẽ iusticiã:primæ.Io.secũdo:ex nobis prodierunt:sed nõ erant ex nobis.Alio mo do secundũ pdestinationem tantũ.Io.i.De dit potestatem filios Dei fieri:Non igitur soli electi sunt membra Christi.Inde.S.Tho.sup illud Io.xi. Vt filios Dei cgregaret i unũ ait: Hoc nõ est intelligendũ:q tũc iã accepissent adoptionis spiritũ:qa ut dicit Gregorius: nec oues eius nec filii eius erant p adoptionem.

¶ Præterea: Sicut non dicitur quis beatus simpliciter nisi actu formã possideat beatitu dinis:ita nec quis fili⁹ Dei siue mẽbrũ Christi nisi in se actu habeat unde denominetur fili⁹ Dei aut mẽbrũ christi: cũ pdicatio ista sit rea lis:sed in multis electis nõ est actu spirit⁹ dei a quo filii Dei nominant:iuxta illud ad Ro. viii.Quicũq spiritu Dei aguntur hi sunt filii Dei:ergo secũdũ electionẽ diuinã tñ nõ est sumenda denominatio mẽbrorum corporis Christi mystici.

¶ Adhuc: Illud Fundamentũ uidet aduersa ri dictis diuinæ scripturæ & Doctorũ: Dicit n.ad Ephe.v.Eratis n. aliquãdo tenebræ:nũc autẽ lux in domino. Vt filii lucis ambulate. Glo. Prius filii eratis diaboli principis tene brarũ:nunc iustificati per fidẽ & baptismum filii Dei p adoptionẽ. Hinc Augustinus li.ii. cõtra Cresconiũ.c.xxi.ait:Damnati a Christo in corpore Christi nõ sunt quæ est Ecclesia. Et infra:Qui tamen si confiteantur & corri gantur tũc intrant:tunc mũdantur: Tunc in arboribus hortus conclusi sunt.Hæc Augu stin⁹. Idem tenet Libro tertio cõtra Donati stas.Ex qbus exploratus efficitur error sequẽs: s.q solus numerus electorum est Ecclesia uni uersalis.Quod uero obiicitur de denomina tione simpliciter dicẽdũ:q denominatio sim pliciter a nobiliori formali tñ nõ materiali ac cipienda est: influxus uero est ratio formalis mẽbrorũ corporis.Qui ergo influxũ intrinse cũ capitis Christi recipiũt mẽbra Christi dicũ tur.Influxus uero gratiæ & gloriæ materialit ter distinguitur ut continentur sub ratione formali influxus.

¶ Verũ secũdũ fundamẽtum auctoritate. B. Pauli ad Ro.viii. eruit dicẽtis: Si qs spiritum Christi non habet nõ est eius:gl.s.mẽbrum Sed non omnes qui habent spiritum Christi semper habent:cum contingat illos peccare mortaliter: Ergo membra Christi non sem per ac indissolubiliter adhærent Christo.Inde est Glo.Augustini. ad Ro. octauo. Nihil. sic formidare debet Christianus quam separa ri a Christo. Id etiam quod ex fundamento secundo sequitur aduersatur dictis Beati Pauli secundæ.ad Cor.vii.dicentis: Qui au tem consensus templi Dei cum ydolis? Vos n.estis templum Dei uiui.Item ibidem:Quæ conuentio Christi ad Belial.Glosa:Quia nõ mẽbra Christi:illi diaboli:& Christus & diabo lus non conueniunt.

¶ Adhuc.i.ad Cor.vi.An nescitis q q adhæ ret meretrici unũ corpus efficitur cum ea? Ergo infideles etiam prædestinati non incor porantur Christo.Hinc Augustinus super

Cano.Io.ait Sola dilectio discernit inter filios Dei & filios diaboli: & item ibidem: Qui non est Christo contrarius in corpore eius hæret & membrum ipsius computatur:Nunquã sunt membra sibi contraria. Corporis integritas ex uniuersis membris constat. Hæc Augustinus.

¶ Ex prædictis igitur sequitur præfatum modum dicendi minime diuinis litteris esse consentaneum: esse quoq; falsum q soli electi siue prædestinati sint membra Christi: & cum aliqui iustificantur non incipiunt esse membra christi:qui non erant antequam iustificarentur: Quia ut est sententia Beati Augustini super psalmo.c.xxii.In Ecclesiæ corpus nemo intrat nisi prius occisus. Moritur quod fuit: ut sit quod non fuit. Hoc inquã est quod dicitur primæ Petri secundo: Qui de tenebris nos uocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei: nũc autem populus Dei. Et ad Ephe.iiii. scribitur:Quosdam dedit apostolos: sequitur:in ædificationem corporis Christi.glo. ut ædificent eos in corpus Christi qui adhuc alieni sunt Falsum quoq; est: q aliqui cum cadant a iustificatione per culpam mortalem non desinant esse membra Christi:Et q prædestinatus semper maneat membrum Christi licet cadat a charitate Quare Paulus: Augustinus & Latro cum infideles essent non erãt actu membrum Christi: neq; de eius ossibus. Et q Iudas nunq̃ fuerit membrum Christi falsum est: Vnde Augustinus super psalmo xli.ait:Iudas filius sponsi persequens sponsum:Quæ omnia in concilio Constanciensi condemnata fuere.

¶ Secundus modus est eorum qui dicunt solos fideles in gratia gratum faciente existentes esse membra corporis Christi: Horum opinioni suffragari uidentur nonnulla dicta diuinæ scripturæ ac.B.Augustini:Primum quidem est sapientiæ.iii. Filii sapientiæ ecclesia iustorum:Soli ergo filii sapientiæ ecclesia sunt iustorum:qui & beati dicuntur: Ecclesiastici. xiiii.Beatus uir qui in sapientia morabitur. hi autem in gratia existunt. secundum dictum est Apostoli ad Gala.iii. Quicunq; baptizati estis in Christo Christum induistis.Qui Christum uero induunt in gratia existunt: Baptizati uero soli membra Christi sunt.tertiũ dictum est.B. Augustini.iiii.li.contra donatistas dicentis:Vna est columba mea. Afferat qui potest huius columbæ membra esse qui seculo uerbis non factis renunciant.Quartum est illud dictum B.Augustini quod Magister sententiarum in quarto.d.viii. loquens de unitate ecclesiæ inducit: Vt corpus inquit Christi.ex multis membris purissimis & immaculatis constantia societas ecclesiastica ex nullis personis a criminali culpa liberis consistit in cuius rei typo archa Domini de lignis Sethim facta est:quæ sunt inputribilia & albæ spinæ similia. Hæc ille. Sed difficultas hæc facilior efficitur his consideratis quæ ex tertia parte Sancti Thomæ induximus in prima q.huius tituli primam conclusionem probantis: Ait.n. duplicia esse membra Christi:quædam actu: & quædam potentia. Actu quidem perfecto uel imperfecto: perfecto uero uel secundum futuram uitam uel secundum præsenté. Gloria itaq; est perfectus actus secundum futuram uitam quo efficimur membra Christi: Gratia uero est actus perfectus secundum præsentem uitam quo uiua membra Christi secundum præsentem iusticiam constituimur: unde & uiua ac uera membra Christi denominantur: Secundum autem hunc modum intelligendæ sunt adductæ auctoritates: & si quæ aliæ reperiantur:Ad hæc reducitur quædam diuisio quæ est: Membra Christi dupliciter inueniuntur: quædam membra proprie dicuntur: & quædam improprie: Vnde. S. Thomas in primo sententiarum ait: homines fideles peccatores aliquo modo pertinent ad unitatem Ecclesiæ inquantum continuantur ei per fidem quæ est unitas materialis: non tamen possunt dici membra proprie: sicut nec membrum mortuum nisi æquoce. Hæc. S.Thomas.

¶ Tertius modus dicendi est eorum qui asserunt q omnes fideles Fidei integritatem seruantes siue boni siue mali membra sint corporis Christi: Quam uero contineat ueritaté ex præfatis manifestissimom est.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q ista propositio Christus & Ecclesia sunt unus homo ponitur a. B. Augustino super psalmos in pluribus locis.Ait.n.super psalmo.c.xix. Omnes sancti unus homo in Christo: & super psalmo.cxxvii. Vnum ergo homo Christus: caput & corpus: & infra: Intelligamus ergo uocem huius hominis in cuius corpore unus homo sumus.Item super psalmo.cxxxi. Per Dauid typice signatur unus homo cuius uox sæpe in psalmis auditur.totus Christus & caput, Christus uero & Ecclesia dicuntur unus

homo non phyfice fed myfticeieft.n.ibi ali quid fe habens:ficut anima regens:& ficut corpus rectum.Hoc etiam modo ut ait .S. Thomas in prima fecundæ.q.lxxxi.ar.primo.In ciuilibus omnes qui funt unius cõmunitatis dicuntur unum corpus:& tota cõmunitas quafi unus homo.Quo etiam modo fcriptura uidetur loqui de populo Ifrael quafi de uno homine dicens exodi .iiii.Ifrael inquit Deus: filius meus primogenitus.

¶ Ad fecundum dicendum: φ ifta propofitio a fanctis Doctoribus conceditur.Chriftus & Ecclefia funt una perfona : Nam Auguftinus fuper pfal.xxx. Et ponitur in glo. ordinaria:& erunt inquit duo in carne una . Igitur iam non duo fed una caro:Si forte hoc dicat de quocunq coniugio audi apoftolum Paulum:& erunt duo in carne una: Sacramētum hoc magnum eft:ego autem dico in Chrifto & in Ecclefia . Fit igitur tanquam ex duobus una quædam perfona:ex capite & corpore:& fponfo & fponfa.Item .B. Gregorius li.xxxv. moralium.c.ix.dicit:Quia Chriftus & Ecclefia.i.caput & corpus una perfona eft:fæpe Beatum Iob dicimus modo capitis modo figurā corporis defignare.eft autem una perfona nō naturalis : fed myftica fiue fpiritualis , Perfona n.ut ait Boetius in libro de duabus naturis & una perfona Chrifti:eft rationalis naturæ indiuidua fubftantia.eft itaq corpus myfticum perfona fimilitudinarie:quia rationalis naturæ humanæ:indiuidua fecundum rationis apprehenfionē eft fubftantia. Vnitas uero confurgit ex duobus:ex cōformitate.f.naturæ humanæ Chrifti cum noftra:& ex unitate fpiritus uniuerfum corpus imperii militātis Ecclefiæ unificantis. Iidem conceditur catholice ifta propofitio:Ecclefia & Chriftus funt unus Chriftus : Dicit.n.B. Auguftinus fuper Io.fermone.xxvii: Vnitas nos compaginat:& tanta ei unitate coniungimur ut ipfe & nos fimus unus integer Chriftus.Itē glo.ad Cor.xii.Omnes fideles funt Chriftus.Similiter Beatus Auguftinus fuper pfal.cxlii.dicit : Quia totum Chriftus:ideo caput de cælo Saule inquit Saule quid me perfequeris?eft autem fenfus illius propofitionis Ecclefia & Chriftus funt unus Chriftus:ideft una perfona myftica:Vna unitate fpiritus fancti perfufa & uncta.Chrift9 .n. unctus latine dicitur.Vnde Auguftinus fuper pfal.cxxvii.ait : Multi.n. chriftiani unus chriftus:Ipfi.n.chriftiani cum capite fuo quod afcendit in cælum unus eft Chriftus. Non ille unus & nos multi : Sed & nos multi in illo unū.Vnus ergo homo Chriftus caput & corpus.Hæc Auguftinus.

¶ Ad alia patet refponfio per ea quæ dicta funt.

¶ Vtrum quodlibet membrum uerum & uiuum Imperii militantis Ecclefiæ poffit conuenienter dici Chriftus:Quæftio Quarta.

AD Quartam quæftionem fic proceditur:Videtur φ quodlibet membrū uerum & uiuum imperii militantis Ecclefiæ non poffit conuenienter dici Chriftus:Primo quidem:Membra cætera conuenienter non poffunt dici caput : cum ab eo realiter diftinguantur:fed Chriftus eft caput ergo quodlibet membrum etiam uiuum imperii militantis Ecclefiæ non poteft conuenienter dici Chriftus.

¶ Præterea : Identitas prædicati identitatem rei defignat : ergo quæ conueniunt Chrifto conueniunt membris: & econuerfo:quod nō uidetur uerum:Nam habere defectus penales ut efurire & fitire : fimiliter culpabiles ut peccare : conueniunt membris imperii Ecclefiæ militantis:non tamen Chrifto : ergo quodlibet membrum imperii militantis Ecclefiæ nō poteft conuenienter dici Chriftus.

¶ In oppofitū eft φ ait glo.ad Cor.xii. Omnes fideles funt Chriftus : ut non dicam corpus Chrifti:quia ipfe Chriftus funt tam maiores quā minores Caput & corpus dicitur Chriftus propter ineffabilem unitatem capitis & membrorum.

¶ Refpondeo dicendum : φ tali modo loquendi quo dicimus quodlibet membrum uiuum corporis myftici effe chriftum inueni mus fanctos Doctores ufos fuiffe formaliter nonnunquā:& etiam in fuo fimili . Nam.B. Auguftinus fuper Io.home.xxvii.ait:Gratulemur & gratias agamus nonfolum nos chriftianos factos effe:fed Chriftum . Idem fuper pfal.cxxii. Afcendit ergo ifte cantor : fed in unoquoq noftrum cantet hic homo:& unuf quifq fit ifte homo cum dicitis illud fingulis quia unum eftis in Chrifto unus homo illud dicit. In fuo autem fimili hanc propofitionem fatis aperte Gregorius atteftatur per fimile qui de corpore malorum & capite diabolo loquens.Li.xiii.moralium capitulo.x.dicit fic:Ita quippe unum corpus funt diabo-

tus & omnes iniqui ut plerunq; nomine capitis censeatur corpus: & nomine corporis apelletur caput: nam capitis nomine censetur corpus cum de peruerso homine dicitur: Ex uobis unus diabolus est: & rursum nomine corporis appellatur caput cum de ipso apostata Angelo dicitur: Inimic° homo hoc fecit. Hæc Gregorius. Verū præfata loquutio non est uera secundum perfectionem naturalem sed gratuitam: quæ in Ecclesia est Spiritus sanctus. erit igitur sensus præfatæ propositionis quadruplex.

¶ Primus: Quodlibet membrū corporis mystici est Christus secundum mysticam expositionem ut in præcendenti quæstione latius dictum fuit.

¶ Secundus: secundum unius spiritus participationem.

¶ Tertius: secundum unius conformis uoluntatis perfectionem. i. ad Cor. vi. Qui adhæret Deo unus spiritus est cum illo. Hæc unitas a. B. Bernardo in li. quinto. de cōsideratiōe uocatur unitas uotiua: quæ ut ait: est cū anima uotis omnibus adhæret Christo.

¶ Quartus: secundum similitudinis loquutionem: hic modus loquendi quo. s. aliquis alius uocatur propter similitudinem aliquam repertam inter illos reperitur: Matth. xi. ubi Christus de. B. Io. loquens ait: Ipse est Elias: glo. in uirtute non in persona: quia. s. similis Eliæ in multis fuit. Hoc ergo modo exponenda est talis loquutio: & B. Augustinus: qui præter superius adducta ait: Fideles sanctificati sunt: ipse Christus sanctificans. est quoq; is loquendi mos a nobis cauendus: quoniam ut ait. B. Augustinus de doc. christ. libro. iiii. Non semper sanctos patres in uerbis imitari debemus: quia non pares illis gratias habemus: sed laborandum est ut illi qui salubri ac utili obscuritate dixerunt recte intelligantur & exponantur.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q alia est ratio capitis & cuiuslibet membri naturalis: alia capitis & membri mystici: ut in superioribus dictum est: Ideo non tenet similitudo.

¶ Ad secundum dicendum est: q prædicationes inductæ attribuuntur Christo: & quidem d penalibus: ait. B. Augustinus super psalmo. lxxxvi. Adhuc Christus hic eget: Christus hic peregrinatur: Christus hic ægrotat: Christus hic in carcere includitur. Iniuriā ei facimus si non ipse dicit: Esuriui & dedistis mihi manducare. De prædicatis uero culpam importantibus habetur a Magistro sententiarum super psalmo. xxi. Deus Deus meus: Vbi etiam Augustinus dicit: Quare dicit dereliquisti me: nisi quia nos ibi eramus: nisi quia corpus Christi est Ecclesia. Sequitur: longe a salute mea uerba delictorū meorum: Quorum delictorum: de quo dictum est: qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius: Quomodo dixit delictorum meorū: nisi quia & pro delictis nostris ipse precatur: & delicta nostra sua fecit delicta ut iusticiam suam nostram iusticiam faceret. Sed aliquid de Christo prædicatur dupliciter: ex beato Thoma in. iii. p. q. xvi. ar. i. qui & Damascenum li. iii. adducit: Vno modo secundum proprietatem naturalem & hypostaticam: sicut dicitur q factus est homo: & q pro nobis passus est: Alio modo secundum proprietatē personalem & habitudinalem: prout. s. aliqua dicuntur de Christo in persona nostra quæ sibi secundum se nullo modo conueniunt: Vnde & inter regulas Tichonii quas ponit Augustinus tertio de doctrina Christiana: prima ponitur de Domino & eius corpore: cum. s. Christi & Ecclesiæ una persona existimatur: secundum hoc Christus ex persona membrorum suorum loquens dicit: uerba delictorum meorum: non q in ipso capite delicta fuerint. Hæc. S. Thomas. Et licet ita sint: non tamē extendēdæ sunt tales loquutiones: Quapropter eandem naturationabiliter illius propositionis usus Christus quottidie peccat: & ex quo fuit continuo peccauit. Aliud. n. est quod Spiritus sanctus sanctos uiros in diuinis eloquiis exprimere fecit propter manifestandam charitatem qua nos dilexit: aliud id quo nos cōmuniter uti decet.

¶ Vtrum Imperium militantis Ecclesiæ quod est corpus mysticum: & Christus qui est caput uniantur unione essentiali: Quæstio Quinta.



AD quintam quæstionem sic proceditur: Videtur q Imperium militantis ecclesiæ quod est corpus mysticum: & Christus qui est caput uniantur unione essentiali: Primo quidem Habetur pro regulis: Quod quando de duobus dicitur q sin

unum & non additur quid unum: intelligendum est quod sint unius essentiæ: ut dicit glosa primæ ad Cor. vii. sed de præfata unitate dicitur Can. vi. absolute: Una est columba mea. ergo ipsa est unitas essentialis.

¶ Præterea: Io. xvii. de hac unitate dicitur: Claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut & nos unum sumus: sed Pater & Filius sunt unius essentiæ: ergo Imperium militantis ecclesiæ est unum unitate essentiæ cum Christo capite.

¶ Præterea: illa unitas non est accidentalis: ergo essentialis: probatur antecedens: quia si esset accidentalis aut fundaretur in fide: aut in charitate. Non in fide cum sit accidens absolutum: non etiam in charitate quæ diversificatur numero: & ex diversis numero non proprie fit unio. Igitur imperium militantis Ecclesiæ quod est corpus mysticum & Christus qui est caput uniuntur unione essentiali.

¶ In oppositum est quod dicit B. Hylarius in notulis super psalmis exponens illud psalmi. cxxi. hierusalem quæ ædificatur ut civitas: Unum inquit ecclesiæ corpus est: non quadam corporum confusione permixtum: nec singulis in indiscretum acervum & informem cumulum unitum: sed per Fidei unitatem: per capitis societatem: per operum voluntatisque concordiam: per sacramenti unum in omnibus donum. unum omnes sumus. In quod nos hortatur Paulus dicens: Obsecro vos fratres ut illud idipsum sapiatis: eandem charitatem habentes.

¶ Respondeo dicendum: In hac quæstione tria explananda sunt: Primum est intentum quæ. s. sit unio corporis mystici cum Christo capite. secundum est causa prima efficiens eius unionis. tertium est causa secunda & instrumentalis eiusdem.

¶ Pro declaratione primi sufficiat adduxisse ea quæ. S. Tho. dicit in tertio sen. di. xiii. In corpore naturali inquit: invenitur quadruplex unitas ad invicem: Prima est secundum conformitatem naturæ: quia omnia membra constant ex similibus partibus & sunt unius rationis. sicut manus & pes ex carne & osse: sic dicuntur membra unum genere vel specie. Secunda per colligationem eorum adinvicem per nervos & iuncturas: & sic dicuntur unum per continuationem. Tertia est secundum quam diffunditur vitalis spiritus & vires animæ per totum corpus. Quarta est secundum quod omnia membra perficiuntur per animam quæ est una numero in omnibus membris Et hæ quattuor uniones inveniuntur in corpore mystico. Prima inquantum omnia membra sunt unius naturæ specie vel genere. Secunda inquantum colligata sunt adinvicem per fidem: quia sic coniunguntur in uno credito. Tertia secundum quod vivificantur per gratiam & charitatem. Quarta est secundum quod in eis est Spiritus sanctus. quæ est ultima perfectio & principalis totius corporis mystici quasi anima in corpore. Prima dictarum unionum non est unio simpliciter: quia illud in quo est unio: hoc non est unum numero sicut est in tribus sequentibus: quia per Fidem & charitatem in uno uniuntur credito & amato. Similiter Spiritus sanctus unus numero omnes replet hominis. Hæc. s. Thomas. Patet igitur unitatem imperii militantis Ecclesiæ non esse essentialem nisi similitudinarie.

¶ QUANTUM AD secundum: Sciendum quod cum opera exteriora testibus. B. Augustino & Dionysio: sint comunia toti Trinitati appropriantur tamen aliquando nonnulla personis: quod & in proposito evenit: Nam unitas appropriatur Patri: ut dicit Magister in primo d. xxxi. & sunt verba Augustini in primo de Doctrina christiana. In Patre inquit unitas: in Filio æqualitas: in Spiritu sancto unitatis æqualitatisque concordia. Appropriatur ergo nonnunquam unio imperii militantis Ecclesiæ tanquam causæ efficienti Filio: quoniam ex capite est unio membrorum Unde ad Ephe. primo ait Apostolus: Crescamus in illo per omnia qui est caput nostrum Christus ex quo totum corpus compositum est: & connexum & compactum. & ipse idem Salvator io. x. ait: Alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili & illas oportet me adducere: & fiet unum ovile & unus pastor. Itidem unio imperii militantis Ecclesiæ attribuitur Spiritui sancto: cui appropriantur connexio: unio: & communio secundum Augustinum. i li. de trinitate: Unde glo. sup illud ad Ro viii. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei ait: Quia spiritus sanctus communis est Patri & Filio: ambo rumque unio per ipsum fit: societas & unitas qua efficimur unum corpus unici filii Dei.

¶ DEMUM baptismo sicut instrumento divinæ pietatis attribuitur præfata unio: Unde Apostolus ad Galathas. iii. Quotquot baptizati estis Christum induistis. item Augustinus ad Bonifa. & habetur i cap. ga passus de Con. d. ii. Nulli est aliquatenus ambigendum unumquemque fidelium corporis &

sanguinis dominici tūc esse participem quan do in baptismate membrum efficitur Christi. Item in ii.de Baptismo paruulorum:& habetur de conse.di.iiii.c.ad hoc idem Augustin⁹ ait:Ad hoc baptismus ualet ut baptizati Christo incorporentur.

¶Ad primum ergo dicendum est q̄ admissa illa regula imperium militantis Ecclesiæ nō dicitur simpliciter & absolute unum sed cum additione:quæ additio in nomine columbæ côtinetur Nam iuxta glo.in nomine columbæ notatur unitas simplicitas Ecclesiæ. Ecclesia.n.est una unitate simplicitatis:cum sit sine macula & ruga perfidiæ aut erroris.

¶Ad secundū dicendum:q̄ sicut cū sit adℓ uerbium similitudinis dicit identitatem non simpliciter: sed cum diuersitate.est autem duplex unitas inter Patrem & filium:una est naturæ:alia amoris. Vtraq̄ autem unitas in imperio militantis Ecclesiæ reperitur secūdum similitudinem . Pater.n.& Fili⁹ sunt unius naturæ numero: nos specie. Sunt quoq̄ unum amore ab eis procendente:nos amore participato ex dono superiori.

¶Ad tertium dicendū est:q̄ duplex est unio imperii militantis Ecclesiæ: una est cônexionis quæ fit per charitatem: quæ una numero aliquomodo est.s.unitate Spiritus sancti mouentis:& una unitate obiecti amati & crediti: ex quo operationes speciem trahunt.Alia est unio assimilationis quæ fit per Fidē:qua omnia membra sunt unius dispositionis:& tunc habet rationem medii fides. Neq̄ inconuenit unum & idem ens habere rationem absoluti & relatiui.

¶Vtrum dogmata tradita a Christo Imperio militātis Ecclesiæ sint ordinata & rationabilia:Quæstio Sexta.



D Sextam quæstionem sic proceditur: Videtur q̄ dogmata tradita a Christo imperio militanℓ tis Ecclesiæ non sint ordinata & rationabilia:Primo quidem: ueri doctores ordinata & rationabilia docentes dogmata sua scriptis demandare consueueℓ runt sed Christus nihil in scriptis nobis reliquit: ut patet in canone:ergo illius dogmata non uidentur esse ordinata ac rationabiliℓ ter tradita.

¶Præterea:ea quæ aduersantur recte rationi nō sunt rationabiliter tradita:sed multa dogmata Christi uidentur aduersari rectæ ratiōi sicut æqualitas ac distinctio diuinarum personarum:incarnatio uerbi:ac traditio eorum quæ de futura uita docentur a Christo. ergo dogmata tradita a Christo imperio militantis Ecclesiæ non uidentur rationabiliter & ordinate tradita.

¶Præterea:Philosophi recta ratione acutissimisq̄ argumētationibus claruerunt : quem admodum refert Auerrois in primo phy. in prooemio : & in primo commento secundi metaphysicæ de Aristotele:q̄ intellexit omℓ nia quorum natura est capax:sed multa dogmata Christi aduersantur positionibus eiusℓ dem Aristotelis: Ipse.n.æternitatem mundi asserit:& probat in octauo physicorum præℓ sertim:similiter unitatē intellectus humani ut pbat Auerrois cōmento quinto tertii de anima:Deumq̄ agere de necessitate naturæ:quæ omnia negantur a Christo. ergo uidetur q̄ dogmata tradita a Christo imperio militātis Ecclesiæ non sint rationabilia.

¶Præterea:ea dogmata ex quorum modo tradendi sequuntur contradictiōes & errores non uidentur rationabiliter & ordinate tradita:sed apud posteros orta sunt cōtradictiōes & hereses propter modū tradendi dogmata Christi:sicut patuit in Arrio & Sabellio : qui hereses suas iutabantur auctoritatibus & modo loquendi diuinarum scripturarum : ergo dogmata Christi non uidentur rationabilia & ordinata.

¶Præterea:Dogmata quanto ordinatius ac rationabilius traduntur tanto magis posteri illa sequuntur:sed lex Maumethi diffusior uidetur quā dogmata Christi:quæ ueluti in angulo orbis tantummodo docentur : Ergo signum esse uidetur q̄ dogmata Christi tradita imperio militantis Ecclesiæ non sint rationabilia neq̄ ordinata.

¶In oppositum est quod Apostolus ait ad Ro.xiii.Quæ a Deo sunt ordinata sunt. Item Io.xvii.Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt:Quia uerba q̄ dedisti mihi dedi eis.Et infra:Sermo tuus ueritas est.

¶RESPONDEO dicendum: q̄ excellentia eorum quæ tradita fuerunt a Christo ac modi tradendi cogit quoscunq̄ præstātis ingenii uenerari & adorare dogmata christiani imperii nonsolum tanquā ordinata & rationabilia:sed etiam quia diuina & ipsa prolaℓ tione atq̄ scriptura uirtutem diuinam per sonantia.Cedant autem illis mortalium præ

clara ingenia:philosophorũ accutissimæ argumẽtatiões:facũdiæq; torrentes necesse est: Ea sunt Christi dogmata ut ait Gregorius:in quibus Elephas natat & agn⁹ peditat: Verũ imensa paucis cõcludere satagentes probamus impræsentiarũ dogmata tradita imperio militãtis Ecclesiæ a Christo esse ordinata pp finẽ præstãtissimũ:pp obiectũ nobilissimũ:pp mediũ certissimũ:pp modum præclarissimũ.

¶FINIS ITAQVE dogmatũ Christi est fœlicitas hominis quæ in cognitiõe Dei consistit:quo fine nullus ꝑstabilior digniorq; inueniri potest.Io.x.ego ueni ut uitam habeant & abũdãtius habeant & Io.xvii. Hæc est autẽ uita æterna:ut cognoscant te solum uerum Deum:& quem misisti Iesum Christum.

¶Subiectũ autẽ nobilissimũ est ens diuinũ: sub cui⁹ noticia qcqd de Deo ac diuinarũ ꝑsonarũ distinctiõe:qcqd de uniuersi creatiõe ac regimine:qcqd de uerbi Icarnati mysterio: quicqd demũ ad hominũ salutẽ necessariũ ac utile existit plẽissime q̃rum mortaliũ ægra pectora patiunt tradit:docetur:explanat. Ad quæ iuxta sententiã philosophi disputãtis i decimo ethycorũ cõtra Simonidẽ aientẽ ptermittendã esse diuinã cognitionẽ & humanis rebus ingeniũ applicandũ:quoniã humana sapere hominem & mortalia mortalem oportet:sé trahere debet homo quãtũ potest: tamquã ad imortalia & diuina.Vnde in.xi.de ãnimalibus dicit idem Arist. Quãuis sit parum quod de substantiis superioribus percipim⁹ tamen id modicum est magis amatum & desideratum omni cognitione inferiorum:hoc uero est propter nobilitatem eorum.

¶VERVM DOGMATA Christi ampliora quã philosophi edocent:& ideo dicitur Ecclesiastici tertio:Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi:Medium uero certissimum est lumen diuinum:sub quo omnia illa certissime attingimus. Vnde primæ ad Cor.secundo dicitur: Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus Dei: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Hoc lumen etiam omnino philosophos non latuit: nam Platonici dicebant Socratem perfundi quodam lumine superno.& apud Pythagoricos præceptum erat:de rebus mysteriisq; diuinis absq; lumine loquendum non esse.Hoc lumen est quod optat Dauid Propheta sibi e cælo demitti psalmo.xlii.Emitte inquit lucem tuam & ueritatem tuam. Nam ueritas diuina hac luce dignoscitur.Et sicut tripliciter lumẽ corporeum intuemur: ita triplici modo hoc nobis lumen illucescit in diuinis scripturis: quæ sunt Christi dogmata. Nam lumen reperitur in rota solis:in aere sereno:& in aere admixto tenebris.Pariter lumen diuinum splendescit in sola intellectuali cognitione: ut in nouo testamẽto frequenter experimur: In uisionibus etiam & somniis:ut apud prophetas nouissimum est:In rebus quoq; & signis: ut in archa Noe:in sacrificio Abrae:& in transitu maris.

¶CAETERVM MODVS tradendi dogmata Christi præclarissimus existit:Est autem in his quæ a Christo tradita sunt duplex cognoscẽdi modus. Quædam nanq; omnem facultatem humanæ rationis excedunt:ut trinitas diuinarum personarum: & incarnatio uerbi. Quædã uero sunt:ad quæ et ratio naturalis pertingere potest:sicuti est Deum esse: & Deum esse unum: & alia huiusmodi: quæ etiam philosophi demõstratiue De Deo probauerunt:& similia. Vtraq; conuenienter hominibus credenda proponuntur:qui modus est dogmatum Christi:Ea nanq; quæ rationis inquisitioni peruia esse possunt ut q̃ plurimis sint cõmunia:breui compendio a Christo omnimoda ueritate clarissima credenda traduntur. A fructu.n.studiosæ inquisitionis plurimi impediunt:Tũ naturali indispositione: Tum rerum familiariũ necessitate: Tum pigritia. Multa uero ea cognitio præsupponit:quæ non nisi longo studio acquiruntur: Sunt præterea dogmata Christi ab omni errore immunia: quod apud ratiocinãtes minime comperitur. Itec apud diuinas litteras & fienda & facta legimus. Hinc est quod.Ephe. iiii dicitur:Iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in uanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum. Et Isa. liiii. Ponam uniuersos filios tuos doctos a Domino. Cætera autem quæ mentis humanæ uim excedunt cõuenientissime credenda proponuntur: ut mortales talibus illecti superna perquirant: iuxta illud dictum ecclesiastici: Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi. Neq; uero leuiter talibus fidem adhibemus quasi indoctas fabulas sequuti:ut secundæ Petri .i. [illegible] dicitur: quæ diuina sapiẽtia homo facta sui presentia nos docuit: ipsa quidem mundo sufficienter innotuit in mirabili curatione languorum: mortuorum suscitatione.cælestiũq; corporum mirabili imutatiõe: Et quod est mirabilius:humanarũ mẽ

tiam inspiratione: ut idiotæ & simplices dono Spiritus sancti repleti summã sapientiam & facundiam in instanti consequerentur. Quibus inspectis prædictæ probationis efficacia non armorũ uiolentia: non uoluptatum promissione: & quod est mirabilissimũ: inter persequutorum tyrãnidem innumerabilis turba nonsolum simplicium sed etiam sapientissimorum hominum ad fidem christianam conuocauit. Demum illa cælestis dicendi simplicitas quam in Christi dogmatibus reperimus: omni adoratione cultuq; dignissima existit. & qui eam non magnificaciunt lumine diuino captos se agnoscant: quẽadmodum Theodoto Tragœdiarum scriptori euenisse legimus: Hic enim cum nonnulla a diuinis litteris ad fabulam quandam transferre uellet: cæcus effectus est. Sunt quoq; dogmata Christi rationabilia in quibus uoluptates cohibentur: & omnia quæ in mũdo sunt contemni docentur. Tum quia sublimia: per ea .n. ad diuinam similitudinem accedimus propter quod Sap.vii.dicitur: Sapientia infinitus thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt participes facti sunt amiciciæ Dei. Tum quia utilia: Sapientiæ sexto Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Tum quia iocunda: quia non habet amaritudinem conuersatio illius: nec tædium con uictus illius: sed lætitiam & gaudiũ. Sapi.viii. ¶ Ad primum ergo dicendum. q non conueniebat Christo dogmata sua scriptis tradere qui cordibus imprimere nouit: ad quod omnis scriptura ordinatur: propter quod Matth.vii.dicitur. Quod erat docens eos sicut potestatem habens. Vnde & apud gentiles Pythagoras & Socrates qui fuerunt excellentissimi Doctores: nihil scribere uoluerunt. Dogmata quoq; Christi litteris comprehendi nõ possunt: secundum illud Io.ultimo: Sunt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Vide ad hæc S. Thom. in m.iii.parte q.xlii.ar.iiii.

¶ Ad secundum est q dogmata Christi impossibile est aduersari rectæ rationi: cum solum falsum uero contrarium sit. Deinde est auctor naturæ sicut & luminis sup naturalis. A Deo igitur tanta absurditas prouenire: quod de Deo asserere nephas est. Hinc.B Augustinus super Ge.ad litteram dicit Illud qui dem quod ueritas patefacit libris sanctis siue ueteris testamenti: siue noui nullo modo potest esse aduersum. Ex quo ut ait .S. Thomas primo contra gen.capitulo.vii. euidenter colligitur: quæcũq; argumenta contra Fidei documenta ponantur: hæc ex principiis primis naturæ inditis per se notis non recte procedere: Vnde nec demonstrationis uim habent: sed sunt rationes probabiles uel sophysticæ: & sic ad ea soluenda locus relinquitur. Hæc S.Thomas. Soluunt autem a multis præferutim ab ipso.S.Thoma: cui a Christo dictum fuit: Bene scripsisti de me Thoma.

¶ Ad tertium dicendum: q Aristo.in octauo physicorũ non demõstrauit æternitatem mundi simpliciter: sed contra antiquos philosophos qui ponebant mundum incœpisse per motum. & licet in præfatis libris asseruerit æternitatem mundi: tamen senior effectus aliter scripsit & sensit: idest in libro de natura Deorũ: ut refert Magnus Doctor Albertus in.iii. & in octauo physicorũ. Vnitas uero intellectus metaphysico est: ut idẽ ipse Auerrois inquit Com.præaddicto. Ea autem opinio Aristoteli penitus contraria est: ut.S.Thomas ægregie ac luce clarius probat in libro contra Auerroistas. Deum uero agere de necessitate naturæ nunquã Aristotelem docuisse asserit.S. Thomas super.xii. methaph.sic æ. Quæ omnia ubi Aristo. assereret sequendus non esset: Incomparabiliter.n.auctoritas Dei præstat auctoritati cuiuscunq; philosophi: siue rationibus eius: a quo mentem & ueritatem habuerunt philosophi omnes.

¶ Ad quartum dicendum q Arrius & Sabellius perditissimi homines fuerunt: & modum loquendi clarum diuinarũ scripturarum peruertere nitebantur: ut patet ex.iiii. libro contra gen.S.Thomæ. Quare eorum temeritati contradictiones in mentibus suis quæ sunt a scribendæ: pariter & hereses. Videntes igitur non uiderunt: & audientes non intellexerunt superbia corrupti.

¶ Ad Quintum dicendum: q lex Mahumethi lumini naturali ac diuino aduersatur: Neq mirum: quoniã ab homine irrationabili (ut hystoriæ tradũt) scelestissimo: adultero: prædatore: ac omnibus uitiis inuoluto tradita fuit non signis aut doctrina: sed in anu exercitus latronum quẽ congregauerat: Sicq; pedetentim insana illa lex creuit Et quãuis Maumeth in suo Alchorano approbet ueteris ac nouũ testamentũ: asseratq; Christum natum de Virgine Maria: missum a Deo ut miraculis mundũ conuerteret: tamen multa asseuerat

quibus fidem Christi fœdare conatus est: Ait n. christianos sacram scripturam corrupisse: quæ tamen in omni linguarum uarietate eadē reperitur. Laxat habenas deliciis carnis: ac contra legem suam disputare uolentibus iubet respondere armis. Cætera parum digna sunt scriptore christiano. Quod uero multi illam legem sequantur: pauciores uero christiani uideantur mirum nō est: Nam arcta est uia quæ ducit ad uitam: & pauci ingrediuntur per eam: & multos eē uocatos paucos uero electos asseruit ac prædicauit Saluator dominus Iesus. Malum quoq; teste Aristotele est omnifariam: bonū uero uno modo. Hæc quoq; uentura apud Christi dogmata leguntur: nam Saluator de diebus nouissimis dicit: Cum uenerit Filius hominis putas inueniet fidem in terra? & Apostolus ad Thimo. tertio ait: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. & in capitulo sequenti: A ueritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertētur. Neq; tamen deficere poterit imperium militantis Ecclesiæ dicente Christo: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem sæculi. Si qui uero electi sunt a Deo Christum sequuntur etiam habitantes inter Mahumetanos teste experientia: Nam illis in regionibus innumeri sunt christiani.

¶ Vtrum sacramenta Imperii militantis Ecclesiæ sint ordinata ac rationabiliter tradita: Quæstio Septima.



AD septimam quæstionē sic proceditur: Videtur q sacramenta imperii militantis Ecclesiæ nō sint ordinata ac rationabiliter tradita: Primo quidem: Sacramenta ordinantur contra defectum peccati: est autem duplex. s. pena & culpa: ergo sufficerent esse duo sed tradūtur septem s. Baptismus: Chrisma: Eucharistia: Pœnitentia: Extrema unctio: Ordo & Matrimonium: ergo uidentur esse inordinata & irrationabiliter tradita.

¶ Præterea: Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibile signum ita ut eius ymaginem gerat & causa existat: sed hoc est impossibile: quia solus Deus est gratiæ dator secundum illud psal. gratiam & gloriam dabit Dominus. ergo sacramenta uidentur irrationabiliter tradita.

¶ Præterea: Sacramēta instituta fuerunt propter salutem acquirendam: Sed pueri saluantur sufficienter per baptismum: ergo uidetur q sacramenta non sint tradita rationabiliter præsertim in tanto numero.

¶ Præterea: Matrimonium fuit ante Christi incarnationē: Cōfirmatio & extrema unctio uidentur esse instituta post Christi ascensionem: cum nulla fiat mentio in canone de institutione huiusmodi sacramentorum a Christo. ergo irrationabiliter dici uidetur: q omnia sacramenta fuerunt tradita a Christo Imperio militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est: quia Deus homini prouidet secundum eius cōditionem: est autem talis hominis conditio: q ad spiritualia & intelligibilia capienda naturaliter per sensibilia deducitur: Oportuit igitur spiritualia remedia hominibus sub signis sensibilibus dari quæ sunt sacramēta: ergo sacramenta rationabiliter sunt tradita imperio militantis Ecclesiæ a Christo Deo: & per consequens ordinata.

¶ Respondeo dicendum: Cum doctrina de sacramentis Ecclesiæ sit amplissime tradita & subtilissime disputata a sacris Theologis in quarto sententiarum: & a canonum Doctoribus in decretis: ideo propter ordinem præsentis uoluminis seruandū impræsentiarum tantūmodo propositiones duas pro explanatione motæ quæstionis declarabo: Prima est: Sacramenta Ecclesiæ nonsolum rationabiliter sed etiam necessario fuerunt instituta a Christo: Rationem institutionis sacramentorū signat Magister sententiarum in. iiii. d. prima dicens: Triplici autē de causa sacramenta instituta sunt: propter humiliationem: eruditionē & exercitationē. propter humiliationem: quia præcepto Dei se subiicit creaturæ homo. propter eruditionē: quia inuisibilia per uisibilia cognoscit. propter exercitationē: quia otium fugiens salubri exercitationi incumbit. Necessitatem uero probat. S. Tho. in. iiii. contra gen. capitulo lvi. Tum quia oportet uniuersalia remedia humanæ salutis esse uerbo incarnato similia: Tum qa homo rebus sensibilibus adhærendo peccauerat: ergo necessarium fuit & congruum ut sacramenta sub sensibilibus signis homini traderentur: quibus salutem acquireret.

¶ Secūda propositio est: Sacramēta sunt septem: quæ cōuenięter hoc ordine numerant. s.

Baptismus: Chrisma: Eucharistia: Pœnitentia: Extrema unctio: Ordo & Matrimonium. Vnde uersus. Baptismus: Chrisma: Cōmunio: pœnitens ungit: Ordo: Matrimonium sunt sacramenta septē. hanc probat. S. Thomas. iiii. cōtra gen. capitulo lviii. Nam cum remedia spiritualis salutis sub signis sensibilibus sint hominibus tradita: consequens & fuit ut distinguerentur remedia quibus prouidetur spirituali uitæ secundum similitudinem corporalis. Sic igitur sicut in uita corporali ita & in spirituali. Primū est spiritualis generatio per baptismum: secūdum est spirituale augmentum perducens ad robur perfectū per sacramentum Confirmationis: Tertiū est spirituale nutrimentum per eucharistiæ sacramentū. Restat quartum quod est spiritualis sanatio quæ fit uel in anima tantū per pœnitētiæ sacramentum: uel etiam ex anima deriuatur ad corpus quando fuerit opportunum per extremam unctionē. Hæc igitur pertinent ad eos qui in uita spirituali propagantur & conseruantur. Sunt quoq; propagatores & ordinatores corporalis qui secundū duo attenduntur: id est secundum originē naturalem quod ad parentes pertinet: & secundū regimen politicum per quod uita hominis pacifica conseruatur: & hoc pertinet ad reges & principes. Sic igitur est & in spirituali uita: Sunt. n. quidam propagatores & conseruatores spiritualis uitæ secundum spirituale ministerium tantum ad quod pertinet ordinis sacramentum: & secundū corporalem & spiritualem simul: quod fit per sacramentum Matrimonii quo uir & mulier conueniunt ad prolem generandam & educandam ad cultum diuinum. Quidam uero accipiunt numerum sacramentorum per quandam adaptationem ad uirtutes & ad defectus culparum & pœnalitatum: dicentes: q Fidei respondet baptismus: & ordinatur contra culpam originalem: Spei Extrema unctio: & ordinatur cōtra culpam uenialem: charitati Eucharistia: & ordinaē contra pœnalitatem maliciæ: prudentiæ Ordo: & ordinatur cōtra ignorantiam iustitiæ Pœnitentia: & ordinatur contra peccatū mortale: temperantiæ Matrimonium: & ordinatur cōtra concupiscentiam: fortitudini Confirmatio: & ordinatur contra infirmitatem.

¶ Ad primū ergo dicendum est q culpa & pœna diuersitatem habent secundū speciem in quātum sunt diuersæ species culparum & pœnarum secundum diuersos hominum status & habitudines: & secūdum hoc oportuit multiplicari sacramenta ut ex dictis patet.

¶ Ad secundum dicendū q Deus est causa principalis gratiæ: sacramenta uero sunt causæ instrumentales: quæ tamen non attingunt effectiuæ ipsam gratiam: quēadmodum dicimus q sol & homo generant hominem: non tamen attingentes ad productionem animæ rationalis quæ est de foris producta effectiue a Deo etiam secundū philosophum Aristotelem.

¶ Ad tertium dicendū: q sacramēta sunt causa uniuersalis salutis humanæ: & ideo licet pueris sufficiat baptismus nō tamen adultis.

¶ Ad quartum dicendum q ritus tradendi sacramenta est ab Ecclesia: sed ipsa sacramētorum institutio est a Christo. Nam instituere nouū sacramētū pertinet ad potestatē excellentiæ quæ soli Christo cōpetit. Matrimonium autem licet fuerit institutum ante Christi incarnationem: id est in statu innocentiæ: nō tamen secundum q est sacramentum: sed secundum quod est in officium naturæ: ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christū & Ecclesiam: sicut & omnia alia in figura Christi præcesserunt. Circa institutionem uero Cōfirmationis est triplex opinio: Quidam. n. dixerunt q hoc sacramētum nō fuit institutum nec a Christo nec ab Apostolis: sed postea in processu temporis in quodam Concilio: Alii uero dixerunt q fuit institutum ab Apostolis: sed hæc esse nō possunt ratione iam dicta: & ideo dicendum q Christus instituit hoc sacramentum non exhibendo sed promittendo: secundum illud Io. xvi. Si non abiero paraclitus non ueniet ad uos: si autem abiero mittam eum ad uos. & hoc ideo: quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti quæ non erat danda ante Christi resurrectionem & ascensionem secundum illud Io. vii. Nondum erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. Demum extrema unctio instituta creditur a Christo: sed promulgata per doctrinam Apostolorum. Quædam. n. sacramenta per seipsum Christus promulgauit quæ sunt maioris difficultatis ad credēdum: quædam autem Apostolis promulganda reseruauit. & hæc sunt. S. Thomæ etiam formaliter.

¶ Vtrum Potestas clauium Imperii militantis Ecclesiæ sit una:

Quæstio octaua.

D octauā q̄ſtionē ſic proceditur: Videtur q̄ poteſtas clauiū Imperii militantis Eccleſiæ ſit una: Primo quidē: Poteſtas clauiū & ipſe claues idē eſſe uidenſ: ſed clauis ē una: q̄ principaliter ē apud Xp̄m: ſc dm illud Apoca. tertio capitulo: Hæc dicit qui habet clauem Dauid: ergo uidetur q̄ poteſtas clauium imperii militantis Eccleſiæ ſit una.

Præterea: Sera ad quam ammouēdam ordinatur poteſtas clauium Eccleſiæ eſt peccatum: ergo contra unum peccatum non indiget Eccleſia duabus clauibus: & ita poteſtas clauium erit una.

Præterea: Cuius poteſtatis per eſſentiam eſt una auctoritas illa eſt una poteſtas: ſed eſſentia auctoritatis clauium imperii militantis Eccleſiæ eſt una: habens tamen reſpectum ad duos actus: quorum unus alium præſupponit: q̄ ſunt ſcientia diſcernēdi: & potētia dignos recipiendi & indignos excludendi a regno: ut ait. S. Thomas. ergo poteſtas clauium Imperii militantis Eccleſiæ eſt una.

In oppoſitum eſt Communis diſtinctio doctorum. ſ. q̄ poteſtas clauium Eccleſiæ eſt duplex: prima eſt poteſtas ordinis: ſiue ſacramentalis: ſecunda eſt iuriſdictionis. & ideo dicit. S. Thomas in q̄tio. d. xviii. q̄ claues Petro cōmiſſæ Math. xvii. nō nominanſ tantū claues ordinis: ſed claues ordinis & iuriſdictionis ſimul: ergo poteſtas clauiū Eccleſiæ nō ē una.

RESPONDEO DICENDVM: Pro declaratione præleuis quæſtionis primo præponendæ ſunt quædam diuiſiones: ſecundo ſubinferendæ ſunt nonnullæ concluſiones: tertio uero deducendæ ſunt quædam comparationes circa poteſtates clauium imperii militantis Eccleſiæ.

Sit itaq̄ prima diuiſio: Poteſtas Imperii militantis Eccleſiæ alia eſt terrena: alia ſpiritualis & hæc notiſſima eſt. Spiritualis ſubdiuiditur: alia. n. eſt ordinis ſiue ſacramentalis: alia iuriſdictionis. Poteſtas ordinis ita diffiniri conuenienter poteſt: Poteſtas ordinis eſt auctoritas collata a Deo per conſecrationem miniſtrorum Eccleſiæ ad conficienda adminiſtrandaq̄ ſacramenta eiuſdem Eccleſiæ. Poteſtas autem iuriſdictionis ſic: Poteſtas iuriſdictionis eſt auctoritas collata alicui ſine conſecratione: ſed ſimplici iniunctione Dei aut hominis ad regendum populum ſecūdum legem diuinā in ordine ad beatitudinem ſuper naturalem propter primā dictum fuit Petro Math. xvi. Tibi dabo claues regni cælorum. propter ſecundam Io. ultimo dictum fuit eidem Simon Ioannis paſce oues meas.

QVOD AVTEM AD CLAVES ptinet Sciendū eſt: q̄ clauis a corporalibus ad ſpiritualia nomen tranſumptum eſt: Clauis. n. materialis eſt inſtrumentum quo oſtium clauſum aperitur: & ſic in ſpiritualibus clauis dicitur poteſtas qua ingreſſus regni cælorum aperitur. Et quoniam regnum cælorum non clauditur niſi per peccatum & quantum ad maculam & reatum pœnæ: ideo poteſtas quæ tale obſtaculum remouetur dicitur clauis. Hæc autem poteſtas triplex a ſactis Doctoribus dicitur: Quædam eſt auctoritas quæ in ſolo Deo eſt: qui ſolus aperit principaliter per infuſionem gratiæ & claudit permittit iuſto iudicio permittendo hominem manere in peccatum gratiam non infundendo. Quædam dicitur poteſtas excellentiæ: quæ ponitur in Chriſto ratione humanæ naturæ: q̄ qui cælum aperit per meritum paſſionis ſuæ: Alia miniſterialis in miniſtris Eccleſiæ. ſ. Sacerdotibus: qui cælum aperiunt per diſpenſationē ſacramentorum quæ operantur in uirtute paſſionis Chriſti: ſecundum illud ad Cor. ii I. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti. Hæc uero poteſtas eſt Ordinis quam paulo ſuperius diffiniuimus.

POTESTAS AVTEM iuriſdictionis ſuperius diffinita eſt duplex: quædam eſt in foro conſcientiæ & quædam in foro cauſarum ſiue inforo interiori & exteriori: ſiue in foro poli & foro fori. Primam nonnulli uocant coercitiuam: quia fieri poteſt in inuitum: ſecundā non coercitiuam quoniam in hoc foro nullus inuitus abſoluitur uel ligatur. Per primam cauſæ terminantur: de qua habetur di. xxi. c. i. ubi dicitur. Aliud eſt terminum cauſis imponere: aliud eſt ſcripturas ſacras diligenter exponere. hac poteſtate quis ab eccleſia per excōmunicationē ſeparatur de qua Matth. xviii. dicitur: Si eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen amen dico uobis: quæcunq̄ alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis. Secunda: Sacerdotes in Eccleſia Dei curam gerunt animarum: qui tamē ſæpenumero ex cōmunicare nequeūt. Quare alteram ab altera ſeparari neceſſe eſt ſunt. quoq̄ duæ claues huius poteſtatis iuriſdictionis. ſ. clauis ſcientiæ & clauis potentiæ: Nam pari ratione & ſcientia requiritur & poteſtas diffiniendi: quæ in poteſtate ordinis duæ claues nominātur.

¶ TALIBVS ITAQVE diuisionibus præpositis sit prima conclusio ad potestatem ordinis spectans. Potestas clauium ordinis est una secundum essentiam. Dicitur autem duæ claues per comparationem ad duos actus: quorum unus præsupponit alium. probatur ex Sancto Thoma. quia ad eandem auctoritatem pertinet iudicium eius qui absoluendus est & actus absolutionis: sicut patet in actu iustitiæ: Nam ad eundem ad quem pertinet alicui dignum aliquid reddere: pertinet etiam iudicium an talis sit dignus: Vna ergo est potestas: duæ uero claues. Nanque potestas una & eadem ut immediate seram peccati remouendo cælum aperit clauis est quæ uocatur potestas recipiendi dignos & excludendi indignos a regno. Eadem quoque potestas ostendens seram cui regnum aperiendum sit dicitur clauis: quæ apellatur scientia discernendi.

¶ Secunda con. Potestas præfata identificatur essentialiter cũ charactere sacerdotali: siue cum potestate consecrandi corpus Christi: & non distinguũtur nisi quod ad diuersos actus siue effectus comparantur: hanc probat. S. Thomas in iiii. d. xviii. dicens: Ad duo quorum unum est causa alterius una potestas ordinatur: sicut in igne ad calefaciendum & dissoluẽdum: sed omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite Christo prouenit: ergo eadem potestas uidetur esse per essentiam qua Sacerdos conficere potest corpus Christi: & qua potest soluere & ligare si iurisdictio adsit. Nec differt a iurisdictione nisi secundum quod ad diuersos actus & effectus comparatur: sicut etiam ignis secundum aliam rationem dicitur liquæfactiuus: & secundum aliam calefactiuus. Et quia nihil aliud est character ordinis nisi potestas exercendi illud ad qd principaliter ordo sacerdotii designatur uidelicet ad consecrandum corpus Christi: sequitur quod character ipse & potestas qua soluũtur peccata sint idem essentialiter.

¶ Tertia conclusio: Potestas ordinis siue sacramentalis licet per relationẽ ad corpus Christi uerum sit æqualiter in omnibus sacerdotibus: nihilominus in relatione ad corpus Christi mysticum maior est in Episcopo quã in simplici Sacerdote. prima pars con. probatur: quia pariter conficiunt sacramentum corporis & sanguinis Christi. secunda probatur: quia simplex Sacerdos sacramentum confirmationis non dispensat: ut ait Eusebius in cap. manus de con. d. v. Nec ordines sacros confert: ut Isidorus in capitulo Cleros di. xxi. Præsbyteri aitideo sacerdotes nominãtur: quia sacra dant sicut Episcopi: quia licet præsbyteri sint sacerdotes: tamen pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant: nec paraclitum spiritum dant: quod solis debere episcopis actuum lectio Apostolorum demonstrat.

¶ Quarta cõclusio: Potestas clauium aliquo modo se extendit ad remissionem culpæ & pœnæ: probatur primo. Io. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: quod non potest intelligi solum quantum ad manifestationem: aliter Sacerdos noui testamenti non esset maioris auctoritatis quã ueteris: ut probat Magister sententiarum in quarto di. xviii. secundo idem ratione probatur sic: sacramenta nouæ legis agunt quod significant: ut patet ex diffinitione sacramenti quæ est Augustini: Sacramentum inquit: est inuisibilis gratiæ uisibilis forma: ita ut eius ymaginem gerat & causa existat. Sed absolutio sacramentalis signat absolutionem culpæ cum ait Sacerdos: ego te absoluo: ergo se extẽdit ad remissionem culpæ: & hoc est effectiue instrumentaliter: ut egregie declarat. S. Thomas in quarto: d. xviii. & propterea non omnimode dispositus ad gratiam accedens tamen ad confessionem (nisi ponat obicem) recipiet gratiam uirtute clauium.

¶ Quinta con. Potestas clauium solum conuenit euangelico Sacerdoti: probatur: Tum quia datur per consecrationem sacerdotalem: unde & idẽficatur sacerdotali characteri: Tũ quia Sacerdos euangelicus solus aperit regnũ cælorum. Hinc. B. Ambrosius in li. de paradiso: & habetur de pe. di. pria. §. ecõtra ait: quod hoc ius ligandi atque soluendi solis Sacerdotibus est concessum. Ex his deducitur: quod uniuersitati ut uniuersitas est: non possunt cõpetere claues ordinis: ut etiam probant Albertus Magnus. S. Bonauentura: & S. Thomas. in quarto. d. xix.

¶ VERVM QVANTVM ad potestatem iurisdictionis similiter quinque conclusiones ponendæ sunt: Prima: Potestas iurisdictionis distinguitur a potestate ordinis: Probatur: Tum quia potestas ordinis inseperabilis est cum identificetur characteri sacerdotali: potestas uero iurisdictiõis separabilis: Tum quia una sine alia stare potest: Nam simplices Sacerdotes ha bent potestatem ordinis sed non iurisdictionis: Archidiaconi autem & electi plures non consecrati habent potestatem iurisdictionis non autem ordinis.

quibus fidem Christi fœdare conatus est: Alt n. christianos sacram scripturam corrupisse: quæ tamen in omni linguarum varietate eadē reperitur. Laxat habenas delictis carnis: ac contra legem suam disputare volentibus iubet responderi armis. Cætera parum digna sunt scriptore christiano. Quod uero multi illam legem sequantur: pauciores uero christiani uideantur mirum nō est: Nam arcta est uia quæ ducit ad uitam: & pauci ingrediuntur per eam: & multos eē uocatos paucos uero electos asseruit ac prædicauit Saluator dominus Iesus. Malum quoq; teste Aristotele: est omnifariam: bonū uero uno modo. Hæc quoq; uentura apud Christi dogmata leguntur: nam Saluator de diebus nouissimis dicit: Cum uenerit Filius hominis putas inueniet fidem in terra? & Apostolus ad Thimo. tertio ait: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. & in capitulo sequenti: A ueritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertētur. Neq; tamen deficere poterit imperium militantis Ecclesiæ dicente Christo: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem sæculi. Si qui uero electi sunt a Deo Christum sequuntur etiam habitantes inter Mahumetanos teste experientia: Nam illis in regionibus innumeri sunt christiani.

¶ Vtrum sacramenta Imperii militantis Ecclesiæ sint ordinata ac rationabiliter tradita: Quæstio Septima.



AD septimam quæstionē sic proceditur: Videtur φ sacramenta imperii militantis Ecclesiæ nō sint ordinata ac rationabiliter tradita: Primo quidem: Sacramenta ordinantur contra defectum peccati: est autem duplex. s. pena & culpa: ergo sufficerent esse duo sed tradūtur septem s. Baptismus: Chrisma: Eucharistia: Pœnitentia: Extrema unctio: Ordo & Matrimonium: ergo uidentur esse inordinata & irrationabiliter tradita.

¶ Præterea: Sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibile signum ita ut eius ymaginem gerat & causa existat: sed hoc est impossibile: quia solus Deus est gratiæ dator secundum illud psal. gratiam & gloriam dabit Dominus. ergo sacramenta uidentur irrationabiliter tradita.

¶ Præterea: Sacramēta instituta fuerunt propter salutem acquirendā: sed pueri saluantur sufficienter per baptismum: ergo uidetur φ sacramenta non sint tradita rationabiliter præsertim in tanto numero.

¶ Præterea: Matrimonium fuit ante Christi incarnationē: Cōfirmatio & extrema unctio uidentur esse instituta post Christi ascensionem: cum nulla fiat mentio in canone de institutione huiusmodi sacramentorum a Christo. ergo irrationabiliter dici uidetur: φ omnia sacramenta fuerunt tradita a Christo Imperio militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est: quia Deus homini prouidet secundum eius cōditionem: est autem talis hominis conditio: φ ad spiritualia & intelligibilia capienda naturaliter per sensibilia deducitur. Oportuit igitur spiritualia remedia hominibus sub signis sensibilibus dari quæ sunt sacramēta: ergo sacramenta rationabiliter sunt tradita imperio militantis Ecclesiæ a Christo Deo: & per consequens ordinata.

¶ Respondeo dicendum: Cum doctrina de sacramentis Ecclesiæ sit amplissime tradita & subtilissime disputata a sacris Theologis in quarto sententiarum: & a canonum Doctoribus in decretis: ideo propter ordinem præsentis uoluminis seruandū: in præsentiarum tantūmodo propositiones duas pro explanatione motæ quæstionis declarabo: Prima est: Sacramenta Ecclesiæ nonsolum rationabiliter sed etiam necessario fuerunt instituta a Christo: Rationem institutionis sacramentorū signat Magister sententiarum in. iiii. d. prima dicens: Triplici autē de causa sacramenta instituta sunt: propter humiliationem: eruditionē & exercitationē. propter humiliationem: quia præcepto Dei se subicit creaturæ homo. propter eruditionē: quia inuisibilia per uisibilia cognoscit. propter exercitationē: quia otium fugiens salubri exercitationi incumbit. Necessitatem uero probat. S. Tho. in. iiii. contra gen. capitulo. lvi. Tum quia oportet uniuersalia remedia humanæ salutis esse uerbo incarnato similia: Tum qa homo rebus sensibilibus adhærendo peccauerat: ergo necessarium fuit & congruum ut sacramenta sub sensibilibus signis homini traderentur: quibus salutem acquireret.

¶ Secūda propositio est: Sacramēta sunt septem: quæ queniēter hoc ordine numerant. s.

Baptiſmus:Chriſma:Euchariſtia:Pœnitentia: Extrema unctio:Ordo & Matrimonium. Vnde uerſus. Baptiſmus:Chriſma:Cōmunio:pœnitens ungit:Ordo:Matrimonium ſunt ſacramenta ſeptē, hanc probat. S. Thomas. iiii. contra gen. capitulo lviii. Nam cum remedia ſpiritualis ſalutis ſub ſignis ſenſibilibus ſint hominibus tradita: conſequens & fuit ut diſtinguerentur remedia quibus prouidetur ſpirituali uitæ ſecundum ſimilitudinem corporalis. Sic igitur ſicut in uita corporali ita & in ſpirituali. Primū eſt ſpiritualis generatio per baptiſmum: ſecūdum eſt ſpirituale augmentum perducens ad robur perfectū per ſacramentum Confirmationis: Tertiū eſt ſpirituale nutrimentum per euchariſtiæ ſacramentū. Reſtat quartum quod eſt ſpiritualis ſanatio quæ fit uel in anima tantū per pœnitētiæ ſacramentum: uel etiam ex anima deriuatur ad corpus quando fuerit opportunum per extremam unctionē. Hæc igitur pertinent ad eos qui in uita ſpirituali propagantur & conſeruantur. Sunt quoque propagatores & ordinatores corporalis qui ſecundū duo attenduntur: id eſt ſecundum originē naturalem quod ad parentes pertinet: & ſecundū regimen politicum per quod uita hominis pacifica conſeruatur: & hoc pertinet ad reges & principes. Sic igitur eſt & in ſpirituali uita: Sunt.n. quidam propagatores & conſeruatores ſpiritualis uitæ ſecundum ſpirituale miniſterium tantum ad quod pertinet ordinis ſacramentum: & ſecundū corporalem & ſpiritualem ſimul: quod fit per ſacramentum Matrimonii quo uir & mulier conueniunt ad prolem generandam & educandam ad cultum diuinum. Quidam uero accipiunt numerum ſacramentorum per quandam adaptationem ad uirtutes & ad defectus culparum & pœnalitatum dicentes: ꝙ Fidei reſpondet baptiſmus: & ordinatur contra culpam originalem: Spei Extrema unctio: & ordinatur ꝯtra culpam uenialem: charitati Euchariſtia: & ordinatur contra pœnalitatem maliciæ: prudentiæ Ordo: & ordinatur ꝯtra ignorantiam: iuſtitiæ Pœnitentia: & ordinatur contra peccatū mortale: temperantiæ Matrimonium: & ordinatur ꝯtra concupiſcentiam: fortitudini Confirmatio: & ordinatur contra infirmitatem.

¶ Ad primū ergo dicendum eſt ꝙ culpa & pœna diuerſitatem habent ſecundū ſpeciem: & inquātum ſunt diuerſæ ſpecies culparum & pœnarum ſecundum diuerſos hominum ſtatus & habitudines: & ſecūdum hoc oportuit multiplicari ſacramenta ut ex dictis patet.

¶ Ad ſecundum dicendū: ꝙ Deus eſt cauſa principalis gratiæ: ſacramenta uero ſunt cauſæ inſtrumentales: quæ tamen non attingunt effectiuæ ipſam gratiam: quēadmodum dicimus ꝙ ſol & homo generant hominem: non tamen attingentes ad productionem animæ rationalis quæ eſt de foris producta effectiue a Deo etiam ſecundū philoſophum Ariſtotelem.

¶ Ad tertium dicendū: ꝙ ſacramēta ſunt cauſa uniuerſalis ſalutis humanæ: & ideo licet pueris ſufficiat baptiſmus nō tamen adultis.

¶ Ad quartum dicendum: ꝙ ritus tradendi ſacramenta eſt ab Eccleſia: ſed ipſa ſacramētorum inſtitutio eſt a Chriſto. Nam inſtituere nouū ſacramētū pertinet ad poteſtatē excellentiæ quæ ſoli Chriſto cōpetit. Matrimonium autem licet fuerit inſtitutum ante Chriſti incarnationem: id eſt in ſtatu innocentiæ: nō tamen ſecundum ꝙ eſt ſacramentum: ſed ſecundum quod eſt in officium naturæ: ex conſequenti tamen aliquid ſignificabat futurorum circa Chriſtū & Eccleſiam: ſicut & omnia alia in figura Chriſti præceſſerunt. Circa inſtitutionem uero Cōfirmationis eſt triplex opinio: Quidam.n. dixerunt ꝙ hoc ſacramentum nō fuit inſtitutum nec a Chriſto nec ab Apoſtolis: ſed poſtea in proceſſu temporis in quodam Concilio: Alii uero dixerunt ꝙ fuit inſtitutum ab Apoſtolis: ſed hæc eſſe nō poſſunt ratione iam dicta: & ideo dicendum ꝙ Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum non exhibendo ſed promittendo: ſecundum illud Io. xvi. Si non abiero paraclitus non ueniet ad uos: ſi autem abiero mittam eum ad uos. & hoc ideo: quia in hoc ſacramento datur plenitudo Spiritus ſancti quæ non erat danda ante Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem ſecundum illud Io. vii. Nondum erat ſpiritus datus: quia Ieſus nondum erat glorificatus. Demum extrema unctio inſtituta creditur a Chriſto: ſed promulgata per doctrinam Apoſtolorum. Quædam.n. ſacramenta per ſeipſum Chriſtus promulgauit quæ ſunt maioris difficultatis ad credēdum: quædam autem Apoſtolis promulganda reſeruauit. & hæc ſunt. S. Thomæ etiam formaliter.

¶ Vtrum Poteſtas clauium Imperii militātis Eccleſiæ ſit una: Quæſtio octaua.

AD octauã q̃ſtionẽ ſic proceditur: Videtur q̄ poteſtas clauiũ Imperii militantis Eccleſiæ ſit una. Primo quidẽ: Poteſtas clauiũ & ipſe claues idẽ eſſe uidentur: ſed clauis ẽ una: q̃ principaliter ẽ apud Xp̃m: ſcd̃m illud Apoca. tertio capitulo: Hæc dicit qui habet clauem Dauid: ergo uidetur q̄ poteſtas clauium imperii militantis Eccleſiæ ſit una.

¶ Præterea: Sera ad quam ammouẽdam ordinatur poteſtas clauium Eccleſiæ eſt peccatum: ergo contra unum peccatum non indiget Eccleſia duabus clauibus: & ita poteſtas clauium erit una.

¶ Præterea: Cuius poteſtatis per eſſentiam eſt una auctoritas illa eſt una poteſtas: ſed eſſentia auctoritatis clauium imperii militantis Eccleſiæ eſt una: habens tamen reſpectum ad duos actus: quorum unus alium præſupponit: q̃ ſunt ſcientia diſcernẽdi: & potẽtia dignos recipiendi & indignos excludendi a regno: ut ait. S. Thomas. ergo poteſtas clauium Imperii militantis Eccleſiæ eſt una.

¶ In oppoſitum eſt Communis diſtinctio doctorum. ſ. q̄ poteſtas clauium Eccleſiæ eſt duplex: prima eſt poteſtas ordinis: ſiue ſacramentalis: ſecunda eſt iuriſdictionis. & ideo dicit. S. Thomas in q̃rto. d. xviii. q̄ claues Petro cõmiſſæ Matth. xviii. nõ nominantur tantũ claues ordinis: ſed claues ordinis & iuriſdictionis ſimul: ergo poteſtas clauiũ Eccleſiæ nõ ẽ una.

¶ RESPONDEO DICENDVM: Pro declaratione præſentis quæſtionis primo præponendæ ſunt quædam diuiſiones: ſecundo ſubinferendæ ſunt nonnullæ concluſiones: tertio uero deducendæ ſunt quædam comparationes circa poteſtates clauium imperii militantis Eccleſiæ.

¶ Sit itaq̃ prima diuiſio: Poteſtas Imperii militantis Eccleſiæ alia eſt terrena: alia ſpiritualis & hæc notiſſima eſt. Spiritualis ſubdiuiditur: alia. n. eſt ordinis ſiue ſacramentalis: alia iuriſdictionis. Poteſtas ordinis ita diffiniri conuenienter poteſt: Poteſtas ordinis eſt auctoritas collata a Deo per conſecrationem miniſtrorum Eccleſiæ ad conficienda adminiſtrandaq̃ ſacramenta eiuſdem Eccleſiæ. Poteſtas autem iuriſdictionis ſic: Poteſtas iuriſdictionis eſt auctoritas collata alicui ſine conſecratione: ſed ſimplici iniunctione Dei aut hominis ad regendum populum ſecũdum legem diuinã in ordine ad beatitudinem ſupernaturalem propter primã dictum fuit Petro Matth. xvi. Tibi dabo claues regni cælorum. propter ſecundam Io. ultimo dictum fuit eidem: Simon Ioannis paſce oues meas.

¶ QVOD AVTEM AD CLAVES p̃tinet Sciendũ eſt: q̄ clauis a corporalibus ad ſpiritualia nomen tranſumptum eſt: Clauis. n. materialis eſt inſtrumentum quo oſtium clauſum aperitur: & ſic in ſpiritualibus clauis dicitur poteſtas qua ingreſſus regni cælorum aperitur. Et quoniam regnum cælorum non clauditur niſi per peccatum & quantum ad maculam & reatum pœnæ: ideo poteſtas qua tale obſtaculum remouetur dicitur clauis. Hæc autem poteſtas triplex a ſactis Doctoribus dicitur: Quædam eſt auctoritas quæ in ſolo Deo eſt: qui ſolus aperit principaliter per infuſionem gratiæ & claudit permiſſiue iuſto iudicio permittendo hominem ruere in peccatum gratiam non infundendo. Quædam dicitur poteſtas excellentiæ: quæ ponitur in Chriſto ratione humanæ naturæ: qui cælum aperit per meritum paſſionis ſuæ: Alia miniſterialis in miniſtris Eccleſiæ. ſ. Sacerdotibus: qui cælum aperiunt per diſpenſationẽ ſacramentorum quæ operantur in uirtute paſſionis Chriſti: ſecundum illud ad Cor. iiii. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti. Hæc uero poteſtas eſt Ordinis quam paulo ſuperius diffiniuimus.

¶ POTESTAS AVTEM iuriſdictionis ſuperius diffinita eſt duplex: quædam eſt in foro conſcientiæ & quædam in foro cauſarum ſiue in foro interiori & exteriori: ſiue in foro poli & foro fori. Primam nonnulli uocant coercitiuam: quia fieri poteſt in inuitum: ſecundã non coercitiuam quoniam in hoc foro nullus inuitus abſoluitur uel ligatur. Per primam cauſæ terminantur: de qua habetur di. xxi. c. i. ubi dicitur. Aliud eſt terminum cauſis imponere: aliud eſt ſcripturas ſacras diligenter exponere. hac poteſtate quis ab eccleſia per excõmunicationẽ ſeparatur: de qua Matth. xviii. dicitur: Si eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen amen dico uobis: quæcunq̃ alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis. Secunda: Sacerdotes in Eccleſia Dei curam gerunt animarum: qui tamẽ ſæpenumero ex cõmunicare nequeũt. Quare alteram ab altera ſeparari neceſſe eſt ſunt quoq̃ duæ claues huius poteſtatis iuriſdictionis. ſ. clauis ſcientiæ & clauis potentiæ: Nam pari ratione & ſcientia requiritur & poteſtas diffiniendi: quæ in poteſtate ordinis duæ claues nominãtur.

¶ TALIBVS ITAQVE diuisionibus præpositis sit prima conclusio ad potestatem ordinis spectans. Potestas clauium ordinis est una secundum essentiam. Dicitur autem duæ claues per comparationem ad duos actus: quorum unus præsupponit alium. probatur ex Sancto Thoma. quia ad eandem auctoritatem pertinet iudicium eius qui absoluendus est & actus absolutionis: sicut patet in actu iustitiæ: Nam ad eundem ad quem pertinet alicui dig no aliquid reddere: pertinet etiam iudicium an talis sit dignus: Vna ergo est potestas: duæ uero claues. Nanq; potestas una & eadem ut im mediate seram peccati remouendo cælum aperit clauis est quæ uocatur potestas recipiendi dignos & excludendi indignos a regno. Eadem quoq; potestas ostendens seram cui segnum aperiendum sit dicitur clauis: quæ apellatur scientia discernendi.

¶ Secunda con. Potestas præfata identificatur essentialiter cũ charactere sacerdotali: siue cum potestate consecrandi corpus Christi: & non distinguũtur nisi ꝙ ad diuersos actus siue effectus comparantur: hanc probat S. Thomas in iiii. d. xviii. dicens: Ad duo quorum unum est causa alterius una potestas ordinatur: sicut in igne ad calefaciendum & dissoluẽdum: sed omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite Christo prouenit: ergo eadem potestas uidetur esse per essentiam qua Sacerdos conficere potest corpus Christi: & qua potest soluere & ligare si iurisdictio adsit. Nec differt a iurisdictione nisi secundum ꝙ ad diuersos actus & effectus comparatur: sicut etiam ignis secundum aliam rationem dicitur liquæfactiuus: & secundum aliam calefactiuus. Et quia nihil aliud est character ordinis nisi potestas exercendi illud ad qd principaliter ordo sacerdotii designatur uidelicet ad consecrandum corpus Christi: sequitur ꝙ character ipse & potestas qua soluũtur peccata sint idem essentialiter.

¶ Tertia conclusio: Potestas ordinis siue sacramentalis licet per relationẽ ad corpus Christi uerum sit æqualiter in omnibus sacerdotibus: nihilominus in relatione ad corpus Christi mysticum maior est in Episcopo quã in simplici Sacerdote. prima pars con. probatur: quia pariter conficiunt sacramentum corporis & sanguinis Christi. secunda probatur: quia simplex Sacerdos sacramentum confirmationis non dispensat: ut ait Eusebius in cap. manus de con. d. v. Nec ordines sacros confert ut Isidorus in capitulo Cleros di. xxi. Præsbyteri aiicideo sacerdotes nominãtur: quia sacra dant sicut Episcopi: quia licet præsbyteri sint sacerdotes: tamen pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant: nec paraclitum spiritum dant: quod solis debere episcopis actuum lectio Apostolorum demonstrat:

¶ Quarta cõclusio: Potestas clauium aliquo modo se extendit ad remissionem culpæ & pœnæ: probatur primo. Io. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: quod non potest intelligi solum quantum ad manifestationem: aliter Sacerdos noui testamenti non esset maioris auctoritatis quã ueteris: ut probat Magister sententiarum in quarto di. xviii. secundo Idem ratione probatur sic: sacramenta nouæ legis agunt quod significant: ut patet ex diffinitione sacramenti quæ est Augustini: Sacramentum inquit: est inuisibilis gratiæ uisibilis forma: ita ut eius ymaginem gerat & causa existat. Sed absolutio sacramentalis signat absolutionem culpæ cum ait Sacerdos: ego te absoluo: ergo se extẽdit ad remissionem culpæ: & hoc est effectiue instrumentaliter: ut egregie declarat S. Thomas in quarto: d. xviii. & propterea non omnimode dispositus ad gratiam accedens tamen ad confessionem (nisi ponat obicem) recipiet gratiam uirtute clauium.

¶ Quinta con. Potestas clauium solum conuenit euangelico Sacerdoti: probatur: Tum quia datur per consecrationem sacerdotalem: unde & idẽnficatur sacerdotali characteri: Tũ quia Sacerdos euangelicus solus aperit regnũ cælorum. Hinc B. Ambrosius in li. de paradiso: & habetur de pe. di. pria. §. ecõtra ait: ꝙ hoc ius ligandi atq; soluendi solis Sacerdotibus est concessum. Ex his deducitur: ꝙ uniuersitati ut uniuersitas est: non possunt cõpetere claues ordinis: ut etiam probant Albertus Magnus. S. Bonauentura: & S. Thomas. in quarto d. xix.

¶ VERVM QVANTVM ad potestatem iurisdictionis similiter quinq; conclusiones ponendæ sunt: Prima: Potestas iurisdictionis distinguitur a potestate ordinis: Probatur: Tum quia potestas ordinis inseperabilis est cum identificetur characteri sacerdotali: potestas uero iurisdictiõis separabilis: Tum quia una sine alia stare potest: Nam simplices Sacerdotes habent potestatem ordinis sed non iurisdictionis: Archidiaconi autem & electi plures non consecrati habent potestatem iurisdictionis non autem ordinis.

¶ Secunda: Potestas iurisdictionis i foro cõ scientiæ non omnibus æqualiter data est: Probatur: quia Episcopis & maioribus prælatis est concessa: Vnde & in ueteri lege minoribus iudicibus dictũ fuit: Exo.xviii. Si quid ortum fuerit quæstionis referetis ad eos.

¶ Tertia conclusio: Potestas iurisdictionis in foro causarum siue Exteriori: non proprie & immediate debet denominari clauis sicut potestas ordinis: Probatur: quia mediante Ecclesia solum potestas causarum aperit cælum: extra autem ecclesiam non est salus: ut habetur extra de suma .tri.& fi.ca.§.una.

¶ Quarta con. Potestatis iurisdictionis duæ sunt claues sicut & potestatis ordinis: Probatur: Eodem medio quo & duas esse claues potestatis ordinis probauimus.

¶ Quinta est: Claues potestatis causarum ut est apud iudices seculares: nõ possunt dici claues regni cælorum: Probatur: Quia nec media te nec imediate se extendunt ad apertionem regni celorum.

¶ QVANTVM AD tertiã Sciẽdũ est: ꝙ potestas ordinis & iurisdictionis aliquo modo cõ ueniunt & aliquo modo disconueniunt. Conueniunt quidẽ: quia Potestas ordinis præsupponit potestatẽ iurisdictionis ut exear in actũ suũ: qui est absolutio a peccatis: Ratio est secũ dum S. Thomã in.iiii. contra gen. qa nulli cõ mittitur iudicium nisi in sibi subiectos: quod fit per iurisdictionem. Vnde Canon. xvi.q.v. quod nulli: Ita etiam potestas iurisdictionis aliquo modo præsupponit potestatem ordinis s. tanq̃ radicem: & subiectum il ud recipiẽs sit saltem actu ad illam ordinatum: cum debeat esse in statu spirituali. Ex quibus sequitur: primo ꝙ Mulieribus ut puta Abbatissis non conuenit potestas spiritualis clauium iurisdictionis: licet conueniat aliquis usus ut correctio & similia. Probatur quoq; auctoritate Apostoli primæ ad Thimo. secundo: Mulierem docere in Ecclesia non permitto nec dominari: glo. aliqua prælatione spirituali. Quamobrem & beatissimæ Virgini Mariæ licet excellentior fit apostolis: non tamen illi sed ipsis Christus claues tradidit regni cælorum: ut in capitulo Nouæ extra, de pe.& re. dicitur. Sequitur secundo ꝙ puris laycis aut etiam religiosis corona clericali non insignitis prædicta potestas iurisdictionis non conueniat: Patent etiam quæ dicimus de laycis in.c.i.di.xcvi.& extra de iudi. capitulo decernimus. De corona uero clericali dicunt Doctores in primo sententiarum. d.xv. ꝙ est signum distinctiuum: præparatiuũ & susceptiuum. Disconueniunt uero: quia potestas ordinis est inseperabilis: potestas uero iurisdictionis seperabilis: Sicut colligitur in cap. Nouatianus.vii.q.prima: & in capitulo Audiuimus.xxiiii.q.prima & in capitulo miramur ibidem.

¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ potestas Christi est potestas sacramentalis excellentiæ & auctoritatis quæ unica claue describitur: potestas uero imperii militantis Ecclesiæ est ministerialis: cui⁹ duæ sunt claues ratiõe iã dicta.

¶ Ad secũdũ dicendum: ꝙ ad unam seram aperiendam una clauis immediate ordinatur: sed non est incoueniens ꝙ una ad actum alterius ordinetur: & sic est in proposito: Secunda n. clauis quæ dicitur potestas ligandi atq; soluendi est quæ immediate seram aperit peccati: sed clauis quæ dicitur scientia ostendit cui aperienda sit clauis illa.

¶ Ad tertium patet responsio per ea quæ dicta sunt: Nam utriusq; potestatis una est per essentiam auctoritas.

¶ Vtrum potestas Clauium Imperii militãtis Ecclesiæ sit communis bonis & malis Sacerdotibus: Quæstio nona.



AD nonam quæstionem sic proceditur: Videt ꝙ potestas clauium imperii militantis Ecclesiæ nõ sit cõmunis bonis & malis sacerdotibus: Primo quidem: Character sacerdotalis potest inesse alicui sine potestate clauium: ergo nõ est communis bonis ac malis sacerdotibus. Consequentia nota. Antecedens probatur: Nam infundũtur diuersis temporibus: sicut in ordinatione sacerdotali in qua primo imprimitur character sacerdotalis cum Episcopus dicit: Accipite potestatem celebrandi missam tam pro uiuis quã pro defunctis. dans eis calicem: & quibusdam interpositis ponens manus super caput eoꝝ dicit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseri tis peccata et cete. Hoc idem euenit Apostolis: qui in cœna Domini potestatem consecrandi acceperunt: post resurrectionem uero potestatem ligandi.

¶ Præterea: In.B. Petro excellentior fuit potestas clauium: Cum de eodem dicat in glo. Matth.xvi. ꝙ præ cæteris dotatus fuerit clauibus regni cælestis. In scismaticis uero & hereticis nulla est potestas ligandi atq; soluendi

ut in.c. audiuimus: & in.c. miramur. xxiiii.q. prima. ergo potestas clauium imperii minatos. Ecclesiæ nō uidet esse cōis oibus Sacerdotib⁹. ¶ Præterea: Scientia discernendi est una clauis quæ manente eadem potestate ligādi atq; soluendi æquali in aliquibus est maior & in aliquibus minor. Item ex commissione Papæ nonnunquā aliquis Sacerdos habebit clauē discernendi: qui tamen non habebit potestatem ligandi siue feren ti sententiam. Ergo potestas clauium Ecclesiæ non uidetur esse cōmunis omnibus Sacerdotibus imperii militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est quod ait Beatus Hieronymus super illud Matth xvi. Tibi dabo claues regni cælorum: Habent inquit iudiciariā potestatem omnes Apostoli: habet etiam omnis Ecclesia i Episcopis & Præsbyteris.

¶ Respondeo dicendum: Pro enucleatione præsentis quæstionis ex doctrina Theologorum præcipue Sancti Thomæ: ponendæ sunt conclusiones: quarū prima est: Potestas clauium potest esse in bonis & malis Sacerdotibus æqualiter: ita q nec bonitate augetur auctoritas clauium: nec malitia impeditur. Probatur: Nihil potest in id quod eius facultatem excedit: nisi accepta aliunde potestate: sed potestas clauium excedit facultatem boni & mali: ergo æqualiter potestas clauium potest esse in bonis & malis si a Deo accipiant facultatem. Quamobrem ut homo fiduciam certam habere possit de sua salute bonis & malis Sacerdotibus par potestas dari potest a Deo: ut probatur a Sancto. Tho. & in.iiii. contra gen. & in.iiii.s.d.xix. Quare Matth. xxiii. dicitur: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei: Quæ autem dicunt uobis seruate & facite: secundum uero opera eorum nolite facere.

¶ Secūda Cōclo. Bonitas Sacerdotis i receptione atq; usu potestatis clauium requiritur quantum ad idoneitatem non quantum ad necessitatem. Sensus huius con est iuxta Magistrum Sententiarum in.iiii.di.xx q illi soli digne ac recte potestatem clauium possident atq; utuntur qui præditi sunt uita & doctrina apostolica. Hanc probat. S. Bonauentura sic in.iiii.S. d.x. Cum ad debitum officii usum concurrat meritum & auctoritas prælationis: conuenit ut talis habeat charitatem siue uitæ sanctimoniam: Quia cū illud sit officium mediatoris & reconciliatoris & auctoritas ista sit iudiciariæ potestatis & nullus sit bonus mediator qui est inimicus: nullusq; sit bonus iudex in ea causa in qua est reus: conuenientissimum ut minister huius potestatis sit mundus & sanctus. Vnde Esa. lii. Mundamini qui fertis uasa Domini. Attamen & si minister sit non tamen idoneus siue dignus est: Si autem quæratur Cur Deus cum sit bonus dispensatorindigno hanc potestatem concedat: respondetur iuxta præfatum Doctorem. S. Bonauenturam in.iiii. sententiarum q Deus non dat indigno propter se sed propter cōmunem utilitatem: & ideo malus quāuis indignus potest tamen esse utilis. Item hoc facit Deus ad ostendēdā abundantiam largitatis suæ qua solem suum oriri facit super bonos & malos Matth. quinto: Propterea cum Sancti Doctores ecclesiæ Ambrosius Hieronymus & Augustinus testātur q ad illos tantum potestas clauium deriuata sit qui Petri in uita & doctrina imitatores sunt. Vnde Augustinus in li. de Baptismo & recitat de con.d.iiii.in.c. quomodo: Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos: ipsam uero gratiam non nisi per seipsum uel per sanctos suos. Item Gregorius: illi solū habent in hac uita positi ligandi & soluendi potestatem sicut sancti Apostoli: qui illorum exempla simul cum ulta tenent: sunt intelligendi: ut ait etiam Beatus Thomas de potestate ligandi: quæ fit non ui clauium sed merito congrui siue suffragio orationis Ecclesiæ.

¶ Tertia conclusio est: Sacerdos carens potestate iurisdictionis nō est debitus minister sacramenti penitentiæ nonsolum ex ordinatione ecclesiæ sed etiam ordinatione diuina. Hanc conclusionem singulariter probat Sanctus Thomas in quarto .d.xix.q prima argumento tertio quæstiuncula prima in solutione primi dicens: q licet Christus dederit omnibus apostolis potestatem remittendi peccata: tamen cum hoc intellexit q usus illius potestatis deberet esse præsupposita potestate Petri secundum illius ordinationem. Item .d.xxiiii. q. tertia argumento secundo quæstiuncula tertia in solutione primi sic dicit: Quamuis omnibus Apostolis data sit cōmuniter potestas ligandi atq; soluendi: tamen ut in hac parte ordo aliquis significetur: primo soli Petro data est: ut ostendatur q a Petro in alios debeat ista potestas descēdere: ppter quod et etiā dixit singulariter Cōfirma fratres tuos & pasce oues meas. ideo loco mei: ut dicit Chrisostom⁹: ppositus & caput esto fratrum: ut ipsi te i loco meo assumētes.

ubiq terrarũ te in throno tuo sedentẽ pdicẽt, & confirment. Hæc. S. Thomas. & cũ idẽ doctor in. d. xx. Eiusdẽ quarti dicit φ ex ordinatione Ecclesiæ Sacerdos habet limitatã iurisdictionẽ: nõ intendit φ solũ illa restrictio solũ fit per ordinationẽ Ecclesiæ: sic φ nullo modo sit ex ordinatione Christi.

¶ Ad primũ ergo dicendũ est: φ tota essentia characteris & potestatis sacerdotalis imprimit in ipsa calicis porrectiõe: sed nõ dat sibi quo ad omnẽ eius actũ: sed solũ quo ad primũ & principalẽ: postea uero dat sibi quo ad actũ secundariũ. Hinc. S. Thomas in. iiii. d. xxiiii. q. ii. ar. xxx. in solutione secũ ii ait: Dñs dedit discipulis sacerdotalẽ potestatẽ quãtum ad principalem actũ ante passionẽ in cœna qñ dixit: Accipite & manducate: Vnde subiunxit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Sed post resurrectionẽ dedit eis sacerdotalẽ potestatem qũ ad actũ secũdarium: qui est ligare & soluere. Hæc. S. Thomas.

¶ Ad secundũ dicendũ: φ in B. Petro fuit excellentior potestas iurisdictionis: qa ipse pcæteris uocatus est in plenitudinẽ potestatis: potestate tamẽ ordinis absolute cæteros Sacerdotes nõ excessit. Scismatici autẽ & heretici licet habeant potestatẽ ordinis, qa character sacerdotalis indelebilis est: carent tamen iurisdictione sine qua potestas ordinis non potest exire in actum suum ut dictum est.

¶ ¶ Ad tertiũ dicendũ: φ ratio illa procedit de scientia q̃ est habitus acq̃situs siue infusus: Scientia autẽ quæ dicit clauis est alterius rationis: Nam est auctoritas exercẽdi actũ sciẽtiæ: q̃ auctoritas quãdoq sine scientia est: quãdoq scientia q̃ est habitus sine ipsa: sicut patet in iudicibus secularibus. Commissio uero unius clauis ordinis nunq̃ fit sine alia etiam per Papã: Secus autẽ est in clauibus potestatis iurisdictionis.

¶ Ad Glosam q̃ in oppositũ adducta fuit dicendũ φ omnis ecclesia dicit habere potestatem iudiciariã in Episcopis & pSbyteris: quia ubiq terrarũ & per omnẽ decursum tempoꝝ usq in finẽ seculi eã habet & habitura est. Animaduertendũ uero est φ licet soli sacerdotes in Ecclesia habeãt potestatẽ ordinis: Ecclesia tamẽ a Doctoribus sanctis dicit habere illam potestatẽ: Tum qa ecclesia est sicut ciuitas ut Supra dictum fuit: quæ iuxta Aristotelẽ nono ethy. dicit esse id quod principalissimũ est in ea: Tum qa nullus habet usum clauiũ extra unitatẽ Ecclesiæ constitutus: ut in caplo. No uatianus. vii. q. pria. Hac ergo ratione dicunt Doctores: ecclesia absoluit: ecclesia excõmunicat: ecclesia dimittit pctã: obligat & huiusmodi: Tũ quia fides & charitas ecclesiæ interuenit ad actũ clauiũ: quemadmodũ B. Augustinus dicit in cap. Ecclesiæ charitas de con. di. iiii. φ ecclesiæ charitas dimittit peccata.

¶ Vtrum consilia & ritus Imperii militantis Ecclesiæ rationabiliter obseq̃uẽtur in eo: Quæstio decima.



D decimã quæstionẽ sic proceditur: Videtur φ consilia & ritus imperii militãtis Ecclesiæ nõ obseruentur rationabiliter in eo: Primo qdẽ; Cõsiliũ de paupertate seruanda uidet aduersari iclinationi naturæ hominis quæ triplex est: pria φ necessaria prouideat: sicut etiã patet in apibus & formicis. secũda φ se conseruet: quæ conseruatio maxime fit per exteriorẽ substantiã seruã φ socialiter uiuat: quod in mutuis hominum suffragiis cõsistit: quæ suffragia pcipue præstantur per substantiam exteriorẽ: sed substãtiã exteriorem iubet abiicere paupertas: ergo Consilium paupertatis non rationabiliter uidetur obseruari in Imperio militãtis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Paupertas aduersat uirtuti, Tum qa nõ consistit in medio: nã Illiberalitas opponit pdigalitati, quæ oĩa dat sicut paupertas Tũ quia est occasio malorũ: dicitur. n. prouerbiorũ decimo: Mendicitatẽ & diuicias ne dederis mihi: sed tribue tñ uictui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum & dicã quis est dominus & egestate compulsus furer & piurẽ nomen Dei mei ergo uidetur irrationabiliter obseruari.

¶ Præterea: Consiliũ perpetuæ cõtinentiæ est contra bonũ uniuersale speciei hominis quæ cõseruatur per generationẽ: cuius gratia sunt data homini cõcupiscẽtia & mẽbra ad generationẽ apta. Itẽ ex ea maior mẽtis inquietudo oritur ex resistentia ad cõcupiscentiã cũ qua quasi continuã pugnam habere oportet q̃ ex moderato usu uenereorũ. Ergo uidet φ irrationabiliter ppetua continẽtia a multis obseruetur i imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Adoratio ymaginis Christi & sanctorũ est quidã ritus imperii militantis Ecclesiæ: sed uidetur irrationabilis: Tũ qa Exo. ii dicitur: Non facies tibi sculptile: neq oẽm similitudinẽ: Tum quia operibus gentilium

communicare non debemus: ut Apostolus dicit ad Ephe. quinto: sed gentiles de hoc precipue inculpantur: ꝙ commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinẽ ymaginis corruptibilis hominis: ut dicitur ad Ro. primo. ergo talis ritus non uidetur rationabiliter obseruari in imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Ritus nonnulli in diuinorum celebratione uidentur sapere leuitatem sicut cãtus: pulsatio organorum: inclinationes: motus: usus uariarum rerum: ut maxime patet in consecratione Ecclesiæ: in celebratione Episcopi: in coronatiõe Papæ: Imperatoris & aliorum: & hi obseruantur in imperio militantis Ecclesiæ: ergo uidẽt irrationabiliter obseruari.

¶ In oppositum est Quod dicitur Matth. xix. si uis perfectus esse uade & uende omnia quæ habes & ueni & sequere me: quod pertinet ad cõsilium paupertatis. Item primæ ad Cor. vii. De uirginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do: quod pertinet ad consilium perpetuæ continentiæ. Ritus autem multi qui in ecclesia obseruãtur uidentur præcipi a Domino per os Dauid. qui sæpius inquit: Cantate domino & benedicite nomini eius Et psalmo ultimo: Laudate eum in cordis & organo. ergo consilia & ritus imperii militantis Ecclesiæ rationabiliter obseruantur in eo.

¶ RESPONDEO DICENDVM: ꝙ Consilia in imperia Ecclesiæ ut imp præsentiarum accipimus: dicuntur admonitiones diuinæ legis: quibus homini suadetur ut propter meliora minus bona prætermittat. occupatur autem homo cõmuniter circa tria. s. circa bona exteriora: circa se & circa personas coniunctas. Vt igitur mens hominis liberius Deo uacet in quo summa hominis perfectio consistit: dantur per diuinam legem tria consilia. s. paupertatis cõtra primam sollicitudinem: castitatis perpetuæ contra secundãm occupationẽ: & obedientiæ contra tertiã. propter quod dicitur ad hebre. ultimo: obedite præpositis uestris & subiacete eis: Ipsi n. peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Dicuntur autem prædicta consilia dispositiones ad perfectionem: Perfectio autem hominis est uacare Deo ut dictum est. Quãobrem Saluator istud expresse ostendit cum dicit: Si uis perfectus esse uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus. Præfata quoq; consilia dicuntur signa & effectus perfectionis: Cum n. mens amore & desiderio alicuius rei uehementer afficitur: consequens est ꝙ alia postponat. Si igitur mens hominis amore in diuina fertur: consequens est ꝙ cætera relinquat. Et hoc signant uerba scripturæ Canticorum. viii. Si dederit homo omnẽ substantiam domus suæ ad mercandam dilectionem: quasi nihil comparabit eam. propterea qui tria consilia uouent dicuntur esse in statu perfectionis.

¶ EST AVTEM sciendum pro ampliori declaratione consilii paupertatis (Nam ea quæ ad reliqua duo pertinent magis in promptu sunt) ꝙ paupertas secundum se bona non est: sed inquantum liberat ab illis quib⁹ homo impeditur quominus liberius diuinis intendat. Plerique n. uel nimia diuitiarum sollicitudine: uel nimia affectione ad ipsas: uel etiam mentis elatione ex eis consurgente ab actione uitæ contemplatiuæ impediuntur: quibus obuiatur per uotum paupertatis. Nã talem uitam sectantibus minimum de exterioribus bonis sufficit ad sustentationem naturæ: dicente Apostolo primæ ad Thi vi. Habentes solum alimenta. & quibus tegamur his contenti simus. Qui igitur nimis distrahũtur a contemplatione diuinorum propter quærenda uitæ necessaria male agunt si renuant habere redditus annuos sibi ex deuotiõe & affectu nobilium relictos: nam paupertas (ut dictum est) bona nõ est: nisi inquantum præstat hominibus adiutorium ad uacãdum Deo.. Sũt uero quidã qui sollicitudine quærendi necessaria liberati in peiores cadũt occupationes. Vnde Gregorius in. vi. moraliũ: Sæpe qui occupati bene humanis rebus uiuerent: gladio suæ quietis extincti sunt. Quapropter patres ordinum mendicantium uidentes nimiam distractionem suorum religiosorum in acquirendis necessariis multitudine mendicantium crescente & deficiente charitate multorũ: petierunt a Romano Pontifice licentiam annuos redditus possidendi: quod sana pietate ac ratione cogente concessum est. Nunc itaq; nobis est duplex cura paupertatis: prima: ne illa nimium distrahamur: secunda: ne superueniente diuitiarum abundantia ubi accideret eius carentia a recta uiuendi regula recedamus.

¶ CAETERVM QVOD AD adorationem ymaginum ac ritus Ecclesiæ pertinet: Considerandum primo: ꝙ cultus diuinus proprie consistit in interioribus: secundum ꝙ mens nostra cognoscens Deum ipsum

ueneratur. amat & quærit. Quia uero connaturale est homini ut per sensus cognitionem accipiat. & difficillimum est sensibilia trascēdere: prouisum est diuinitus homini ut etiam in sensibilibus rebus diuinorum ei commemoratio fieret: ut per hoc hominis intentio magis reuocaretur in Deum. Non igitur Deus nostris eget sacrificiis: sed ut repræsentetur homini q se ipsum et sua omnia debet in Deum referre tamquā in creatorem & gubernatorem & dominum uniuersorum.

Considerandum secundo. q cum experimento appareat animam excitari per corporales actus ad aliquā cognitionem uel affectionem: cōuenientissime ritus in Ecclesia sancta Dei qui in exterioribus signis consistunt sunt instituti. Cum itaq res sensibiles administrat: aut uerbis diuina explicat: homo sacris intentus: meminerit intelligibilium donorum processum in ipso fieri a Deo cuius nomen uoce explicat: & quem extrinsecis rebus adorat. Excitant quoq se ministri Ecclesiæ non nūnquā prostrationibus: genuflexionibus: uocalibus clamoribus & cantu. Nam præfata non fiunt in ecclesia quasi Deus his indigeat: quia est immutabilis uoluntate: & qui omnia nouit: & qui affectum mentis & motum corporis propter nos acceptat: sed propter nos ea fiunt: ut per hæc sensibilia opera intentio nostra dirigatur in Deum: & affectio accendatur. Simul etiam per hoc Deum profitemur animæ & corporis actorem: cui & spiritualia & corporalia obsequia exhibemus. Siquis uero in particulari rituum siue obseruantiarum quas etiam cerimonias uocamus r. tiones nosse desiderat: legat Doctores Ecclesiæ qui hæc litteris cōmendarunt & solatium ingens acquisiturus & doctrinam. Pro nostro autem munere tanta dixisse sufficiat.

Ad primum ergo dicendum est. q assumptum est falsum: & ad primam probationem dicitur: q non oportet quemlibet circa congregationem necessariorum occupari: nec .n. in apibus omnes eidem uacant officio: sed quædam colligunt mel: quædam ex cæra domos construūt: reges autem circa hæc opera nō occupantur: & similiter necesse est esse in hominibus. Et quia uita hominum non solum indiget corporalibus sed magis spiritualibus: necessarium est ut etiam quidam uacent spiritualibus rebus ad meliorationem aliorum: quos oportet a cura temporalium absolutos esse. Hæc autem distributio officiorum in personas diuersas fit diuina prouidentia: secundum q quidam magis inclinantur ad hoc officium quā ad aliud. Remanet autem talibus spes probabilis suæ uitæ sustentādæ uel ex labore proprio: uel ex aliorum beneficiis. Magis etiam sociali uitæ deseruiunt: quoniam maius est subuenire proximo in spiritualibus quam in temporalibus. Per quæ patet responsio ad secundam & ad tertiam probationem.

Ad secundum dicendum est: q medium uirtutis est secundum regulam rationis quæ non solum metitur quantitatem rei quæ in usum uenit: sed conditionem personæ & intentionē eius: opportunitatem loci & temporis: & alia huiusmodi quæ in actibus uirtutū requiruntur. Non igitur prodigus est qui omnia hoc modo deserit: cū hoc faciat debito fine: & aliis conditionibus debitis seruatis. q autem ex uerbis Salomonis inducitur non est contrarium: Manifestum est .n. q loquitur de coacta paupertate q̄ furādi solet esse occasio.

Ad tertium dicendum: q alia consideratio habenda est in his quæ ad necessitatem unius cuiusq hominis pertinent: atq alia in his quæ pertinent ad multitudinis necessitatem. Et ideo diuersorum oportet esse diuersa officia: sicut etiam in corpore diuersa membra ad diuersos actus ordinantur. Non igitur est necessarium q omnes homines actibus generationis uacent: Sed quidam ab his actibus abstinentes aliis officiis mancipentur puta militiæ uel contemplationi. Et quamuis a natura ei data sint necessaria: non tamen oportet q quilibet homo quolibet illorum utatur. Data est .n. homini industria ædificandi: uires ad pugnandum: nec tamen oportet q omnes sint ædificatores aut milites. Ad id uero qd de inquietudine obiicitur respondetur: q inquietatio quā homo patitur ex pugna concupiscentiarum est ad aliquam horam: quæ etiam minoratur per hoc q eis aliquis non consentit: Nam quantomagis aliquis delectabilibus utitur: tanto magis crescit in eo delectabilis appetitus. Debilitantur etiam concupiscentiæ per abstinentiam & alia exercicia corporalia: quæ conueniunt his qui continentiæ propositum habent.

Ad quartum dicendum: q ymago Christi & sanctorum ut res est puta lignum: non est aliquomodo adoranda: quia adoratio conuenit tantūmodo rationali creaturæ: ymago autem ut ymago est: ea adoratione est ado-

randa qua et ymaginatum siue repraesentatum per ymaginem: cum motus animae in ymaginem inquantum est ymago: sit unus et idē cum illo: qui est in rem. Vnde Damascenus inducit Basilium dicentem: ymaginis honor ad prothopium peruenit: idest exemplar. Neque huiusmodi ymagines simpliciter fieri prohibetur illo praecepto: sed fieri ut adorandas. Vnde subditur: Non adorabis ea neque coles. Prohibetur itaque ibi adoratio ymaginū quas gentiles faciebant in uenerationem Deorum suorum i. Demonum: Et ideo praemittitur Non habebis Deos alienos coram me. Ipsi autem Deo uero cum sit incorporeus: nulla ymago corporalis poterat poni: ut Dasmascenus dicit: Insipientiae summae est et impietatis figurare quod est diuinum. Sed quia in nouo testamento Deus factus est homo: potest in sui ymagine corporali adorari. Apostolus etiam prohibet operibus infructuosis gentilium cōmunicare: non autem utilibus. Adoratio autem ymaginū inter infructuosa opera est computanda quantum ad duo: Primo quidem inquantum gentiles credebant aliquid diuinitatis inesse ymaginibus: Secundo propter res quarum erant ymagines: Statuebant enim huiusmodi ymagines creaturis aliquibus quas in eis adoratione latriae uenerabantur: Nos autem adoramus adoratione latriae ymaginem Christi qui est uerus Deus non propter ymaginem sed propter rem cuius ymago est ymaginem uero B. Virginis adoratione hyperduliae: et quia secundum se capax est adorationis licet etiam Christum repraesentet: tamen nunquam adoranda est adoratione latriae: sicut Crux in omni materia: et omnia quae Christum contigerunt: ut clauus: lancea et huiusmodi: quia omnis adoratio praedictorum in Christum refertur: ipsa autē ut res sunt: nulla sunt ueneratione digna: quod non est dicendum de B. Virgine. Imagines autem sanctorum et reliquias eorum adoramus adoratione Duliae: quia fuerunt mēbra Christi et templum Spiritus sancti. Vnde ad robur ueritatis eorum quae de adoratione ymaginum diximus. B. Lucas dicitur depinxisse ymaginem Christi quae Romae habetur & multas ymagines. B. Virginis quae in diuersis locis reperiuntur.

¶ Ad quintum dicendum: quod praefati ritus si eorum mysteria intelligantur: non sapiunt leuitatem sed diuinitatem. Et multa eorū Apostoli familiari instinctu Spiritus sancti ecclesiis tradiderunt seruanda: quae non reliquerunt in scriptis sed in obseruatione Ecclesiae per successionem fidelium. Vnde secundae ad Thimotheum secundo dicitur: State & tenete traditiones quas didicistis. siue per sermonē. s. ore prolatum: siue per epistolam s. scripto transmissam. Caetera a Sanctis uiris sunt instituta prout Spiritus sanctus suggessit. Quare ferunt organa a B. Ambrosio primo in ecclesia introducta propter duritiam populi seductū ab hereticis: quae etiam erat una ratio propter quam in ueteri testamento talibus instrumentis laudabatur Deus.

¶ Titulus Decimus & Vltimus de ministris Imperii militantis Ecclesiae.



VLTIMO considerandum est de ministris imperii militantis Ecclesiae: Et primo de statu ac officiis eorum in cōmuni: Secundo in particulari: siue spirituales sint ministri siue temporales. Circa quae queruntur.

¶ Primo: An uarietas statuum & officiorum conuenienter reperiatur in ministris Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Secundo: An beatissimi Spiritus Angelici sint ministri Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Tertio: An sūmus Pontifex conuenienter debeat dici minister Impii militantis Ecclesiae.

¶ Quarto: An Reuerēdissimi domini Cardinales post Papam sint praestantiores ministri Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Quinto: An Episcopi in imperio militantis Ecclesiae sint in statu perfectiori quam Martyres: aut Praedicatores: Aut etiam alii religiosi.

¶ Sexto: An Imperator ac Reges sint maximi ministri rerum temporalium Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Septimo: An heretici sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Octauo: An scismatici sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Nono & ultimo: An Phylosophi & Mathematici sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.

Vtrum uarietas statuum & officiorum conuenienter reperiatur in ministris Imperii militantis Ecclesiæ: Quæstio Prima.



D primam quæstionem sic proceditur: Videtur quod uarietas statuum & officiorum côueniêter nô reperiatur in imperio militantis Ecclesiæ: Primo quidem: In his qui uocantur ad unitatem fraternitatis non uidetur côuenienter reperiri uarietas statuum & officiorum: sed ministri omnes imperii militantis Ecclesiæ uocantur in unitatem fraternitatis iuxta illud Matth. xxiii. Vos autem omnes fratres estis. & xyiii. capitulo. Vt sint unum in nobis sicut & nos unum sumus. ergo in eis conuenienter non uidetur reperiri uarietas statuum ac officiorum.

Præterea Natura nô facit per plura quod potest facere per unû: cum in natura nihil sit uanum etiam secundum philosophi sententiam: sed humana salus potest a Deo sine diuersitate tanta statuum ac officiorum procurari ac effici: ergo illa non conuenienter in imperio militâtis Ecclesiæ reperitur: quod est ordinatum ad humanam salutem fœlicitatem acquirendam.

Præterea: Christus unica est uia salutis acquirendæ iuxta illud Io. ix. Ego sum uia: ueritas & uita. Ergo in imperio militantis Ecclesiæ cuius caput est Christus, ut supra dictum est: inconuenienter uidetur reperiri tanta uarietas statuum ac officiorum: in quibus alius sic & alius sic in uia Dei ambulare uideiur.

In oppositum est quod ait. B. Gregorius in capitulo Singula di. lxxxix. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulari cômitti iubemus: Sicut. n. in uno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent: ita in Ecclesiæ spirituali corpore multa membra sunt secundum ueridicam Pauli sententiam In eodem spirituali corpore conferendum est hoc officium uni: alii cômittendû est illud. Hec ibi. Et hoc quidem côueniens ualde est: nam absurdum est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. C. de testa. l. consulta.

Respondeo dicendum: Pro clariori intelligentia huius quæstionis primo prænotabuntur nônulla: deinde subinducentur quædam conclusiones.

ITAQUE PRIMO aduertêdum: quod Layci & clerici: ut dicit Vgo de sancto Victore in secunda parte de sacramentis: quasi duo latera unius corporis quod est Ecclesia sunt: de quibus Dauid propheta scribere uidetur. psal. cxxvii. ubi dicit: Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ. Et in his reperitur distinctio secundum status: gradus: officia: ac dignitates ad similitudinê imperii triumphantis Ecclesiæ: in quo milia milium ministrant angelorum distinctionem habentium adinuicem. secundû præsata: Ad hebre. viii. Omnia hec sunt cælestium: & ad similitudinem humani corporis. Vnde Apostolus prime ad Cor. xii. si essent omnia mêbra unû membrum ubi corpus? Hæc uarietas figurata extitit in multiformi uarietate uasorum in tabernaculo ueteri. Quare glo. super Exo. capitulo. xxyiii. dicit: Tabernaculum uetus cum ornamentis & uasis suis significasse Ecclesiâ pulchra uirtutum & personarum uarietate distinctam.

Considerandum secundo quod status si proprie accipiatur ita descibi potest: Status est ordo aliquomodo imobilis: pertinens ad libertatem uel seruitutem siue spiritualibus siue in ciuilibus conditionis personæ cum aliqua obligatione: Pro cuius diffinitionis noticia. scito secundum. S. Thomam secunda secunde. q. clxxxiii. ar. primo quod nomen status quod a stando dicitur: significat proprie quâdam positionis differêtiam secûdum quam aliquid disponitur secundum modum suæ naturæ qua, si in quadâ imobilitate. Est. n. naturale homini ut caput eius in superiora tendat & pedes in terra firmentur: & cætera membra media conuenienti ordine disponantur. Quod quidem non accidit si homo iaceat uel sedeat uel accumbat. sed quando erectus stat nec rursus stare dicitur si moueatur: sed quando quiescit. Et inde est: quod etiam in ipsis actionibus humanis dicitur negocium aliquem statum habere secundum ordinem proprie dispositionis cum quadam imobilitate seu quiete: Vnde circa homines ea quæ de facili circa eos uariantur & extrinseca sunt non constituunt statum: puta quod aliquis sit diues uel pauper in dignitate constitutus uel

plebeus:uel si quid est aliud huiusmodi. Vnde & in iure ciuili dicitur:q ei qui a senatu amouetur magis dignitas q status aufertur:sed solum id uidetur ad statum hominis pertinere quod respicit obligationem personæ hominis prout aliquis est sui iuris uel alieni. Vnde in decretis.ii.q.vi.dicitur:Si quando in causa capituli uel causa status interpellatum fuerit non p exploratores sed per se ipsos est agendum : ubi causa status appellatur pertinens ad libertatem uel seruitutem. Cum itaq aliqd nomen status accipit : quia sibi non omnes sed aliquæ conditiones inductæ in diffinitione reperiuntur:improprie dicitur. Hoc moralis Gregorius super Ezechielem dicit:lapis quadratus:& quasi ex omni latere statum habet ideſt imobilitatem : qui casum in aliqua permutatione non habet. Officium autem est deputatio alicuius ad aliquas operationes unas specie uel genere. Nam officium teste Isidoro in li. Ethy. ab efficiendo est dictum quasi efficium propter decorem sermonis una mutata littera. Efficere autem pertinet ad actionem. Ab officio officiales dicuntur:de quibus frequens est sermo apud iuristas. Dignitas autem ut in præsentiarum accipitur:idem est quod officium:quamuis apud Iuristas dignitas superaddat officio iurisdictionem: Et hoc modo differunt ab eis: Dignitas est deputatio alicuius ad aliquas operationes cum iurisdictione. & patent p notata per dominu Abb. in cap tulo de multa ,extra de præben. & digni. Gradus uero dicitur per respectum ad perfectionem:& secundum hoc accipitur differentia graduum. prout quidam sunt alijs perfectiores. Vnde & in psalmo dicitur secundum aliam litteram : Deus in gradibus eius cognoscetur.

¶ Considerandu tertio:q perfectio imperii militantis Ecclesiæ dupliciter accipitur:uno modo simpliciter:Alio modo secudum quid: Simpliciter autem unumquodq dicitur esse perfectum inqtum attingit proprium finem: q est ultima rei perfectio:Charitas autem est quæ unit nos Deo qui est finis humanæ mentis:quia qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo:ut dicitur prime.Io.iiii. Et ideo secundum charitatem attenditur specialiter perfectio Christianæ uitæ. Secundum quid uero aliquid dicitur perfectum: quod attenditur secundum aliquid exterius adiacens:puta in albedine:& ideo secundum alias uirtutes imperium militantis Ecclesiæ dicitur esse perfectum secundum quid.

¶ Vltimo considerandum q non est idem esse perfectum & esse in statu perfectionis: Multi.n.sunt in statu perfectionis qui non sunt perfecti:imo iniqui & scelerati:& econuerso. Et hoc quidem dicimus in comparatione ad ecclesiam:non autem in comparatione ad Deum : nam dicitur primi Regum xvi. homines uident quæ patent:Deus autem intuetur cor. Illi ergo secundum iudicium Ecclesiæ dicuntur esse in statu perfectionis qui obligant se perpetuo cum aliqua solemnitate ad actus perfectionis. Contingit etiam q aliqui se obligant & non seruant : aliqui quoq seruant id ad quod non se obligauerunt : sicut patet Math. xxv. de duobus filiis: quoru unus patri dicenti operare in uineam: respondit nolo : & postea abiit. alter autem respondens ait eo:& non iuit.

¶ TALIBVS itaq pnotatis sit prima coclusio In imperio militantis Ecclesiæ conuenienter reperitur uarietas statuum : officiorum: dignitatum ac graduum. Probatur:Primo ratione perfectionis : Sicut.n. ad perfectionem uniuersi requiritur diuersitas & multiplicitas creaturar:ita in imperio militantis Ecclesiæ cuius caput est Christus:a quo fluit plenitudo gratiarum diuersimode. Ad Ephæ.iiii. Ipse dedit quosdam quidem apostolos:quosdam autem prophetas : alios autem euangelistas: alios autem pastores & doctores ad consumationem sanctor. Secundo ratione necessariæ actionum distinctionis:ad quas gubernandas necesse est diuersos homines deputari:ut expeditius & sine confusione omnia peragantur. Tertio ratione dignitatis & pulchritudinis imperii militantis Ecclesiæ quæ in quodam ordine consistit. Vnde dicitur tertii Regum decimo:q uidens Regina Saba omnem sapientiam Salomonis:& habitacula seruorum & ordines ministrantium non habebat ultra spiritum. Vnde & Apostolus dicit secunde Thy. secundo q in magna domo sunt non solum uasa aurea & argentea : sed & lignea & fictilia.

¶ Secunda conclusio : Differentia statuum in comparatione ad Deum conuenienter attenditur secundum incipientes:proficientes: & perfectos. Probatur:In omni humano studio reperitur principium:medium & finis sed libertas siue iusticiæ siue peccati:similiter seruitus siue iusticiæ:siue peccati quam respicit status ut supra dictum:humano studio acqui

runtur. Igitur differentia statuum in comparatione ad Deum conuenienter attenditur secundum incipientes: q principiū respicientes & pficiētes ac pfectos mediū ac finē respicientes. Hinc Gregorius super Ezechielem & habetur de pe. di. ii. §. hec quae de charitate: Alia inquit sunt uirtutis exordia: aliud profectus: aliud perfectio.

¶ Praeterea Conuenienter differentia statuū pertinentium ad perfectionem distinguitur secundum distintionem charitatis quae est perfectio sed tres distinguntur gradus charitatis incipientium: proficientium: & perfectorum. iuxta illud Augustini super primā can Io. Charitas cum primo fuerit nata nutritur quod pertinet ad incipientes: Cum fuerit nutrita roboratur: quod pertinet ad proficiētes: cum fuerit roborata perficitur: quod pertinet ad perfectos. igitur ea differentia statuum cōuenienter assignatur.

¶ Tertia conclusio: Differentia statuum in comparatione ad ecclesiam conuenienter distinguitur in status praelatorum Religiosorum: & coniugatorū. Probatur: Aut. n. aliquis obligat se ad opera maximae perfectionis: aut mediocris: aut infimae. & hoc dicimus secundū iudicium Ecclesiae: neq; dari potest cōueniens aliud membrum non reducibile ad illa tria. Siquidem sit primo modo: sic est status praelatorum: si secundo modo: est status religiosorum: si tertio modo: est status coniugatorum. ergo illa differentia statuum conuenienter distinguitur. Hi status designantur Matth. xxiiii. ubi dicitur: Duo in agro: duo in lecto: & duo in molendino. In agro sunt ut. Exponit. B. Augustinus super psalmo. cxxxi. qui gubernant ecclesiam: & ita praelati. Vnde dicit Apostolus: Vide si nō in agro erat: Ego plantaui Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit: In lecto autem eos intelligi uoluit qui amauerunt quietem non miscentes se turbis: non tumultui generis humani: in ocio seruientes. Deo. in molendino existentes intelligi uoluit plebem coniugatorum: quia in isto mundo uersantur: ubi molendinum intelligitur: quia sic uertitur mundus quomodo mola. Item praefata differentia statuum designatur in tribus illis uiris de quibus habetur Ezechiae. xiiii. uidelicet in Noe: Daniele & Iob. Noe nempe rexit archam: Daniel uitam quietam elegit. Iob uero uxorem & filios habuit.

¶ Quarta cōclusio. Sub diuersitate officiorum cōpraehenduntur diuisiones gratiarum: de quibus loquit Apostolus prime ad Cor. xii. Item diuersitas uitarum actiuae. s. & contemplatiuae de quibus. Lucae. x. sub mysterio Marthae & Mariae. Item diuersitas ministeriorum Probatur: Nam in quolibet praedictorum fit deputatio alicuius uel aliquorum ad aliquas operationes aliquo modo unas ut manifestum est. ergo sub diuersitate officiorum continentur.

¶ Quinta conclusio Omnes clerici sub diuersitate officiorum continentur: patet ex praemissa probatione. Hinc Isidorus ait: officiorum plurima genera sunt. sed praecipuum id quod in sacris diuinisq; rebus consistit:

¶ Notandum uero pro ampliori notitia praesentis conclusionis q ut ait Isidorus in liuii. Ethy. capitulo. xii et habetur in capitulo Cleros. di. xxi. Generaliter clerici nominantur omnes qui in ecclesia Dei deseruiunt: quorum gradus & nomina hec sunt: Ostiarius psalmista: lector: exorcista. Acholythus: Subdiaconus: Diaconus: Praesbyter: Episcopus. Ordo autem Episcoporum quadripartitus est: idest in Patriarchis: Archiepiscopis: Metropolitanis atq; Episcopis: Multa quoq; sunt officia in maioribus ecclesiis. s. Archidiaconi Archipraesbyteri. Primicerii: Thesaurarii ac multi alii de quibus habetur in capitulo Per lectis di. xxv.

¶ Sexta conclusio: Omnis diuersitas religionum continetur sub diuersitate uitarum. Probatur: Nam omnis religio ordinatur aut ad uitam cōtemplatiuam: aut ad uitam actiuam. Aduertendum q excellentia unius religionis super aliam attendi potest dupliciter secundum. B. Thomā secunda secūdae. q. c. lxxxviii. ar. vi. Primo modo ex parte finis: uel quia est maius bonum: uel quia ad plura bona ordinatur. Secundo modo ex parte exercicii: non secundum quantitatem exercitii: sed secundum proportionem eius ad finem intentum Vnde in collationibus patrū introducitur sententia. B. Antonii qui praetulit discretionem ieiuniis & uigiliis: & omnibus obseruantiis. Duplex autem est opus: unum actiuū quidem: sed ex plenitudine contemplationis procedens: sicut doctrina & praedicatio: Aliud est opus actiuae uita quod totaliter cōsistit in exteriori actione. Summum ergo gradum tenent illae religiones quae ordinantur ad docendum & ad praedicandum: quae & propinquissimae sunt perfectioni Episcopo-

rum.sicut & in aliis rebus fines primorum cõiunguntur principiis secundorum ut Dio.dicit.vii. capitulo de di.no.secundum autem gradum tenent illæ quæ ordinantur ad contemplationem. Tertium quæ ordinantur ad actiones exteriores. Notandum secundo ꝙ quatuor sunt regulæ ab Ecclesia approbatæ: sub quarum aliqua militant omnes religiosi Ecclesiæ catholicæ:Prima fuit Basilii:secũda Augustini:tertia Benedicti quarta Francisci. Cartusienses tamen non militant sub aliqua istarum & habentur in magna ueneratione ab Ecclesia.Ex prædictis sequitur ꝙ Episcopi & hi qui religionem aliquam professi sunt. dicuntur esse in statu perfectionis.

¶ Ad primum ergo dicendum est ꝙ maior est falsa: nam diuersitas statuum & officiorũ non impedit Ecclesiæ unitatem quæ perficitur per unitatem Fidei & charitatis:& mutuæ subministrationis: secundum illud apostoli ad Ephe.iiii.Ex quo totum corpus est compactum.s.per Fidem:& cõnexum.s.per charitatem:per omnem iuncturam subministrationis:dum.s.unum alii seruit.

¶ Ad secundum dicendum: ꝙ sicut natura non facit per multa quod potest facere per unum: ita etiam non coarctatur unum id ad quod multa requiruntur secundũ illud Apostoli prime ad Cor.xii.Si totum corpus oculus ubi auditus? Vnde & in Ecclesia quæ est corpus Christi oportuit membra diuersificari secundum diuersa officia:status:& gradus.

¶ Ad tertium dicendum: ꝙ una est uia communis per quam incedunt omnes ad salutem tendentes.s.fides Christi & obseruantia mandatorum eius: secundum illud.Matth.xix.Si uis ad uitam ingredi serua mandata. In hac autẽ uia cõmuni sunt semitæ multæ:multiq; modi progrediendi. Vnde super illud psal. xxii. Deduxit me per semitas iusticiæ: dicit glo. Semitæ iusticiæ sunt arctiora præcepta & perfectiora consilia.In uarietate uero eorum diuersificantur Religiones & Ordines ut dictum est.

¶ Vtrum beatissimi spiritus Angelici sint ministri imperii militantis Ecclesiæ:Quæstio. Secunda.

AD secũdam quæstionem sic proceditur: Videtur ꝙ beatissimi spiritus Angelici nõ sint ministri imperii militantis Ecclesiæ:Primo quidem: Ministri alicuius principatus pertinent ad principatum illum iuxta illud Io.xviii. Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei utiq; decertarent ut nõ traderer Iudeis:sed Angeli beati non sunt de statu imperii militantis Ecclesiæ qui est status uiatorum:ipsi uero sunt in statu comprehensorum: ergo uidetur ꝙ non sint ministri imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Ministrare est inferioris: Vnde dicitur Lu.xxii. Quis maior est:qui recumbit an ille qui ministrat? Nõne qui recumbit? Sed Angeli sunt maiores nobis ordine naturæ & statu superiores ut dictũ est:ergo beatissimi spiritus Angelici non uidentur esse ministri imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Perditio rerum administratarũ redundare uidetur in negligentiam administrantis. Vnde dicitur cuidam tertii Re.nono: Custodi uirum istum: qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima illius.Sed multa quottidie eueniunt mala in imperio militantis Ecclesiæ:ut uiolatio sacramentorum:abnegatio Fidei:iniqua dispensatio rerum ecclesiasticarum:& similia quibus angeli subuenire possent uel uisibiliter apparendo:uel miracula faciendo: uel aliquo simili modo.Essent ergo negligentes Angeli si essent ministri imperii militantis Ecclesiæ: Quod patet esse falsum. Non igitur beatissimi spiritus Angelici sunt ministri imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea.Si Angeli beati sunt ministri imperii militantis Ecclesiæ aut uisibiles aut inuisibiles.non uisibiles ut patet: neq; innisibiles. Tum qa sufficit Christus conseruans:de quo dicitur Matth.ultimo: Ecce Ego uobiscũ sum usq; ad consumationem sæculi.Tum qa maxime officium ministerii sui exercerent erga prælatos assistendo:adiuuando:cõseruando. quod non patet neq; auctoritate humana sufficiẽti:neq; diuina.ergo beatissimi Spiritus Angelici nõ sunt ministri ĩperii militãtis Eccľiæ.

¶ In oppositum est quod ait apostolus ad hebr.primo Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.

¶ Respondeo dicendum: In ista quæstione ex doctrina catholica præcipue.S.Doctoris Thomæ de Aquino:qui decoratus mente angelica ac uita spirituali altius clariusq; de beatissimis spiritibus angelicis scripsit tria dicemus:nam primo nonnulla præponemus de eorum multitudine ac uirtute naturali: se-

cundo de eorum administratione corporali dicendum erit atque spirituali: tertio de effectu administrationis spiritualis ac ministrandi.

¶ QVANTVM AD primū. Sciendum: ꝙ Deus creator omnium ut habetur extra de summa tri.& fi.ca.uisibilium & inuisibilium: spiritualium & corporalium: sua omnipotenti uirtute simul ab initio temporis utrāq; de nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem: angelicam uz & mundanam: ac deinde humanam quasi cōmunem ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus quidem & alii homines a deo natura creati sunt boni: sed ipsi per se facti sunt mali. Hæc decretalis. Dicūtur Angeli idest nuncii: quia nuncii sunt diuinorum secretorum siue nobis: siue adinuicem. Sunt autem Angeli in quadam maxima multitudine omnem materialem numerum excedentes: Quod probat. S Thomas & auctoritate Diui Dyonisii: & ratione. Atnāq; B. Dyonisius nono capitulo cele. Hier. Multi sunt beati exercitus supernarum mentium infirmā & constrictam excedentes nostrorum materialium numerorū cōmensurationem: Quem indeterminatum numerum magno determinato numero circunscribit scriptura: Dani. vii. Milia milium ministrabant ei: & decies centena milia assistebant ei. Ratio est: Quanto.n. in entib⁹ aliqua sunt perfectiora tanto in maiori excessa sunt creata: quoniam perfectio uniuersi est principaliter intenta & quæsita ꝓpter se. Hæc uero uniuersi perfectio in ordine consistit: & ideo partes principales integrantes substantiam eius bonum est plurificari quantum possibile est. Quamobrem uidemus corpora cælestia in magno excessu esse secundum magnitudinem. Cum itaq; Angeli sint perfectissimi: sequitur eos in tanto esse numero. Non est autem intelligendus iste excessus angelorum super indiuidua materialia: utputa ꝙ plures sint Angeli q̄ sint aut fuerit folia arborum: grana frumenti: portiunculæ arenæ maris: & huiusmodi: sed ꝙ species angelicæ quæ tot sunt quot angeli numero: excedunt numerum specierum rerum sensibilium: & ut ait. S. Thomas incomparabiliter. Vnde in quæstionibus de potentia Dei. q. vi. ar. vi. in corpore apposuit nomen speciei dicens: ꝙ excedunt omnes species materialium. At numerum excedens incomparabiliter species nature ab hominibus est inexcogitabilis.

¶ COGNOSCVNTVR AVTEM a nobis Angeli intellectualiter tribus modis: ut ait Magnus doctor Albertus in. ii. parte in tractatu quarto. q. xiiii. s. per reuelationem: sicut dicitur ꝙ Paulus in raptu reuelationem accepit & intellectualem cognitionem dispositionis Angelicæ in hierarchiis & ordinibus: & i aliis quæ pertinent ad ornatum angelicum: quam postea docuit. B. Dyonisium: qui descripsit eam in cælesti hierarchia.

¶ Secundo cognoscitur in illuminationib⁹ factis ab ipso Angelo: In intelligibilibus.n. splendor intelligentiæ est qui diffunditur super intelligibile: ut sit intelligibile secundum actum: Et sic phylosophi intellexerunt intelligentiam decimi ordinis. Vnde Auicenna in sua prima phylosophia dicit ꝙ intelligentias: esse in nobis est splendores intelligentiarum esse in nobis. ergo a simili: cum illuminationes Angelorum fiant animæ humanæ nec possit esse ꝙ non percipiant illuminationes sibi factas: nec potest esse quin ex ipsa illuminatione non intelligat illuminatorem: & sic intelligit Angelum. Hinc Zachar primo dicitur. Angelus qui loquebatur in me.

¶ Tertio cognoscitur in opere ministerii: Nam constat ꝙ Angeli ministrant circa nos: & ministerium eorum & sensibiliter & intellectu aliter percipitur: ita ꝙ etiam ex ministerio nominantur: Non autem potest esse quin ex ministerio ministrans non intelligatur: Et ideo phylosophi naturam & numerum intelligentiarum inuestigauerunt & intellexerunt per motus superiorum corporū. Dicit enim Plato: ꝙ motus circularis: intelligentiæ motus est: eo ꝙ est uniformis & regularis: & ab eodem in idem: Quod natura facere non potest. Vnde per diuersitatem mobilium circulariter numerum & ordinem intellexerunt intelligentiarum mouentium. Hæc ex Magno doctore.

¶ QVOD AD VIRTVTEM potentiam q; naturalem Angelorum spectat: Sciendum. Angelos naturæ esse incorruptibilis: sine quibus in hunc mundum sensibilem: ut ait Gregorius in quarto dialogorum nihil disponi potest. Incorpore: siue sint siue boni siue mali existant: qui tamen sibi corpora fingere possunt: ut cum hominibus familiarius cōuersentur. Neq; platonici in hoc audiendi sunt: asserentes Demones esse animalia corpore aerea: mēte passiua: tpore eter

na. Quare pp eorū ulm ac maiestatē natura corporalis nata est ab eis moueri secundū locum nisi ordo uniuersi id impediat: qui soli us Dei imperio subest. Quæ uero institui naturaliter acceperunt in eis manent omnibus siue peccauerint siue non Hoc Dyonisius in Libro quarto de di.no. capitulo quarto astruit dicens. In Demonibus data sunt integra & splendidissima. At quoq; Magister sententiarum quattuor esse attributa angelicæ naturæ simplicitas essentiæ: Perspicacitas intelligentiæ: discretio: personalis: & libertas arbitrii. Nequeunt uero post peccatum ad Deum reuerti naturæ propriæ coacti principiis.

SED IAM DE illorum administratione corporali ac spirituali dicendum est: & ut clarior sit doctrina: ordinatis conclusionibus procedemus. Sit itaq; prima conclusio: Omnia corporalia reguntur per Angelos. Hanc conclusionem asserit. S. Thomas in prima parte. q. ex argumento secundo non solum a sanctis Doctoribus poni sed etiam ab omnibus philosophis qui in corporeas substantias posuerunt quoniam omnis potestas inferior per superiorem gubernatur: ut patet in humanis & in angelicis. Angelica potestas est uniuersalis quia absoluta & intellectualis. Potestas uero corporea est particularis: quia forma indiuiduata per materiam & ad hic & nunc determinata. Igitur Omnia corporalia per Angelos reguntur. Inde Augustinus in libro octoginta trium quæstionum ait: Vnaquæq; res uisibilis in hoc mundo habet Angelicam potestatem sibi præpositā Et Damascenus dicit: Diabolus erat ex his angelicis uirtutibus quæ præerant terrestri ordini: Et Origines dicit super illud numeri. xxii. Cum uidisset asina Angelum: q̄ opus est mundo angelis qui præsunt super bestias: & præsunt animalium natiuitati: & Virgultorum & plantationum & cæterarum rerum incrementis.

Secūda Conclusio Tam & si nouem sint ordines Angelorum. s. Angeli: Archangeli: Principatus: Potestas: Virtutes: Dominationes: Throni: Cherubim & Seraphim: Superiores tamen Angeli. s. Seraphim: Cherubim: Throni & Dominationes nūquā sunt ministri imperii militantis Ecclesiæ. Probatur primo auctoritate. B. Dyonisii dicentis: Superiora agmina in usum exterioris ministerii nequaquā mittuntur secundo ratione Nam: ut ait. B. Thomas in prima parte. q. cxli. argumento quarto M tti ad exterius ministerium proprie conuenit Angelo secundum q̄ ex diuino imperio operatur circa aliquam creaturam corporalem: quod quidem pertinet ad exequutionem diuini ministerii: Proprietas autem Angelorum ex eorum nominibus manifestantur: ut dicit Dyonisius. vii. capitulo Cæle hier. Et ideo angeli illorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur quod esse ministros imperii militantis Ecclesiæ: ex quorum nominibus aliqua exequutio datur intelligi. In nomine autem dominationum aut aliquorum superiorum ordinum non importatur aliqua exequutio: sed sola dispositiōe imperium de exequēdis: Sed in nominibus inferiorum ordinum intelligitur aliqua exequutio: nam Angeli & Archangeli denominantur a denunciando: Virtutes & Potestates dicuntur per respectū ad aliquem actum. Principis etiam est ut dicit Gregorius: inter alios operantes priorem existere. Vnde ad hos quinq; ordines pertinet in externuus ministerium mitti: non autem ad quat uot superiores, Hæc: S. Thomas.

Tertia. Conclusio: Michael Archangelus princeps est ac minister generalis totius imperii militantis Ecclesiæ. Hanc conclusionem probari a. S. Thoma declaratum fuit supra quæstione secundi tituli quinti.

Quarta Conclusio: Quælibet prouincia: omnisq; ciuitas aut gens particulares habent angelos ministros & custodes. Probatur: ecclesiastici. xvii. In unaquaq; gente præposuit rectores. glo. Angelos. Adhuc Esa. lxii. Super muros tuos constitui custodes. glosa. Angelos. Item dicitur Dani. x. q̄ Princeps persarum resistebat Gabrieli angelo ad liberationem populi Israel procurandam. Hieremiæ autem libro de. Babylone dicitur in persona Angelorum: Curauimus Babylonem & non est curata. Vbi glo. dicit Angeli sunt medici sub magno medico constituti. præterea Isaiæ quinto: Auferam sepem eius: & erit in conculcationem. glo. idest. Angelorum custodiam. Itidem psalmo. xc. habetur: Angelis suis mandauit dete: ut custodiant te in omnibus uiis tuis. De hac hominum custodia generali ait. Beatus. Augustinus in libro Soli loquiorum capitulo. xxyiiii. Diligunt nempe Angeli ciues suos: per quos suæ ruinæ sessuras instaurari expectant. Ideoq; magna cura

ec uigilanti studio ad sunt nobis omnibus horis & locis succurrentes & prouidentes ne cessitatibus nostris: & solicite discurrentes inter nos & te domine: Gemitus nostros & suspiria nostra referentes ad te ut impetrent nobis faciem tuæ benignitatis propiciationem & referant ad nos desideratā tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant nobiscum in omnibus uiis nostris: intrant & exeunt nobiscum attente considerantes quam pie quam honeste in medio prauæ nationis conuersemur: quanto studio: quantoq; desiderio quæramus regnum tuum & iusticiam eius: quāto timore & tremore seruiamus tibi: & exultemus in leticia cordis nostri. adiuuant laborantes: protegunt quiescentes: hortantur pugnantes: coronant uicentes: congaudēt gaudentibus: compatiūtur prote inquam: patientibus. Grandis est eorum cura de nobis: & magnus feruor dilectionis eorum erga nos. Et hoc totum propter honorem tuæ inestimabilis charitatis qua Dilexisti nos Hæc Augustinus.

¶ Quinta conclusio. Rationabile est q̄ habentes uniuersalem custodiam hominum ut Episcopi: Reges & Principes: & huiusmodi singularem Angelum habeant assistentem ratione illius administrationis dirigendæ. Probatur: Nam Dani. x. Angelus dixit: Ecce Michael unus de principibus primis uenit in adiutorium meum: Et ego remansi ibi iuxta Regem Persarum. Ratio quoq; idipsum mirum in modum persuadet: nam ut dicemus: Singulis hominibus datur angelus custos ad procurandum salutem illorum & ad præcauenda mala: ergo principibus ualde conueniens est ut plures assitant qui sue & aliorum saluti intendunt: Quiq; si mali fuerint non ea facere queant quæ cupiunt: si boni ea perfici aut quæ etiam suas uires excedunt. Adhuc Plato in Thimeo dicit: q̄ creator nulli rei creatæ a se negat aliquid utilium ad beatitudinē: sed ualde utile est principibus ad suam & aliorum beatitudinem consequendam: siue ad bona efficienda: siue ad mala præcauenda: q̄ habeant Angelos illuminantes: purgantes: & perficientes circa principatus aut suæ gubernationis negocia: ergo principes Angelum saltem habent assistentem ratione administrationis dirigendæ.

¶ Vltima Conclusio: Singuli homines a singulis Angelis custodiuntur. Probatur: Nam Magister sententiarum in secundo dist. xi. Capitulo Illud quoq; sciendum est: inducit super illud Matth. xviii. Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cælis est. B. Hieronymum dicentem: Angelos dicit eorum esse quibus ad custodiam deputati sunt & subdit: Magna dignitas animarum est: ut unusquisq; habeat ab ortu natiuitatis suæ in custodiam sui Angelum delegatum. & Ibidem inducit Gregorium sic dicentem: q̄ Vnus quisq; habet sibi unum Angelum deputatum in custodiam: & unum malum ad exercicium Ratione quoq; probatur: Prouidentia Dei aliter est circa perpetua & circa corruptibilia. Nam incorruptibilibus singuli angeli deputantur ut secundum Gregorium diuersi ordines singulis deputentur rerum generibus: Puta: Potestates ad arcendos demones. Virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis. Et secundum Augustinum: Damascenum & Originem singulis speciebus diuersi Angeli præficiuntur. Sed homo est incorruptibilis non solum quantum ad communem speciem sed etiam quantum ad proprias formas singulorum quæ sunt animæ rationales. Rationabile ergo est q̄ diuersis hominibus diuersi Angeli ad custodiam deputentur: Verum cum præfata conclusio sit apud diuinos Doctores explorata i medium deducere licet Apuleum philosophum qui in Libro de Deo Socratis ita inquit: Ex hac ergo sublimiore Demonum copia Plato autumat singulis hominibus in uita agenda testes & custodes singulos additos: qui nemini conspicui semper adsint omnium non modo actorum testes: uerum etiā cogitatorum: ac ubi e uita remeandū est. eundem illum q nobis præfectus fuit raptare illico & trahere uelut custodiam suam ad iudicium: atq; illic in causa dicenda assistere: si qua commentiatur redarguere: si qua uera dicat asseuerare: prorsus illius testimonio ferri sententiam. Proinde uos omnes qui hanc Platonis diuinam sententiam me interpræte auscultatis: ita animos uestros ad quæcūq; uel agēda uel meditanda formate ut sciatis mihi omnino pistis custodibus nec intra animum nec foris esse secretu: quando curiose omnia participet: omnia uisat: omnia intelligat: & in illis pœnitissimis mentibus unicæ conscientiæ diuersetur. Hic quē dico prorsus custos singularis: præfectus: domesticus speculator indiuiduus: ai bi tenisepabilis testis. malorū iprobator: bonorū pbator: Si rite aiauertatur. sedulo: cogoscatur

religiose colatur ita ut a Socrate iusticia et innocentia cultus est. in rebus incertis perspectator. dubiis præmonitor. periculosis tutator. egenis opitulator q ubi quæ aliarum somniis tum signis: tum etiam fortasse coram cum usus postulat: mala auertere: bona prosperare: humilia sublimare: nutantia fulcire: obscura clarare: sydera aduersa corrigere. Hæc ex Apuleo.

¶ CIRCA EFFECTVM Vero administrationis Angelorũ præcipue spiritualis: sciendumque Magistri solent distinguere duodecim effectus custodiæ siue ministerii Angelorum: licet innumerabilia sint bona quæ hominibus proueniunt ex eorum ministerio. Igitur ut ait Albertus Doctor Magnus in tractatus nono secunde partis in. q. xxxvi. si duodecim effectus Angelicæ custodiæ uelimus accipere secundum attendum duo exigantur ad perfectam custodiam. s. exclusio mali & conductio ad bonum: Penes exclusionem mali sumuntur Septem effectus qui sunt.

¶ Primus est Excitatio: Nam Angeli excitãt a somno ignorantiæ. & illuminant & soluũt a uinculis peccatorum: Et hoc significatur Actuum. xii. ubi sic dicitur: Angelus. Domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo carceris: percussoque latere Petri excitauit eum dicens: Surge uelociter: & ceciderunt cathenæ de manibus eius.

¶ Secundus dicitur Confortatio: Nam Angeli confortant ad labores penitentiæ & confortantia administrant. Et hoc significatur. iii. Re. xix. ubi Angelus dixit ad Heliam cum fugeret Iezabel Surge: comede grandis tibi restat uia. Et ministrauit ei subcinericium panem & uas aquæ: Qui cum surrexisset comedit & bibit: & ambulauit i fortitudine cibi illius usque ad montem Dei Oreb

¶ Tertius est Repulsio: Nam Demones arcent ne instigent ad malum. Hoc significatur Tho. xii. ubi sic dixit Thobias de Angelo Raphaele: Demonium ab uxore mea ipse compescuit.

¶ Quartus effectus est Consolatio: nã cõsolantur tristes: Thobiæ quinto: Dixit Angelus Thobiæ: Gaudium tibi sit & exultatio: Cui cum diceret Thobias: Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo: & lumen cæli non uideo? Respondit Angelus: Forti animo esto quia in proximo est ut a Deo cureris.

¶ Quintus est Auxiliatio: Adiuuant. n. Angeli contra hostes & insidiantes: Esa. xxxvii. Egressus angelus Domini percussit in castris assyriorum centum octoginta quinque milia. Et. iiii. Regum. vi. ubi circa Heliseum apparuerunt equi ignei: & currus defendentes eum ab insidiis Syriorum.

¶ Sextus est Increpatio: Increpant. n. nonnũquam homines pro delictis: Iudicum secundo. Ascendit angelus Domini de Galgalis ad locum flentium & ait: Eduxi uos de terra ægypti & induxi uos in locum istum: pro quo iuraui patribus uestris: & pollicitus sum ut non facerem irritum pactum meum uobiscum: ita dumtaxat ut non feriretis pactum cum habitatoribus terræ huius & aras eorum destrueretis: & noluistis. Quare fecisti hoc?

¶ Septimus est Mitigatio: Mitigant enim Angeli tentationes: Ge. xxxii Ecce uir luctabatur cum Iacob usque mane: qui cum uideret q eum superare non posset tetigit neruũ femoris eius: qui statim emarcuit.

¶ Verum penes conductionem ad bonum sumuntur quinque effectus sequentes.

¶ Octauus est. Reuelatio: Reuelant namque Angeli mysteria per apparitiones & uisiones: Et hoc significatur Ge. xviii. ubi tres Angeli apparuerunt Abrae et instruxerunt eum de sacramento incarnationis: & unus eorum dixit: Num celare possum Abraam quæ gesturus sum: cum futurus sit in gentem magnam & robustissimam: & benedicende sunt in eo omnes nationes terræ.

¶ Nonus dicitur. eruditio: Nam docent Angeli beati & instruunt homines: Dan. x. Dixit Angelus Danieli: Hunc egressus sum ut docerem te: & intelligeres.

¶ Decimus est ablatio. Angeli namque auferunt impedimentum ad bonum: & præparant uiam. Malachiæ. iii Ecce ego mitto Angelum meum & præparabit uiam ante faciem tuam.

¶ Vndecimus est Deductio: Deducunt. n. Angeli boni & conducunt in uia: Thobiæ quinto: Ego sanum ducam & reducam filium tuum. Et ibidem, Credo q Angelus bonus comitetur ei: Et disponit omnia quæ geruntur.

¶ Duodecimus est oblatio: Tho. xii. Quando orabas cum lachrimis & sepeliebas mortuos. & derelinquebas prandium tuum & mortuos abscondebas per diem in domo tua & nocte eos sepeliebas: ego obtuli orationẽ tuã Domino Hinc Bernardus. vii. sermõe sup Cantica dicit: Credimus angelos astare orãti

bus & offerre Deo præces & uota hominum ubi tamen sine ira & discrepatione leuari puras manus prospexerint. Hos itaq; duodecim effectus ministerii Angelici quáuis alii aliter ordinent: nos tamen ita ordinandos censemus: qui etiá his uersibus facilius memoriæ herent.

ℭ Excitat & fortem: pellit: solatia præstat: Ad iuuat & increpat: mitigat: docetq; reuelat: Aufert & dicit: offert bonus angelus ista:

ℭ Verum modus custudiendi & ministrandi præfatos effectus est multiplex & diuersus secundum diuersos effectus ante dictos. Et aliquando Angelus per effectum est in corpore intus contubernalis animæ: aliquando concomitans per corpus assumptum: & ordinando species ad ymaginationem & intellectum dicitur suggerens & hortans: non creans præparatoriæ.n. operatur tantum sicut agricolæ ad fruges. Deus autem solus creat species quas immitit spiritui & intellectui. Et hoc intendit dicere Bernardus & non aliter cum ait ad Eugenium Papam: In est angelis suggerens bonum: bonú non ingerens. inest hortans ad bonum: non bonum creans. Quisquis es qui legis ni pigeat uide magnú Doctorem locis præadductis.

ℭ Ad primum ergo dicendum: q oportet ministros esse de imperio regis cuius sunt ministri: non autem esse de statu aut regione eorum quibus gratia regis immediate ministrát. Sunt autem Angeli de imperio Dei Maximi licet non sint uiatores sed compræhensores:

ℭ Ad secundum dicendum: q non semper. ille cui immediate exhibetur ministerium est maior: nam & Reges solent plerumq; pauperibus ministrare ille tamen cuius gratia fit ministerium. ut sic. habet rationem superioritatis Beatissimi itaq; spiritus propter Dei uoluntatem exequændam quæ illorum ministerii est finis ultimus: imperio militantis Ecclesiæ ministrant: quamuis ordine nature & statu hominibus in eodem imperio existentibus superiores sint.

ℭ Ad tertium dicendum: q sicut homines a naturali instinctu boni discedunt propter passionem peccati: ita etiam discedunt ab instigatione bonorum Angelorum: quæ fit inuisibiliter per hoc q homines illuminant ad bene agendum. Vnde q homines pereunt non est imputandum negligentiæ Angelorum: sed militiæ hominú. quod autem aliquando hominibus præter legem comunem uisibiliter apparét ex speciali Dei gratia est: sicut etiam præter ordinem naturæ miracula fiunt.

ℭ Ad quartum dicendum est: q ad bonum operandum duo requiruntur: Primo quidem q affectus inclinetur ad bonum: Quod quidem fit in nobis per habitum uirtutis moralis Secundo autem q ratio inueniat congruas uias ad perficiendum bonum uirtutis: Quod philosophus attribuit prudentiæ. Quantum ergo ad primum Christus immediate custodit imperium militantis Ecclesiæ hominibus infundendo gratiam & uirtutes Quantum autem ad secundum Christus custodit imperium militantis Ecclesiæ sicut. uniuersalis instructor & defensor cuius instructio & defensio peruenit ad nos mediantibus Angelis. Ad id uero quod obiicitur de officio ministerii erga prælatos patet responsio per ea quæ dicta sunt in corpore quæstionis.

ℭ Ad Auctoritatem. B. Pauli quæ in oppositum obiiciebatur dicendum est: q omnes angeli mittuntur missione inuisibili: quæ fit per illuminationem: nam unus angelus alium illuminat: non autem omnes mittuntur missione uisibili: quæ est secundum exterius ministerium. Vel aliter dicendum: q Apostolus inducit illud ad probandum q Christus sit maior Angelis per quos data est lex: ut sic ostendat excelentiam nouæ legis ad ueterem. Vnde non oportet q intelligatur nisi de Angelis ministeriis per quos data est lex.

ℭ Vtrum Summus Pontifex conuenienter debeat dici minister Imperii militantis Ecclesiæ Quæstio Tertia.



D Tertiam quæstionem sic proceditur Videtur q. Summus Pontifex conuenienter debeat dici minister imperii militantis Ecclesiæ Primo quidé: Successor ac uicarius Christi in terris est Súmus pontifex. De Christo autem dicitur: Filius hominis non uenit ministrare sed ministrari: ergo Papa conuenienter dicendus est minister imperii

militantis Ecclesiae.

¶ Praeterea sacerdotes Episcopi propter mini sterium rerum diuinarum in sacris litteris dicunt angeli: quod conuenientissime appellatur ministri imperii militantis Ecclesiae: ut habetur Apocalipsis secundo capitulo: ubi Episcopos ecclesiarum Asiae uocat sacra scriptura angelos sed Papa est summus ac primus omnium sacerdotum: ergo conuenienter debet uocari minister imperii militantis Ecclesiae.

¶ Praeterea Lucae. xxii. dicitur: Qui maior est in uobis fiat sicut minor & qui praecessor est sicut minister. sed Summus Pontifex est praecessor in imperio militantis Ecclesiae: ergo Papa conuenienter dici debet minister imperii militantis Ecclesiae.

¶ Praeterea: Summus Pontifex dicitur seruus seruorum Dei ex institutione. B. Gregorii: ergo pariter debet dici minister imperii militantis Ecclesiae: praecipue cum talis denominatio iudeatur sumpta ex euangelist

¶ In oppositum est quod habetur Io. primo: Vbi Christus mutauit nomen. B. Petro primo omnium summo pontifici: Nam prius uocabatur Simon quod interpraetatur obediens: Io. ultimo: Simon Ioannes diligis me plus his? Sed Christus mutauit ei nomen dicens: Tu uocaberis Cephas: idest Petrus siue firmus: & hoc propter dignitatem summi pontificatus ergo conuenienter non debet Papa nominari Minister imperii militantis Ecclesiae.

¶ Respondeo dicendum quod quamuis Summus pontifex secundum rem sit primus & generalis minister totius imperii militantis Ecclesiae gerens in terris uices Christi: de quo dicitur Lucae. xxii. Ego autem in medio uestri sum sicut qui ministrat: non conuenit tamen ipsum nominari ministrum triplici ratione. ¶ exemplaritatis Maiestatis: & uniuersalis Auctoritatis.

¶ Exemplo si quidem primo Christi qui ut dictum est instituens. B. Petrum summum pontificem mutauit nomen proprium in quaddam nomen quod altitudinem significabat. Secundo exemplo uniuersalis Ecclesiae: quae in consecratione noui Pontificis ordinauit ut nomen proprium mutaretur: quod rationabiliter factum fuisse notat Archidi. super. vi. in principio: Tum ut nouiter electo innuatur quod totus innouari debeat & induere nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis Tum quia illum nominari non decet nisi nominibus ueneratione importantibus: Sicut dicitur de quodam Papa Leone qui dicebat prius Os porci.

¶ Secundo ratione Maiestatis: est autem Maiestas ut ait. S. Thomas super epistolam ad hebr. Lectione secunda Summa potestas de qua in sequenti libro latius disputabitur propter quam Papa honorandus est re & nomine. honore sanctis debito. Nam honor secundum Tulium est exhibitio reuerentiae in testimonium uirtutis: In sanctis autem requiritur bonitas: ueritas: & iustitiae aequitas quae debent supponi esse in summo Pontifice: Etiam quod peccator existere possit simul & Papa: iuxta illud prime ad Cor. v. Sic nos existimet homo ut ministros Christi. Nam Summi pontificatus maiestas secundum se talem exigit uirum: qui si aliter fuerit: relinquendus est diuino iudicio Propterea omnes Summi pontifices indifferenter beatissimi ac Sanctissimi solent appellari. Papa quoque magis repraesentat Christum quam Angeli: & quantum ad naturae conformitatem: quia Dei filius nunquam Angelos apprahendit sed semen Abrae & quantum ad offici potestatem: quia nulli Angelorum concessit claues ligandi atque soluendi in caelo & in terra sicut concessit Summo pontifici. Et ideo licet Angeli uocentur ministri: non tamen uidetur conueniens in Papa saltem communi nuncupatione.

¶ Tertio ratione uniuersalis auctoritatis: Nam cum Papae potestas omnem potestatem imperii militantis Ecclesiae praecedat eique subsit quantum ad tria. ¶ quantum ad correctionem ad institutionem. & ad subsidii exhibitionem. Nam omnis res publica tenetur suffragari capiti reipublicae ad quod ordinatur & a cuius ordine dependentur dicit phylosophus. xii. Methaphysicae: ideo nulla denominatione communi conuenit Papam uocari qua ualescat inferioribus: sicut est nomen Ministri.

¶ Verum cum auctoritas Summi pontificis sit in ordine ad Deum tantummodo: & Christi pientissimi uices gerat ideo nominibus reuerentiam diuinam personantibus dumtaxat Papa nominatur quando eius dignitatem non personam exprimere uolumus Vt sunt nomina Patriarchae: Episcopi: Sancti: Sanctissimi: Beati: Beatissimi: & similia. Nam competere debent nomina Papae non solum dignitati: sed modo ac fini dignitatis: Vnde licet sit Imperator & rex eminentiore auctoritate

Illis nominibus eum tamen nominare non conuenit. Seruus autem seruorum Dei conuenienter dicitur. Hoc.n.nomen & maxime venerationis est & humilitatis. Venerationis quidem est & secundum existentiam: nā honor est premium uirtutis.uera autem uirtutes ut potestate ad uetū hominis finē ordinatæ in solis seruis Dei reperiuntur. Et secundum apparentiam: nam seruitus diuina maxime excitat subiectos ad uenerationem superioris. Vnde et Regibus consulitur ut sint Deicolæ: quo magis uenerentur ac timeantur. Quia uero ipso sono magis humilitatem indicare uidetur q̄ Maiestatem: quæ nomina Pontificis semper personare debent: ideo Seruus seruorum Dei Papa se nominat postq̄ Episcopum simpliciter se appellauit. Inde Chrisostomus exponens illud uerbum. Io. ultimo: Pasce oues meas ait: Pasce oues meas: idest loco mei præpositus esto fratrum et caput: idest non solum re sed etiam uoce. unde subiungit: Vt ipsi in loco meo te assumētes ubiq̄ terrarum in throno tuo sedentem prædicent et confirment.

Et per hæc patet responsio ad argumēta.

Vtrum Reuerēdissimi Domini Cardinales post Papam sint præstantiores ministri imperii militantis Ecclesiæ. Quæstio Quarta.

AD quartam quæstionem sic proceditur: Videtur q̄ Reuerendissimi Domini Cardinales post Papam non sint præstantiores ministri imperii militantis Ecclesiæ: Primo quidem: Ministri imperii militantis Ecclesiæ instituti diuina auctoritate uidentur esse præstantiores his qui instituti sunt humano iure sed Cardinales uidentur esse instituti humanis legibus: ergo non sunt præstantiores ministri imperii militantis Ecclesiæ post Papam: cum multi alii sint diuino imperio instituti. Maior notat Secunda probatur: Tum quia nulla fit mentio in noui testamenti scriptura de Cardinalibus: neq̄ tempore Christi aut Apostolorū aliquando legitur facta mētio de illorum statu. Principales autem ministri Ecclesiæ sunt in ueteri testamento figurati & incolati: & in nouo plenius expleti: ut habetur in capitulo Decretis di.xxi. Tum quia uidentur Cardinales instituti a.B.Pontiano Papa: qui fuit Anno Domini.ccxxi. ut quædam hystoriæ referunt.

Præterea Dignitas Episcopalis est suprema in Ecclesia: Vnde.B.Dyonisius ordinem Episcoporum dicit Supremū in Ecclesia: & Episcopi dicuntur Summi sacerdotes & Pōtifices maximi: ut in capitulo Cleros.di.xxi. ergo Cardinales non sunt præstantiores ministri post Papā i militātis Ecclesiæ Imperio.

Præterea: Dignitas potentiæ sumitur ex dignitate actuum ad quos ordinatur: sed officia & actus ad quæ Cardinales sunt inst tuti non transcendunt genus officiorum & actuum simplicium sacerdotum: Nam legitur de.B.Marcello qui fuit circa annos Domini.ccciiii q̄ constituit in urbe Romana uiginti quinq̄ Cardinalatus siue titulos Cardinalium: quasi Dioceses propter baptisma & propter cimiteria ad sepeliendum martyres & propter pœnitentes: & propter questos & ex gentilibus: quæ non transcendunt potestatem Sacerdotum: ergo Cardinales non sunt pstantiores ministri Sacerdotib⁹ simplicib⁹.

In oppositum est: q̄ Cardinales sunt loco Apostolorum: utpote tamquam principales assessores: consiliarii atq̄ cooperatores: & in exequutione sacerdotalis officii coadiutores Sumi pontificis: iuxta uerba Bonifacii Papæ octaui in capitulo Fundamenta de elec. in Sexto. ergo post Papam sunt præstātiores ministri imperii militantis Ecclesiæ.

Respondeo dicendum:

Vt lucidius pateat Dominorum Cardinalium suprema dignitas post Papam atq̄ institutio. iii. Conclusiones probandæ sunt.

PRIMA CONCLVSIO: Institutio status atq̄ ordinis dominorum Cardinalium non est solum de iure positiuo sed etiam de iure diuino: Probatur: Nam Summus Pontifex eligit personas ydoneas quibus confert maiorē uel minorem Auctoritatem pro ut uult assumens eas ad cardinalatum: ut patet in capitulo præadducto Fundamenta. Similiter quātum ad nomen sunt instituti Cardinales: Nam Christus eos Apostolos prius uocauit: Deinde ab Ecclesia dicti sunt Cardinales: Tum propter reuerentiam Christi & Apostolorum: Sicut.n. nō decet ut Papa qui est Christi successor in terris uocetur Christus: ita non conuenit ut successores Apostolorum uocentur Apostoli. Vocantur ergo Cardinales idest principales: propter Ecclesiam Romanam cui deseruiunt. Ipsa.n. est caput & cardo aliarū ecclesiarum di.xxii. Sacro

sanctę. Item propter actum in quo deseruiunt: unicuiusque deseruiunt in actibus principalibus siue uniuersalibus imperii militantis Ecclesiæ. & ideo sicut ostium uertitur in cardine: ut dicitur prouerbiorum.xxvi. Ostium uertitur in cardine: ita consilio Dominorum Cardinalium Ecclesiam regit Papa: qui est ostium uitæ æternæ. Dicuntur etiam Cardinales idest principales. (ita.n.iura solent hunc terminum Cardinales accipere. vi.q.i. Pastoralis &.xxi. q.prima. Relatio) propter finem gratia cuius deseruiunt: qui est uniuersalis status pacificus atque ordinatus imperii militantis Ecclesiæ. Nam causis uniuersalibus correspondent effectus siue fines uniuersales ut dicit Arist. secundo physicorum capitulo de Causis. Quapropter Cardinales consuetudine modi loquendi iurium dicuntur pars corporis Papæ. Vnde cum ad prouincias regendas mittuntur mitti de latere Papæ censentur: ut in capitulo De creto secunda.q.vi.B.Gregorius dicit. Beatus quoque Bernardus de eis ad Eugenium loquens libro de consideratione uocat collaterales Papæ & eius coadiutores. Quapropter Archidia. in capitulo Sacro sancta.di.xxii.dicit: quod Papa conuenienter se etiam inter Cardinales connumerat. Sic itaque Status & ordo Dominorum Cardinalium humanam habet institutionem quod uero habeat diuinam declaratur: Est autem Sciendum pro ampliori intelligentia rationis quod in Apostolis tria considerantur ab Ecclesia: Primum est assistentia circa Christum ad obediendum: Lucæ.xxii. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus. Secundum est consessus circa Petrum Christi uices gerentem ad consulendum ut patet in actibus Apostolorum. Tertium est diuisio eorum per mundum ad docendum: quando.s.a Petro separati eiusque auctoritate suffulti per mundum dispersi sunt ad prædicandum singulas prouincias in sortem prædicationis accipientes: iuxta mandatum Saluatoris Marci ultimo: Euntes in mundum uniuersum: prædicate euangelium omni creaturæ. Arguitur ergo sic: Status & ordo Apostolorum est institutus auctoritate diuina quia Christi. Sed Cardinales tenent locum Apostolorum circa Papam quantum ad primum & ad secundum: ergo ordo siue status dominorum Cardinalium est institutus auctoritate diuina. Hinc Apostolus ad Ephe. primo ait: Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod ascendens in altum dedit dona hominibus: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: alios prophetas. alios euangelistas: alios autem pastores & doctores ad consumationem sanctorum in opus ministerii ædificationis corporis Christi. Hinc.B. Bernardus.li.de consideratione de Cardinalibus loquens Papæ Eugenio tertio ita dicit: Hi quoque qui tibi continuo assistunt seniores populi: orbis iudices.&c. Merito autem iudices orbis dicuntur: quoniam habent ampliorem auctoritatem cæteris a Papa ligandi atque soluendi. Seniores uero orbis sunt: de quibus mystice intelligi potest illud Apoc.iiii. Sedes posita est (.s.apostolica) in cælo: idest in Ecclesia militante. Et supra sedem sedens: idest Romanus pontifex. & in circuitu eius sedilia uiginti quattuor: & super thronos uiginti quattuor seniores: idest Cardinales: quo nomine maturitas discretionis designatur. Sedentes amicti stolis albis: & in capitibus eorum omnes coronæ aureæ. In hoc uero quod sedentes describuntur animi tranquillitas designatur: puritas autem uitæ eorum per amictum stolarum albarum innuitur. Manifestum itaque ex prædictis est quod Cardinalatus status est diuina auctoritate firmatus primo in apostolis: qui ut ex dictis sequitur primo fuerunt Cardinales quam Episcopi: & prius Cardinales orbis quam urbis.

¶ SECVNDA CONCLVSIO Status Cardinalium est status perfectionis statum perfectorum repræsentans non perficiendorum Prima pars conclusionis manifesta est: nam status apostolicus est status perfectionis. Secunda pars probatur: nam primo assistunt Pontifici ut perfectissimi spiritus angelici Deo qui seraphin idest ardentes interpretantur. Quapropter insigniuntur Pileo rubeo ad ostendendum quod debent esse perfectissimæ charitatis. Item repræsentant Cardinales Apostolos Christo assistentes: qui fuerunt perfecti respectu turbæ & aliorum perficiendorum per eos & perfectiores etiam post resurrectionem quam ante: licet fuerint perficiendi respectu pacis & perfectionis quam habuerunt in aduentu Spiritus sancti. Et quamuis quod dictum est de assistentia Cardinalium ad Papam sit de lege comuni & secundum communem statum: tamen suborta causa non tollitur quin Cardinales aliquando mittantur ut Legati: quod etiam de Seraphim qui sunt Angeli assistentes Deo in cælesti hierarchia legitur Isaiæ.vi. De perfectione in Cardinalibus inuenienda scribit.B.Bernardus ad Eugenium di-

cens: Eligendi sunt qui Regibus Ioannem exhibeant: ægyptiis Moysen fornicantibus Phinees. Heliam ydolatris: Heliseum auaris Petrum mentientibus: Paulum blasphemantibus & negantibus Christum. Hæc ille.

¶ TERTIA CONCLVSIO: In statu Dominorum Cardinalium conuenienter reperitur triplex ordo. s. Episcoporum: Presbyterorum. & Dyaconorum Probatur: nam hierarchichus ordo imperii militantis Ecclesiæ est exemplatus ab ordine hierarchicho triumphantis ecclesiæ ut supra dictum fuit Sed prima hierarchia Angelorum iuxta. B. Dyonisium in capitulo. vii. Celestis hierarchiæ: &. B. Gregorium. xxxiiii. moralium distinguitur in tres ordies. s. in Seraphin: Cherubin: & Thronos. Recte ergo sunt tres ordines Cardinalium Seraphin. n. ordinem Episcoporum Cardinalium repræsentat: Qui præ cæteris aliis instar Seraphin in amore sui Creatoris intensissimi esse debent. In ordine Cherubin est exemplatus ordo dominorum præsbyterorum Cardinalium: qui instar Cherubim sapientissimi esse debent atque in diuinis rebus eruditissimi. Demum in ordine Thronorum exemplati sunt Domini Cardinales Dyaconi: qui instar Thronorum debent tanta auctoritatis & iusticiæ rectitudine firmari: quod ut dicit. B. Bernardus ubi supra stent uiriliter pro afflictis: & iudicent in æquitate pro mansueris terræ.

¶ Quarta Con: Reuerendissimi Domini Cardinales sunt præstantiores ministri imperii militantis Ecclesiæ: Et ideo post Papam honore sunt cæteris ecclesiæ prælatis præferendi. Probatur. Tum quia dignitas Cardinalium præstat dignitatibus cæterorum ministrorum Ecclesiæ institutione & origine: quia apostolica ut dictum est, cuius autem prior est institutio alios præire debet honore: iuxta capitulum primum de ma. & obedientia. Tum quia ad uniuersale regimen imperii militantis ecclesiæ una cum Papa uocati iuxta capitulum Bonæ extra de postu. prælatorum. Tum quia gaudent Romæ eo priuilegio apud Papam quo gaudebant patricii & Senatores tempore Imperatorum qui primi erant dignitate ut. C. de Con. mu. li. xii. Hoc autem habetur in capitulo Constantinus di. xcvi. Tum quia Papæ assistentes omnes alios cuiuscunque dignitatis existant iudicant. Maioris autem dignitatis est qui iudicat quam qui iudicatur: ut in capitulo inferior di. xxi. Et per consequens honore sunt cæteris præferendi. Quare merito illud psalmi. xliiii de Cardinalibus exponi potest: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: Constitues eos principes. Vnde in eorum creatione dicit Papa. Estote fratres mei & principes mundi. Verum genus uiuendi domesticum Dominorum Cardinalium: Regiam familiam atque nobilissima omnia laudare aut reprehendere apostolici reuerentia culminis nos terret.

¶ Ad primum ergo dicendum est: quod status Cardinalium est institutus auctoritate diuina quo ad rem: & Deo uolente usque ad finem mundi perseuerabit. Vnde & loco Iudæ Apostoli diuinitus inspirati interponente. B. Petro suam auctoritatem Sanctus Mathias communi electione successit: ut habetur actuum primo. Quo autem ad nomen humana auctoritate est institutus status Cardinalium: sicut & multa alia nomina: ut Papa: Patriarcha: Archiepiscopus. & hoc rationabiliter ut dictum fuit. Figura uero status dominorum Cardinalium præcessit in antiquo testamento in senioribus illis quos Moyses Dux populi Dei elegisse dicitur secum in adiutorium regiminis populi Israelis de quibus habetur Exodi Decimo octauo: & in Sacerdotibus leuitici generis de quibus habetur Deuter. xvii. Vt Innocentius tertius in concilio generali prædictus exponit: sicut habetur in capitulo Per uenerabilem extra qui fi. sint le. Concedimus autem B. Pontiani temporibus Cardinalis nomen clarum emicuisse: siue. B. Marcelli: siue. B. Siluestri temporibus ut quidam dicunt. Antea n. Diacones aut Præsbyteri urbis dicebantur. Vnde legitur De. B. Petro quod Linum & Cletum habuit assistentes sibi ut Cardinales. Linus uero qui immediate successit. B. Petro legitur fecisse duas ordinationes: uidelicet Episcopos Vndecim: Præsbyteros. xviii. Cletus sequens dicitur instituisse. xxv. titulos: Anacletus etiam qui successit. B. Clementi ut asserit Godefredus Viterbiensis dicitur. vii. Dyacones Cardinales in urbe instituisse: & sic de aliis credendum est. Fuerunt ergo Cardinales re semper sub pontificibus: licet non semper nomine.

¶ Ad secundum dicendum: quod Cardinales præcedunt Episcopos assistentiæ & uniuersalis administrationis sublimitate: Episcopi uero maiores sunt Cardinalibus non episcopis ordinis dignitate: secundum quem ordinem succedunt Apostolis quantum ad id quod in Apostolis consideratur post diuisionem ut dictum fuit. etiam secundum hunc sensum sunt accipienda adducta in oppositum. Neque incō-

ncit unum & idem & eidem cōparatum esse dignius & indignius propter comparationē ad diuersa: Nam & B.Petrus par fuit ordinis potestate eisdem tamen maior fuit administrationeiurisdictione & dignitate.ii.q vii.ca. Puto.Hoc idem patet in Archidiacono & Archipræsbytero: ut patet in capitulo Perlectis. di.xxv.Et etiam de officio Archi præsbyteri. Et ad hunc sensum.glo.in capitulo. Quamquam secunda.q.vii.deducit q̄ quilibet Episcopus maior est Præsbytero Cardinali. s. ordine

Ad tertium dicendum est: q̄ assistere summo pontifici & illi cooperari in regimine uniuersalis Ecclesiæ est actus transcendens potentiam cuiusq; sacerdotis non Cardinalis.q̄ uero fuerint Cardinales deputati per.B.Marcellum baptismati ac sepulturæ martyrum non derogat dignitati eorum:neq; actus illius proprios aufert: cum sint cooperatores Christi maxime instante tempore persequutionis:quo cardinales ac quoscunq; indignitate constitutos decet christiana opera exercere. Nam & Christum misisse discipulos ante faciem suam in omnem locum quo erat ipse uenturus legitur Lucæ decimo. Inter præcipuas uero laudes attributas. B. Euthiciano attribuitur:q̄.cce.xlii.martyres propria manu sepeliuit.

Vtrum Episcopi in Imperio militantis Ecclesiæ sint in statu perfectiori quam Martyres aut prædicatores:aut etiam alii Religiosi: Quæstio Quinta.

AD quintam quæstionem sic proceditur:Videtur q̄ Episcopi in imperio militantis Ecclesiæ sint in statu perfectiori quam Martyres. Primo quidem: Episcopi ut dictum fuit:succedunt loco Apostolorum in Ecclesia.Sed status Apostolorum fuit perfectissimus:ergo Episcopi sunt in statu perfectiori in imperio militantis Ecclesiæ quam Martyres.

Præterea: Status perfectionis est eorum quæ cadunt sub consilio ut supra dictum fuit.

Sed Martyrium non cadit sub consilio: Tum quia nonnūquam inuoluntarium est ut in pueris innocentibus: Tum quia omnes casu eueniente ad illud tenentur.Vnde etiam in primitiua ecclesia multi coniugati qui nō dicuntur esse in statu perfectionis ut supra dictum fuit: martyrio leguntur coronati ergo uidentur Episcopi esse in statu perfectiori q̄ Martyres.

Præterea: Status imperfectior sub est perfectiori:Sed statui Episcoporum prædicatores & omnes alii religiosi subiici uidētur ut habetur in capitulo Cunctis.xvi.q.prima ergo sunt in statu perfectiori Episcopi quam prædicatores:aut alii religiosi imperii militantis Ecclesiæ.

In oppositum est quod dicitur Io.xv.Maiorem hac dilectionem nemo habet:quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vbi Augustinus ait:Hoc Martyres ardenti dilectione fecerunt: ideo ad mensam Christi non sic eos commemoramus sicut & alios ut pro eis oremus:sed magis ut eorum uestigiis inhæreamus. Item Status prædicatorū procedit ex plenitudine contemplationis & dilectionis Dei ad quam multæ quoq; religiones ordinantur: Status uero Episcoporum ordinatur ad dilectionem proximi cui⁹ curæ super intendunt:unde etiam denominātur:ut patet per Augustinum.xix.de ci.Dei: & per consequens ad uitam actiuam. Ergo status Episcoporum non est perfectior in imperio militantis Ecclesiæ quam Martyres:aut Prædicatores:aut etiam alii Religiosi.

Respondeo dicendum: In explanatione huius quæstionis:primo dicendum est de distinctione Episcopi & Sacerdotis.deinde satisfaciendum est quæsito per conclusioens.

Quantum ad primum Sciendum est: q̄ non solum humana institutione sed etiam diuina inter Episcopum & Præsbyterum siue Sacerdotem differētia existit realis:Quod sic communiter ostenditur:Ea quæ sunt in noua lege figurata sunt per ea quæ fuerunt in ueteri lege. nunc autem ita est:q̄ in ueteri lege Episcopus siue summus Sacerdos ex diuina ordinatione consecrabatur speciali consecratione:& ad specialem actum ultra simplices sacerdotes qui habebant in suis officiis alios ordinare:& cui soli licitum.Erat in sancta sanctorum semel in anno ingredi:ungebatur oleo sacræ unctionis.Ergo similiter uidetur q̄ ex diuina institutione sit ut caput Episcopi qui est summus Sacerdos consecretur unctione Chrismatis ad specialem actum qui ei competit: sicut est ministros consecrare & ordinare: & alia huiusmodi quæ solis Episcopis conueniunt:quæ ponuntur a.B.

Isidoro in capitulo Perlectis di.xxv. Sic itaq; inter Episcopum & Sacerdotem diuina institutione est realis distinctio. Et licet B. Hironimus ut patet in capitulo legimus.xciii.di. uideatur probare eundem esse Episcopum & Sacerdotem: tamen est intelligendus solum quod corpus Christi uerum: eiusdem.n. sunt auctoritatis Episcopus et Præsbyter quantū ad consecrationem corporis Christi: non autem quantum ad corpus mysticum: Alias iura periculose uiderentur determinasse simplices Sacerdotes nihil efficere in collatione eorum quæ ad solos spectant Episcopos ut de confirmatione dicitur in capitulo unctioné extra de sa.Vn.& in capitulo. Manus de.cōs. di.quinta. Vnde.B.Tho.in secunda secunde. q.clxxxiiii.argumento sexto ad primum dicit sic: Dicere autem præsbyteros non differre ab Episcopis inter dogmata heretica numerat. Augustinus Li.li.de heresibus ubi dicit q; Arriani dicebant præsbyterum ab Episcopo nulla differentia debere discerni.

¶ QVANTVM AD SECVNDVM.

¶ Sit prima Conclusio Episcopi: Martyres: prædicatores & alii Religiosi omnes tenent locum Apostolorum licet diuersimode: probatur: nam Episcopi tenent locum Apostolorum duodecim.lxxviii.di. Quorum. Tum qa corpus Christi conficiunt: Tum quia habent claues regni cælorum.xi.q.iii. Absit. Tum qa id agunt quod egere Apostoli post diuisionem: ut in præcedenti quæstione dictum fuit Martyres etiam qui fideles testes dicuntur tenent locum Apostolorum: de quibus dicitur: Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Actuū quarto. Prædicatores autem in officio prædicationis uices gerunt Apostolorum: quibus mādatum fuit Mar.ultimo: Euntes in mundum uniuersum: prædicate euangeliū omni creaturæ. Alii quoq; Religiosi similes sunt Apostolis: aut quia renunciauerunt omnibus quæ possident: Math.xix. Ecce nos reliquimus omnia.ut Monachi: ut habetur in capitulo ex auctoritate.xvi.q.prima. Aut quia Sacerdotes qui etiam aliquando Episcopi dicti sunt: ut in capitulo legimus.xciii.di. Item.glo. Lucæ. x. super illud Post hæc autem designauit dominus &c. ait: Sicut in Apostolis forma est Episcoporum: sic & in septuaginta duobus discipulis forma est Præsbyterorum secundi ordinis.

¶ Secunda Conclusio: Maiores prælati ut Episcopi sunt in statu perfectionis: probatur: nam in ipsis est obligatio ppetua ad ea quæ sunt perfectionis cum aliqua solemnitate: igitur sunt in statu perfectionis. Consequentia nota per ea quæ dicta sunt supra. Ans probatur: Obligant.n.se ad ea quæ sunt perfectionis assumentes pastorale officium: ad quod pertinet ut animam suam pastor ponat pro ouibus suis: sicut dicitur. Io.x. Vnde Apostolus dicit prime ad Thimo. Vltimo: Confessus es bonam confessionem coram multis testibus: idest in tua ordinatione: ut glo. ibidem dicit. Adhibetur etiam quædam solemnitas consecrationis simul cum professione prædicta: secundum illud secunde ad thi.primo. Resuscites gratiam Dei quæ in te est per impositionem manuum tuarum: Quod glo. exponit de gratia Episcopali. Et Dyo dicit: quin in capitulo.cele.hier. q; Summus Sacerdos.s. Episcopus in sua ordinatione habet eloquiorum super caput sanct sinnam suppositioné: ut significetur q; ipse é principaliter particeps integre totius hierarchiæ uirtutis: Et q; ipse non solū sit illuminantius omnium: quod pertinet ad sanctas loqutiones & actiones: sed q; etiam hoc aliis tradat Vnde Episcopi quia sunt in statu perfectionis: non nisi auctoritate Súmi pontificis ad quē etiam solum pertinet in uotis perpetuis dispēsare: possunt episcopalē: curā deserere: & ex certis causis: ut notat. S. Thomas secunda secunde.q.clxxxv. ar.quarto.

¶ TERTIA CONCLVSIO: Præsbyteri curati & Archidiaconi ac cæteri inferiores plati similiter Sacerdotes simplices non dicuntur esse in statu pfectionis: quāuis interior pfectio requiratur ad hoc q; huiusmodi actus digne exerceāt. Huius cōclusionis secūda pars ex superioribus manifesta ē: prima uero pbatur ex s.Tho.ubi.supra.q.clxxxiiii. Primo quidē rōe nā in pfatis duo considerari possunt: ordo.s. & cura. Sed nō dicuntur esse in statu pfectiōis ex parte ordinis: quia nō obligāt se ut sic ad ea quæ sunt perfectiōis: nisi quātū in Ecclesia occidētali in susceptione sacri ordinis emittitur uotū continentiæ: quod est unum eorum quæ ad perfectionē pertinēt. Sed neq; ex parte curæ: cū non obligentur ad eā ex uoto Vnde possunt eā deserere uel transeundo ad religioné etiā absq; licētia Episcopi: ut habetur in decretis.xvi.q.ii.& etiā cū licētia Epi potest aliqs Archidiaconus archidiaconatū uel parrochiā dimittere & simplicē pbendā sine cura accipere: quod nullomodo liceret si essent in statu

perfectionis.Nemo.n.mittēs manū ad aratrū & respiciēs retro est aptus regno Dei.Lu.viiii. Igitur magis obtinent quoddā officiū ad perfectionē pertinens ꝙ perfectiōis statū.secūdo probatur.Cōclusio auctoritate . B.Dyonisii in quarto capitulo cele.hier.dicētis:Pōtificū quidē ordo cōsumatiuꝰ.est & pfectiuus sacerdotis autē illuminatiuꝰ & lucidus ministrauum uero purgatiuus & discretiuus.

¶Quarta Cōclusio:Martyriū nō facit statum Patet:q̄ non est obligatio ꝑpetua cū solemnitate ad illū actū.Ex quibus sequitur ꝙ Prædicatores nisi obligent se ex uoto ad cōsilia.ut fit in ordine prædicatorū nō sunt in statu perfectiōis.Et ideo a fratribus Ordinis nostri est diligēter aduertendū ꝙ profitemur consilia ut prædicemus.Finis autē præstātior est his quæ sunt ad finē.Quaobrē fratres ꝑdicatores nō impediti legitime aut a superioribus aut naturæ imbecillitate:nescio quomō tuta cōsciā possint prædicatiōis officiū renuere.Et hoc scrupulo multotiēs cōsciā mea agitata fuit. Quapp exercēs officiū lectoratus indigne licet in Ordine prædicatorū:comoditatē nactus in diebus pro festis diuinas litteras explanare uel balbutiendo conor.est autē annus præsens Millessimus qngētesimus quartus decimus in quo post domesticas lectiones librum diuinæ Apocalipsis idominicis diebus lego in urbe Nouocomensi Ducatus Mediolani.

¶Itaq officiū ꝑdicatiōis potest tripliciter cōpetere:Primo ex obligationis uinculo: Et hoc modo Episcopis est propriū propter susceptā curā: Similiter fratribus Ordinis Prædicatorū propter uotū quo se astrinxerūt.secūdo ex iurisdictiōis officio:Et hoc mō cōpetit Archidiacōis aut Sacerdotibus quomodocūq curam animarū habētibus:siue ex iurisdictiōe:siue ex speciali cōmissione.Et hi nō dicūtur esse in statu pfectiōis tertio ex diuine reuelationis ministerio:sicut recitat.B. Gregorius in dialogo de Equo mōacho & de.B.Benedicto:qbus a Deo imediate officiū prædicationis fuit cōmissum propter eorū sanctitatis ꝑrogatiuā.& qa Ordo prædicatorum in Ecclesia Dei est præcipuus: ideo multis priuilegiis est decoratus: ut notat Io.An.super capitulo quod Dei timorē.extra de sta.mo.

¶Quinta cōclusio:Religiosi sunt i statu perfectionis.Probatur:Quia obligāt se perpetuo ad ea quæ sunt pfectionis.Inde.B. Dionysius capitulo Sexto cele.hier.ait de religiosis loquens

Alii quidē tria pentas:idest famulos Dei:ex puro seruitio & famulatu:alii uero Monachos ipsos nominat ex idiuisibili & singulari uita uniente ipsos ex indiuisibiliū sanctis euolutionibus.i.contēplationibus:ad Deiformē unitatem & amabilē Deo pfectionē:Propter quod perfectā ipsis donans gratiā sancta legis latio quadā ipsa dignata.est sanctificatiua inuocatione Hæc Dyonisius.

¶Sexta Conclusio:Episcopi i inpio militantis Ecclesiæ sunt in pfectiori statu ꝙ religiosi: Probatur dupliciter:Prio:Sicut Augustinus dicit.xii.sup ge.ad litterā:semp agens præstantiꝰ est patiēte:in genere autē perfectionis secūdū. B.Dyonisiū:Episcopi se habent ut pfectiores: religiosi autē ut perfecti:quorū unū pertinet ad actionem:alterū autem ad passionē.Vnde manifestum est ꝙ status perfectionis potior est in Episcopis ꝙ in Religiosis.secūda Nulli licet a maiori statu ad minorem transire:hoc.n. esset retro aspicere: sed potest aliquis a statu religionis transire ad statum episcopalem. Dicitur.n. xviii.q.prima ꝙ sacra ordinatio de Monacho Episcopum facit ergo status Episcoporum est perfectior ꝙ status religiosorum.Et hæc ex.s. Thoma ubi supra.

¶Ad primū ergo dicendū est ꝙ Martyrium dicit actū qui inter cæteros actus humanos est pfectior secundū suū genꝰ quasi maximæ charitatis signū:secūdū illud Io.xv. Maiorē charitatē nemo habet ꝙ ut animā suam ponat quis pro amicis suis.est autem Martyriū in ꝑcepto omnibus secundū ꝑparationē animi ut dicit. B Augustinus:Sed quantū ad actus executionem nō est in ꝑcepto sed supererogationis: nisi in aliquo casu cū incumberet defensio Fidei. Itaq Martyriū propriæ statū non constituit.& ideo Martyres & Episcopi non sunt cōparabiles q̄tum ad statum perfectionis licet charitas & actus Martyrum & Episcoporū adinuicem possint cōparari secūdū maiorem & minorem perfectionem.

¶Ad secundū dicendū:ꝙ licet actus Martyrii sit perfectionis & cōsilii:non tamen est ibi obligatio perpetua cum aliqua solemnitate ad illum actū: Et ideo Martyrium propriæ non facit statum ut dictum est.

¶Ad tertium dicendum: ꝙ inductæ rationi est consentiendum rationibus iam dictis.

¶Ad id quod in oppositū obiiciebatur de ꝑdicatoribus dicendū:ꝙ hoc ipsum quod Episcopi intēdant puenit ex ea habūdātia dilectio

nis diuine. Vnde Domin⁹ prio a Petro quæsiuit an eũ diligeret: & postea ei sui gregis curam commisit. Et Gregori⁹ dicit in pastorali: Si dilectionis testimonium est cura pastoralis: quisquis uirtutibus pollens gregẽ Dei renuit pascere pastorem summũ ꝯuincitur non amare. Hoc autem est maioris dilectionis signũ: ut homo propter amicũ etiam alii seruiat: q̃ etiam si soli amico uelit seruire & licet Domin⁹ dicat Math.xix. Si uis pfectus esse uade & uende omnia q̃ habes & da pauperibus: quod faciunt religiosi: & ad quod non tenent Episcopi. Dicitur. n.xii.q pria Episcopi de rebus propriis uel acquisitis uel q̃cquid de proprio habent heredibus suis derelinquant ad hoc tamen maxime tenentur Episcopi: qui omnia sua pro honore Dei & salute sui gregis contemnant: cum opus fuerit uel pauperibus sui gregis largiendo: uel rapinam bonorum suorum cum gaudio sustinendo. Nam in abrenunciatione propriarum facultatum in actu non consistit essentialiter perfectio sed est quoddam perfectionis instrumentum sicut supra dictũ fuit. Sed secundum præparationem animi: ut.s. homo sit paratus si opus fuerit omnia dimittere uel distribuere: & hoc pertinet directe ad perfectionem. Vnde Augustinus dicit in libro de quæstionibus Euangelii: Ostendit dominus filios sapientiæ intelligere non in abstinendo nec in manducando esse iusticiam: sed in æquaminitate tolerandi inopiam. Vnde Apostolus dicit: Scio & abundare: & penuriam pati.

¶ Vtrum Imperator ac Reges sint maximi ministri rerum temporalium Imperii militantis Ecclesiæ: Quæstio Sexta.



Ad Sextam quæstionem sic proceditur. Videtur q̃ Imperator ac Reges sint maximi ministri rerum temporalium Imperii militantis Ecclesiæ: Primo quidem Maximus dominus & ad. ministrator rerum temporalium Imperii militantis Ecclesiæ conuenienter debet dici maximus minister earum: Sed Imperator est maximus dominus & administrator rerum temporalium imperii militantis Ecclesiæ: nam ait .B. Ambrosius & habetur.xxiii.q. viii.c. conuenior. Temporalia Imperatorum sunt: ad Imperatoris palatium pertinẽt: ad sacerdotem uero ecclesiæ. Itẽ.xcvi.di. capitulo. Cum ad uerum: inquit Nicolaus Papa: Nec Imperator sibi iura pontificatus arripiat: nec Pontifex iura Imperatorum usurpet: quoniam idẽ mediator Dei & hominum homo christus Iesus actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusq̃ discreuit: Sed iura Imperatoris ut ibidem subiungitur: sunt pro cursu temporalium rerum ergo Imperator est maximus minister rerum temporalium imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Papa uidetur esse inferior minister rerum temporalium Ecclesiæ Imperatore: ergo Imperator uidetur esse maximus minister. Ass probatur: Nam administrationem temporalium accepit Papa ab Imperatore ut habetur in capitulo Constantinus.xcvi.di. ubi dicitur q̃ Constantinus Imperator coronam & omnem regiam potestatem uel dignitatem in urbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus Apostolico concessit: quod etiam omnibus pontificibus concessum est ut in dicto capitulo habetur.

¶ Præterea: Papa uocat Imperatorem in auxilium rerum temporalium Ecclesiæ: ergo uidetur q̃ sit maioris uirtutis in administratione rerum temporalium Ecclesiæ quam Papa: & per consequens Maximus minister.

¶ Præterea Scribitur prime petri secundo. Subiecti estoti omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi quasi præcellenti: siue Ducibus tamquam ab eo missis ad uindictam malefactorum: Laudem uero bonorum. Et Iudith vi. capitulo dicitur: Ex persona Holofernis: ut ostendam tibi quia non est Deus nisi Nabuchdonosor: & q̃ ipse sit Dominus uniuersæ terræ. Item.xcvii.di. capitulo Constantinus habetur: q̃ Constantinus constituit ut in toto orbe Romani pontifices uel sacerdotes ita caput habeant Romanum pontificem sicut iudices regem ergo Reges uidentur esse maximi ministri rerum temporalium Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est quod ait Beatus Ambrosius: & habetur.xcvii.di. capitulo Duo quippe. Non tam aurum preciosius est plumbo: quam regia potestate dignior est ordo sacerdotalis.

¶ RESPONDEO DICENDVM: q̃ in ministerio rerum temporalium imperii militantis

tis Ecclesiæ possumus duo considerare. s. dominationem & exequutionem. Si quidem ministerium Imperatoris ac regum consideretur quantum ad dominationem: sic non sunt maximi ministri Ecclesiæ sed solus Romanus Pontifex Maximus est minister imperii militantis Ecclesiæ: cui dictum fuit: quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis. Hinc Bonifacius octauus ait: & habetur in extrauagantibus cõmunibus sub titulo de ma. & obie. Vterque ergo gladius est in potestate Ecclesiæ spiritualis. s. & materialis: Sed is quidem pro ecclesia: ille uero ab ecclesia exercendus. Ille sacerdotis: is manu Regum & militum: sed ad nutum & patientiam Sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio: & temporalem auctoritatem spirituali subiici potestati: Nam cum dicat Apostolus: non est potestas nisi a Deo: Quæ aũt a Deo sunt ordinata sunt: Nõ autem ordinata essent nisi gladius esset sub gladio: & tanquam inferior reduceretur per alium in suprema. Nam secundum. B. Dyonisium lex diuinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem uniuersi omnia eque ac imediate sed infima per media: & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem dignitatem & nobilitatem terrenam quãlibet præcellere potestatem oportet tanto clarius nos fateri: quanto spiritualia temporalia antecellunt Sunt autem præfata diligenter consideranda: quia non solum auctoritate sed & ratione uigent. Patia habentur. xcvi. di. capitulo In scripturis: Capitulo. Quis dubitet: Et capitulo Si imperator. propterea licet omnibus Christianis a Regibus ad sedem præcipue apostolicam Ecclesiæ iudicium petere: ut habetur. xi. q. prima Quicunque litem.

❡VERVM QVANTVM ad exequutionem Imperatoriæ Maiestatis ac Regum præstantissimum ministerium a in imperio militantis Ecclesiæ sequentibus conclusionibus declaratur.

❡Prima Imperatoria Maiestas est perfectissimus principatus inter temporalia dominia: probatur: Tum quia Monarcha est secundum perfectam rationem: Monarchia uero Perfectior est inter omnes principatus ut supra dictum est. Tum quia condistinguitur aliquo modo imediate summo pontifici Romão. xcvi. di. cũ aduerũ Tum quia Cæsaris Augusti ac Tyberii successor est: quorum tempestate Christus cælestis ac terreni imperii Rex uitam apud mortales duxit quibus parum tributa soluens. Tum quia succedit Imperator Constantino a quo imperium militantis Ecclesiæ ius omne temporale accepit: & Summus pontifex ornamenta imperialia. xcvi. di. Constantinus.

❡Conclusio secunda Imperator electus Sũmo pontifice inungi: consecrari: ac coronari debet. Probatur tripliciter: Ratione: Figura: & lege. Ratione quidem: nam ut ait Apostolus. ad hebre. vii. sine ulla contradictione quod minus est a maiori benedicitur: sed Papa maior est Imperatore: & auctoritatis præstantia ut dictum est: unctio autem & consecratio ac coronatio quædam benedictio est. Ergo Imperator a Papa debet inungi: consecrari: & coronari.

❡CONSIDERATO PRO Noticia secundæ propositionis quod sicut missio exterior Spiritus sancti in signo uisibili significabat missionem Spiritus sancti inuisibilem interiorem: ut dicit Augustinus. xv. de trinitate: sic Vnctio exterior unctionem interiorem significat: qua quis Spiritus sancti gratia inungitur & consecratur ad multiplices effectus: Primo quidem ad ueniam assequendam: & sic inunguntur infirmi secundo ad dispositionem sufficienter habendam hac ratione inunguntur cathecumini in pectore & inter scapulas ad sacramentum baptismi percipiendum tertio. Ad fidem pronunciandam: sicut fit in sacramento Confirmationis quarto ad remplubicam regendam & fidem propugnandam: & hoc modo inunguntur Imperatores ac Reges. quod etiam ueteri testamento fiebat: Sicut habetur primi. Regũ. x. de Saul qui inunctus fuit per Samuelem: & de Dauid ibidem. xvi. & de Azael uncto per Heliam. iii. Regum. xx. Quinto ad sacramentorum administrationem digne exequendam: Hac ratione inunguntur Pontifices & Sacerdotes: de quibus scribitur Exodi. xxix. ut Aarõ & filii eius in sacerdotium mihi consecrentur pone thyaram in capite Aaron: & laminam sanctam super thyaram: & oleũ unctionis fundes sup caput eius: atque ex hoc rite cõsecrabitur Quarta itaque ratione inũguntur Imperator & Reges chrismate & principaliter. Cõficitur uero chrisma ex oleo & Balsamo mystica ratiõe ut habet extra de sa. Vnc. capitulo cũ uenisset. per oleũ. n. nitor cõsci[en]tiæ designatur iuxta quod legitur: Prudẽtes Virgines acceperũt oleũ in uasis suis cũ lampadib. Per balsamũ odor famæ

exprimitur propter quod dicit. Sicut Balsamũ aromatizãs odorẽ dedi. Hæc autẽ duo Maiestatem imperatoriam excellentissime decorãt. Nam quãuis sacta non administret consecrari tamen dicitur propter receptionem sacræ Vnctionis.

ANIMADVERTENDVM quoq; q; Oẽs Imperatores occidẽtales q post Carolũ magnũ eligũtur triplici corõa & in tribus locis solent coronari: Prima est ferrea quã Modoetiæ oppi do nõ lõge a Mlo accipit propter uictoriã Regũ longobardorũ quorũ ferreã uirtutẽ superauit & extinxit Carolus magnus. Sunt autẽ multi Reges longobardi sepulti Modoetiæ in templo nobili ab eisdẽ cõdito dicatoq; sctõ Ioanni Baptistæ. Secunda est argentea: quã accipit q̃sgrani ubi sepultus est Carolus magnus: propter tãti uiri memorãdã dignitatẽ. Tertia est aurea: qua Romæ coronatur p Sũmũ pontificem uel eius auctoritate. Hanc tradit Impatori papa cũ pedẽ signũ subiectionis & fidelitatis ad Romanã ecclesiã: qua nõ accepta impator dici non debet nã est ueluti ultima perfectio: quæ sicut in naturalibus itroducit per agẽs principale. In hac autẽ coronatiõe multa fiũt ad Maiestatis Impatoriæ uenerationẽ & ipsius Imperatoris ostẽdendã subiectionẽ erga Romanũ Pontificẽ q̃ diuinæ scripturæ oraculis sunt cõformia. Legitur.n. Canticorũ tertio egredimini filiæ Syon & uidete Regẽ Salomonẽ in Diademate quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illi⁹ & i die leticiæ cordis ei⁹. Quæ obrẽ Septẽ fiũt ordinate i coronatione Impatoris Primũ est optimatũ ac populi ueneratio Secũdũ coronandi Imperatoris erga Romanũ Pontificẽ humiliatio: Tertiũ est Impatoris inunctio & cõsecratio: Quartũ est Corõæ Impositio cuius summitas quattuor uirgul is aureis iũgitur ut eius impium ad quattuor mũdi partes diffũdi significetur: Quintũ est auctoritatis sũmi Pontificis interuentio: Sextũ ẽ anuli subtractio: Septimũ est ensis in altari positi acceptio: quo quidẽ datur intelligi Imperatoris auctoritatẽ a Deo esse: & qui ei resistit Deo resistit. Vltimũ est leticiæ ostensio & populi acclamatio. Figuræ uero coronandi Imperatoris patent ex dictis quãuis & aliæ quã plures in diuinis litteris reperiantur. Demũ lege pontificia probatur conclusio: extra de elect. capitulo Venerabilem: Et in capitulo Cum uenisset extra de sa. Vncti.

TERTIA CONCLVSIO: Imperator leges circa temporalia condere potest quibus omnes obedire tenentur: nisi Summi pontificis priuilegio ab eius obiectu sint liberi. Probatur Prima pars: Nam qui curã aliquorum gerit leges illis idicere potest. Imperator autẽ auctoritate Sũmi pontificis interueniente temporaliũ uniuersalẽ curã gerit igitur leges uniuersales pdere potest. Et ideo: lurisconsultus ait. q; leges sunt diuinitus per ora principum promulgatæ: iuxta illud prouerbioꝶ octauo: per me reges regnant: & legum pditores iusta decernunt: leges autẽ imperiales oẽs ligant nisi priuilegio Romani Pontificis liberentur: sicut patet. x. di. capitulo. Certũmæ per totã fere distinctionẽ. Quã uero necessitatẽ imponant hominibus in foro pscientiæ leges imperatoriæ abunde a sancto Thoma habetur in prima secunde. q. xcvi. Hauri ĝo aquã ex suo fonte: plenissime. n. facia[illegible] eris talia fluens.

Quarta pclusio est: Imperatoriæ maiestatis est in imperio militãtis Ecclesiæ media militia pacis unitatem custodire: diuinum cultum augere: ubertatẽ rerum seruandæ intendere: atq; humanaꝶ & diuinaꝶq; rerum studia fouere. Probatur: Nam finis militiæ ac principatus oĩs est pax. Præstãtissimum ãtẽ in homine est Dei ueneratio: quare teste phylosopho: subiecti magis Reges uenerantur cum eos Deicolas opinantur. Vbertas quoq; innumera tollit crimina: iuxta illud Salomonis: Ne forte egestate compulsus furer & peierẽ nomen Domini. Studia denicq; litterarum apud optimos quosq; reges semper uiguisse legitur apud humanas diuinasq; litteras: nam apud Aegyptios studia floruere litterarum: ubi gens sacerdotum primo uacare dimissa est studio & doctrina ut dicitur primo Metaphysice ab Aristotele: Quamobrẽ tempore suo Ioseph omnem terram Aegypti & cunctos populos subiecit imperio Pharaonis præter terram Sacerdotum: quæ a rege tradita fuit eis ad studium necessariam: ut scribitur, Ge. xlvii. Apud græcos quoq; litterarum uiguit militia: præcipue circa tempora Alexandri Magni: qua tempestate philosophorum præclarissimi floruere Socrates: Plato atq; Aristoteles. Nec minus in Italia claruerunt studia litterarum: præcipue Romæ sub Cæsarum imperio Sub christiana autem religione ita aucta fuerunt: ut cætera parui extiterint momenti litteris christianis comparata. Carolus quoq; Magnus quemadmodum militiam clariorem effecit: ita & apud parthisius studia

litterarum mitũ immodũ auxit. Lumina uero Christianæ religionis ea uniuersitas enutriuit: quorum dogmata quãdiu sequetur Christianæ ueritatis splendor existet.

¶ QVINTA CONCLVSIO: Imperator est protector & defensor Romanæ Ecclesiæ ac uirium suorum. Conclusio hec probatur per formam iuramenti: quam præstare solent Imperatoribus Romani pontifices sicut habetur.lxiii.di.capitulo tibi domino meo.

¶ Sexta conclusio: Regia dignitas quamuis Imperatoriam tempore præcesserit: tamen inferior est auctoritate & reuerentia. Patet conclusio: Nam Reges ab exordio mundi uidentur fuisse instituti: & Romæ Imperatores præcesserunt: Iulius autem Cæsar primus Imperator omnium imperium Romanum inuasit. Itidem Imperator Regibus imperat: Reges confirmat ac deponit. Igitur auctoritate præstantior & reuerentia dignior. est ãt ꝯueniens Imperatorẽ Regibus iperatore: tũ qa impeiũ temporale Ecclesiæ debet esse pfectissimũ: & ideo Monarchichum: Tum quia est exemplatum ab imperio uniuersi in quo unus est Rex Regum & Dominus dominantiũ: Tum quia Ecclesiæ iperio similis esse debet a quo etiam habet auctoritatem: in Ecclesia autem necesse est esse unũ sũmum: Quare duo sunt magna luminaria: unũ quod pest diei aliud quod præest nocti. Vt primo signetur Sũmus pontifex: secundo Imperator: qui ueluti luna a sole suam auctoritatem a Papa recipit Et quemadmodum horum motus omnium sydetum temperant actiones: ita omnes humanæ res diriguntur sacra pontificis sũmi auctoritate atq; imperatoria maiestate.

¶ Septima & ultima conclusio est: Regia dignitas in exequutione ministerii rerum temporalium imperii militãtis Ecclesiæ proxima est Maiestati iperatoriæ. Probatur: quia ante Imperatoris institutionem prima erat: & maior ea nulla est instituta præter iperatoriã. ergo illi proxima. Signũ uero est benedictio: cõsecratio: & coronatio. q pariter fiunt Regibus.

¶ Verum Regum Francorum: qui merito christianissimi dicuntur: maiestas patet in eorum Curiæ ordinatione: in regimine Regni: æquo ac pio: in humilitate qua Romanũ Pontificẽ uenerantur: in defensione ac pugna eorum aduersus infideles. Formidant ãt Infideles tandẽ pugnando sapentur a Francorum regibus. per hec autem patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum ergo dicendũ: ꝙ in iperio terreno duo possunt cõsiderari: Primũ est institutio siue dignitatis acqsitio quã multi Imperatores iniuste acceperunt uiolenter ac tyrãnice. alii autẽ iuste per electionẽ. s. eorum: ut senatus aut exercitus: aut populi ad quos spectabat: q; efficaciã habuerunt ante manifestationẽ plene effectã toto orbi auctoritatis B. Petri Apostoli. Et hoc modo renunciauit Cõstãtinus iuri suo in manibus. B. Syluestri: quem ipse Constantinus per publicationẽ euangelii & Fidei catholicæ dogmata didicerat esse cõstitutũ a Deo una cũ suis successoribus totius orbis uniuersalẽ dominũ. Quapropter i præfato capitulo Cõstantinus ita idem ipse dicit: Quoniã ubi principatus sacerdotũ & Christiane religionis caput ab Imperatore cælesti cõstitutũ est: iustũ nõ ut est illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc Constantinus.

¶ Itaq; S. Syluester duplici iure iperabat rebus terrenis: primo auctoritate diuina sicut & omnes pontifices secundo humana. s. per renunciationem Constantini. Secũdum quod potest considerari in terreno imperio est imediata administratio: quã ẽt habent Imperatores a Deo. Et hanc quoq; accepit B. Syluester a Constantino in partibus occidẽtalibus. Nõ ergo sequitur Imperatorẽ esse maiorẽ ministrum Papa in imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Ad tertium dicendum: ꝙ in adiutorium quandoq; inuocamus superiores: ut Deum ac sanctos: & dominos: nonnũq; æquales ut amicus amicum: aliquando uero subiectos: ut dominus seruos: & Imperator Reges ac uasalos suos. Hoc modo euocat Papa Imperatorem in auxilium siue cæteros principes. Hinc Isidorus de sũmobono ait principes sæculi nõ aliter intra ecclesiam potestatis adepta culmina iuste tenent: nisi ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant & defendant.

¶ Ad quartum dicendum: ꝙ reges ut dictũ est: post Imperatorem & in terrena tantum dignitate & quantum ad imediatam administrationem rerum temporalium sunt maximi ministri: & ideo præcellentes in imperio militantis Ecclesiæ: Holofernes uero qui illa uerba dixit corde superbo & labiis iniquitatis unius mulieris hebrææ manu interfectus est. Et Nabuchdonosor: qui se Deum uniuersæ terræ nominabat: ab omnibus eiectus est: & cum bestiis fuit habitatio sua quãdiu non recognouit Deum cæli esse dominum uniuersorum: ut dicitur Danielis quarto.

FINIS.


S.P.MA
S.DOME.

¶ Vtrum heretici sint enumerandi inter
ministros Imperii militantis Ec-
clesiæ. Quæstio Septima.



D octauam quæstioně sic pro-
ceditur: Videtur q heretici sint
enumerandi inter ministros im
perii militantis Ecclesiæ. Primo
quidem. Ministri sunt qui neces
sariis præsunt: Sed heretici sunt necessarii in
imperio militantis Ecclesiæ: dicente Apostolo
prime ad Cor. xi. oportet hereses esse: Ergo
sunt enumerandi heretici inter ministros im
perii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Papa & alii prælati sunt ministri
imperii militantis Ecclesiæ: Sed hi possunt esse
heretici: Igitur heretici sunt censendi de nu-
mero ministrorum Ecclesiæ.

¶ Præterea: Sicut heretici sunt inter christia
nos ita etiã fuerunt inter iudeos & phariseos:
sed tunc enumerabantur inter ministros ue-
teris synagogæ: utpote: quos magna uenera-
tione prosequerentur iudei: sicut patet de Sa
duceis asserentibus spiritum non esse. Ergo
heretici in imperio militantis Ecclesiæ pari-
ter sunt enumerandi inter ministros.

¶ Præterea: Simoniaci dicuntur heretici: ut
in capitulo. quisquis. i. q. i. Et tamen enume-
rantur inter ministros imperii militantis Ec-
clesiæ. Multi. n. Episcopi Symoniaci sacra mi
nistrantes & ordines conferentes nõnũq tole
rãtur ab Ecclesia. Igit heretici possunt enume
rari inter ministros imperii militantis Ecliæ.

¶ Præterea: extra de uerborum signi capitu
lo super quibusdam Innocentius tertius scri
bit Comiti Tholosano dicens: Tua deuotio
postulauit a nobis qui sunt dicendi heretici
manifesti: sup quo tibi duximus respõdendũ:
illos itelligẽdos manifestos hereticos: e q cõ
tra Fidẽ catholicã publice prædicant atq; pro
fitent seu defendũt errorẽ: uel corã platis suis
conuicti sunt uel confessi: uel ab eis similiter
damnati sup heretica prauitate: Sed tales enu
merantur nõnũq inter ministros ecclesiæ aut
quia sunt pdicatores: aut quia legunt publice
in uniuersitatibus: Similiter similiter dãnati
pmittũtur in suis officiis & dignitatibus post
sententiam nõnũq ministrare: Igitur heretici
enumerantur quandoq; inter ministros impe
rii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Multi sunt q tenent opiniões de
his quæ adhuc non sunt diffinita per Eccle-
siam uniuersalem: quæ tangunt materiam Fi
dei. Item multi tenet oppositum aliquorum
q in canone leguntur: ut q Abraam habuerit
duos filios: aut q Esau fuerit homo pilosus
aut de asina Balaam loquente: & enumeran
tur inter ministros imperii militantis Ecclesiæ:
quia ab Ecclesia nõ reprobãtur: Ergo pari
ratione heretici debent enumerari inter mini
stros imperii militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est q Excommunicati non
sunt enumerandi inter ministros Ecclesiæ: he
retici autem omnes ipso facto sunt excõmu
nicati: sicut patet per processum Curiæ in cæ
na Domini: & in capitulo excõmunicamus
extra de hereticis.

¶ Respondeo dicendũ: Pro clariori noticia
eorũ q ad psentẽ spectãt qstionẽ quinq; ordina
tæ ac. q succinctissime explanãda occurrunt.

¶ Primum est quid sit heresis.

¶ Secundum est obiectum eius.

¶ Tertium quis proprie dicatur hereticus.

¶ Quartũ quomodo & qua pœna iura he
reticos puniant.

¶ Demũ qsito ex premissis satisfaciẽdũ erit.

¶ QVANTVM AD primũ animaduerti
to nomẽ heresis aliud significare secundũ pri
mã nois impositionẽ. aliud secũdũ extensio
nem: aliud secundum appropriationẽ. Prima
itaq; nois impositione heresis iuxta. S. Tho-
mam in quarto di. xiii. græcum nomen est &
diuisionẽ importat secundum Isido. li. Ethy.
Vnde & dieretica diuisiua dicuntur: & quia
in electione fit diuisio unius ab altero electio
proheresis dicitur primo Ethimologiarum:
Diuisio uero conuenit parti per recessum a
toto: Prima autem cõgregatio quæ est in ho
minibus est per uiam cognitiõis: quia ex hac
omnes aliæ oriuntur. Vnde & heresis cõsistit
in singulari opinione: præter cõmunem opi-
nionem Vnde & philosophi qui quasdam
positiones habebãt pter cõmunem sententiã:
alior sectas uel hereses constituebant. Vnde
de ratione heresis uidetur esse q aliquis priua
tam disciplinam sequatur quasi per electio-
nem propriam: nõ autem disciplinam publi
cam quæ diuinitus traditur. Igitur heresis pri
ma nominis impositione diuisio est.

¶ Nominis uero extẽsione est ppria electio
disciplinæ priuatæ quam putat esse meliorẽ:
xxiiii. q. iii. heresis. Appropriatur autem nomẽ
heresis ad significandam opinionẽ siue asser
tionẽ falsam: siue dogma falsum catholicæ
ueritati contrarium. Dicit n. B. Augustinus
contra Faustum heresis est quæ diuersa opi-

natur ab his q̃ catholica credit Ecclesia. Item B. Hieronymus in ca. inter heresim. xxiiii. q. iii. differētiam assignans inter heresim & scisma dicit q̃ heresis peruersum dogma habet: id est falsum & perniciosum i doctrina religionis Christianæ. Et in glosa secunde ad Con iii. habetur: Heresis est cogitare aliquid de cre dibilibus cum assertione nō recta. Possumus ergo secundum autem diffinire heresim sic. Heresis est opinio siue dogma falsum cathō licæ ueritati cōtrarium in eo qui Christiana Fidem professus est.

¶ Ponitur itaq̃ opinio siue dogma falsum loco generis: omnis. n. heresis opinio siue do gma falsum est: non autem quæcūq̃ opinio falsa heresis ē: dicente B. Augustinus in prio de tri. Errare potero: sed hereticus non ero. Propter hoc factum peruersum ad heresim ut sic: non spectat. Deinde cum dicitur catho licæ ueritati cōtrarium loco est differentiæ: Non. n. quodlibet contrarium ueritati ad he resim spectat: sed id quod catholicæ ueritati solum non aduersatur heresis est obiectum: de quo statim habendus est sermo. Cum ue ro subinfertur in eo qui christianam fidem professus est: ad differentiam Iudaicarum ac paganarum opinionum dicitur: quæ hereses proprie non uocantur. Hinc B. Augustinus li. de Pastoribus. c. xvi. super illud post gre ges sodalium tuorum dicit: Omnes heretici exierunt a Christo sicut scriptum est: Ex no bis exierunt: sed non erant ex nobis.

¶ Ex præfata quoq̃ diffinitione habentur quattor causæ heresis: quæ sicut docet Aristo teles in primo de anima perfectam diffinitio nem constituunt.

¶ Causa quidem materialis est intellectus in quo sicut in subiecto est heresis: sicut & om nis opinio ac dogma quodcunq̃. Voluntas autem est primū motiuum interius ad here sim: cuius uoluntatis pertinacia complemen tum est heresis. Ad hæc est. S. Thomas secun da secunde. q. x. ar. secundo.

¶ Forma autem & finis ex modo diffinien di haberi possunt. Neq̃ prætereundum est q̃ heresis secta & superstitio nominatur: Secta quidem a sectando: & ratione defensionis di citur. superstitio uero a superstando est dicta: ut ait Isidorus in libro Ethy. quia contraria est Fidei Christi: quæ primum est fundamen tum religionis christianæ: Vel ut ait Sanctus Bonauentura in quarto in fine di. xiii. supsti tio dicit̄ cōtra utilitatē quasi supflua istitutio.

¶ QVANTVM AD secundum: Conside randum primo q̃ Catholica ueritas ea est q̃ superno lumine Dei in sacris uoluminibus canonis continetur: Quæ descriptio sic ma nifestatur: Cum. n. omnis ueritas sit a Deo: di cente glo. B. Ambrosii prime ad Cor. xii. Ve rum a quocūq̃ dicatur a Spiritu sancto est. Et B. Augustinus in li. Confess. ait: Non alio præ ter te domine inspirante credo me uerum di cere: cum tu sis ueritas: omnis autem homo mendax. Quedam medio lumine naturali a Deo habentur: ea ueritate etiam philosophy clarueruntde quibus Apostolus ad Ro prio ait: Quod notum est Dei manifestum est in illis. s. phylosophis: Deus. n. illis manifestauit. Alia autem ueritas a Deo ad nos descendit medio super naturali. Vbi uero ille lumine aliqua reuelata fuisse nouerimus: eorum ueri tati assentire cogimur. Quoniam autem ma nifestum est & diuina hu manaq̃ auctoritate firmatum: Moysen: Prophetas: Dauid: ac cæ teros scriptores ueteris instrumenti lumine di uino illustratos scripsisse: ut habetur secunde Petri primo Non. n. uoluntate humana alla ta est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Christum quoq̃ maximum Deum uerum eiusq̃ apostolos diuinitus docuisse iuxta il lud ad hebreos primo: Olim loquens Deus in prophetis: nouissime diebus istis loquutus est nobis in Filio. Et Io. xvi. Cum uenerit ille spi ritus ueritatis: ille nos docebit omnem uerita tem. ideo eorum scriptis ac discipulorum Chri sti eo qui uices Dei in terris gerit approban te: menime non aduersari de necessitate salu tis tenemur: ac illis quæ necessario consequū tur ex ueritate ab eis tradita: Vt Apostolis as serentibus Christum esse hominem uerum: se quitur illum habuisse animam.

¶ Hæc itaq̃ est ueritas catholica quæ multi plex existit: siue uario genere diuersoq̃ gra du secatur. Nam quædam est ueritas clara & expressa: quædam consequens: quedam ap probata: quædam uero declarata: quibus om nibus tradita diffinitio conuenire ut clarescet consideranti. Illa itaq̃ clara ueritas canonis est quam suapte institutione indicant uerba canonis: De qua B. Augustinus in li. de uni co Baptismo: & recitatur in capitulo quis nesciat di. ix. ait: Quis nesciat sanctam scri pturam canonicam tam ueteris q̃ noui testa menti certis terminis contineri: eamq̃ poste tis omnium Episcoporum literis ita præpo

tibi ut de illa omnino dubitari uel disceptari non possit utrum uerum uel utrum rectum sit quicquid in ea scriptum constiterit. Huiusmodi uero clara ueritas triplex est: Quedam est intellectui incompossibilis: sicut sunt hystoriae de gestis hominum: Haec enim accipiunt fidem a sensu tantummodo non habent ut ait Albertus magnus potentiam uniuersalitatis sicut q̄ se habent ad intellectum compossibilia: & ita sunt de genere eorum que semper creduntur & nunquam intelliguntur.

¶ Secunda ueritas clara diuinarum litterarum est: que intellectui est inattingibilis nisi credantur: sicut sunt diuina mysteria supergredientia uim naturalem nostri intellectus: ut articuli Fidei: qui non intelliguntur nisi credantur iuxta illud Esa. vii. secundum translationem lxx. interpretum: Nisi credideritis non intelligetis.

¶ Tertia ueritas etiam in sacra scriptura expressa est: quam intellectus quoque noster sua uirtute attingere potest: ut quod Deus est & Deus est unus: & haec dicuntur mox credi cum intelliguntur. Haec B. Augustinus in lib. lxxxiii. q. ait: Credibilium tria sunt genera: Alia sunt que semper creduntur & nunquam intelliguntur: sicut est omnis hystoria temporalia & humana gesta percurrens: Alia mox ut creduntur intelliguntur: sicut sunt omnes humanae rationes. Tertium eorum que primo creduntur & postea intelliguntur: qualia sunt ea que de diuinis rebus sunt. Haec Augustinus.

¶ Secunda ueritas est consequens: & haec in canone continetur uirtualiter: sicut consequens omne in suo antecedente ex quo pendet necessario: & conclusio omnis in praemissis. Debet autem consequentia esse formalis & ad artem syllogisticam reducibilis.

¶ Tertia ueritas catholica est approbata: aut ab Apostolis: aut consuetudine uniuersalis ecclesiae afferente Fidem. Inde B. Augustinus: & habetur in capitulo ecclesiasticarum di. xi. ait: Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis: quasdam uero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus: quasdam uero consuetudines approbauit usus: quibus par ritus & idem utrisque pietatis debetur affectus. Haec Augustinus.

¶ Animaduertendum uero est Christum mortali carne circumdatum multa apostolos docuisse que in euangeliis minime reperiuntur secundum illud Io. ultimo: Multa alia fecit Iesus que non sunt scripta in libro hoc. Vnde Augustinus tertio de Baptismo paruulorum dicit: Illa que non scripta seruat uniuersalis Ecclesia: accepit ab Apostolis Christo docente. Sic enim Apostolus de corporis & sanguinis dominici communione prime ad Cor. xi. dicit: Quod accepi a domino hoc tradidi uobis: caetera autem cum uenero disponam. Item Alexander tertius in capitulo Cum Marthae extra de celebra. missarum ait: Sane multa tam de uerbis quam de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa: que etiam apostoli uel suppleuisse uerbo uel facto exposuisse leguntur: ut Paulus enim in actibus apostolorum sic ait: Meminisse nos oportet uerbi domini nostri Iesu Christi: Beatius est dare quam accipere. hoc autem nullus quatuor Euangelistarum scripsit: sed ut ait Glo. B. Hieronymi in actuum secundo hoc Paulus ab Apostolis audiuit: uel a Spiritu sancto percepit.

¶ Vna igitur catholicarum ueritatum est: quam uniuersalis Ecclesia longa consuetudine approbauit.

¶ Est quoque alia ueritas catholica approbata per concilia uniuersalia legitime congregata ut in tertio dicemus: in his que ad Fidem spectant. Nam secundum promissionem Spiritussancti Ecclesia uniuersalis non potest deficere in ueritate que necessario ad Fidem attinet: dicente Christo Matth. ultimo: Ecce ego nobiscum sum usque ad consummationem seculi. Vnde B. Gregorius in capitulo sicut di. xv. ait: Sicut sancti euangelii quatuor libros: sic quatuor concilia suscipere & uenerari me fateor. Inde etiam idem in tractatu qui de catholica ueritate intitulatur inquit: Sicut Deus ueritas est: ita ea que Apostolica Ecclesia de Deo docuit uera sunt. Veritas itaque est catholica quam sacri approbatione Concilii uniuersalis tenendam in Fide nouimus. Et haec ueritas uirtualiter etiam in canone continetur: dicente Domino Lucae. x. Qui uos audit me audit: & qui uos spernit me spernit.

¶ Denium ueritas catholica approbata est quam Romanus Pontifex etiam sine generali concilio suo iudicio diffiniuit. Nam Apostolicae sedis iudicium in his que Fidei sunt errare a ueritate non potest secundum promissionem Christi Lucae. xxii. Ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Inde B. Augustinus in capitulo In canonicis di. xix. Vbi inter canonicas scripturas computandas ponit epistolas quas apostolica Sedes meruit

habere:& alii meruerunt ab ea accipe. Item
in capitulo. Sic eadem distinctione dicitur:
Sic omnes apostolicæ Sedis sanctiones acci-
piendæ sunt tanq̃ ipsius diuina uoce Petri fir-
matæ. Idem Diuus Hieronymus affirmat in
capitulo. Hæc est fides. xxiiii. q. prima. Cæte-
rum ueritas catholica declarata illa est quam
sancti Doctores uniuersalis Ecclesiæ in libris
suis credendam ac defendendam concordi-
ter asseuerant contra hereticos: siue pro cano
nis certissima declaratione. Erraret n. Ecclesia
sacros doctores approbando: si ab eis circa ꝑ
fata liceret dissentire. Qui autem sint Docto
res per uniuersalem Ecclesiam in uniuersali-
bus conciliis approbati colligitur ex. v conci
lio uniuersali: in quo ut S. Thomas recitat in
quarto contra gentiles capitulo. xxiiii. ita ha
betur: Sequimur per omnia sanctos Patres &
Doctores Ecclesiæ. Athanasium: Hylarium: Ba
silium: Gregorium Theologum: & Gregoriũ
Nicenum: Ambrosium: Augustinum: Theo-
phylum: Ioannem Constantinopolitanum:
Cyrillum: Leonem Porcium: & suscepimus
omnia quæ de recta fide & condemnatione
hereticorum exposuerunt. Hæc ibi. Postea ue
ro papa Gelasius in synodo sua alios Docto
res approbando addidit ut patet in capitulo.
Sancta Romana ecclesia di. xv. Caueto autẽ
ne propter prædicta asseueraueris omniã di
cta singulaq; doctorum præfatorum sentẽ
tias ueritates esse catholicas: non n. sic est: sed
hæ solum inter catholicas ueritates sunt enu
merandæ quas concorditer & ad hereticos
improbandos aut Fidei aliquam ueritatem
astruendam scripserunt antedicti doctores &
in uoluminibus approbatis. Inde in capitulo
Negare non possum di. ix. B. Augustinus ait:
Negare non possum nec debeo: sicut in ipsis
maioribus ita esse multa in tam multis opu-
sculis meis quæ possunt iusto iudicio & nul
la temeritate culpari. Quæ uero dicuntur in
capitulo. Noli: & in capitulo. Ego solis: eadẽ
intelligenda sunt secundum illa tempora cũ
adhuc scripta Augustini & aliorum patrum
non erant autentica: ut glo. ibidem dicit. Ad
antedictas ueritates catholicas reducuntur il
læ quæ ex præmissis dependent: & quæ exer
citium auctoritatis imperii militantis Ecclesiæ
concernunt: ut D. Ioannem de Medicis rite
electum a maiori parte Dominorum Cardi-
nalium esse Romanum Pontificem & totius
uniuersalis Ecclesiæ præsulem: ut habetur ex
capitulo in nomine domini: & in epistola
Martini quinti de Concilio Constantiensi.
Pariter Antonius ordinatus Episcopus rite
est Episcopus: & Isidorus ordinatus Sacerdos
rite est Sacerdos: ac similes propõnes catholi
cam sapiunt ueritatem. Cum autem Fides &
Heresis opponantur: sitq; obiectum Fidei ca-
tholica ueritas: oppositum catholicæ ueritati
erit obiectũ Heresis. Et ideo poterunt species
heresis multiplicari secundum inductam qua
druplicem ueritatis catholice diuersitatem.

QVANTVM AD Tertium primo con
siderandũ nominis heretici triplex esse signi
ficatum: Cõmune: Transumptum: & propriũ.
Cõmuni quidem significato Hereticus dici-
tur qui aliter sentit q̃ christiana Fides docet.
Hac ratione heretici dicuntur Iudei & genti
les: & quia Christiana Fides docet sanctã Ro
manam ecclesiam esse magistram catholicæ
ueritatis: Eapropter qui aliter sentit q̃ Roma-
na ecclesia de articulis Fidei hereticus cense
tur. xxiiii. q. prima Hæc est fides. Similiter qui
aliter sentit & docere præsumit de ecclesiasti
cis sacramentis q̃ q Romana docet ecclesia
hereticus censetur: ut notant Bernardus in ca
pitulo Ad abolendã extra de here: & Hostien.
Pariter non recipiens quattuor concilia ge-
neralia de quibus in capitulo sicut sancti di.
xv. hereticus nominatur. Hinc dicitur in capi
tulo. Hereticus. xxiiii. q. iii. Hereticus est qui ali
cuius temporalis cõmodi & maxime uanæ
gloriæ pricipatusq; sui gratia falsas ac nouas
opiniones uel gignit uel sequitur. Ille autem
qui huiusmodi hominibus credit ymagina-
tione quadam ueritatis illusus est. Hæc ibi. Itẽ
xxiiii. q. iii. heresis: ait B. Hieronimus: Quicũq;
sacram scripturam aliter intelligit q̃ sen-
sus Spiritussancti efflagitat a quo scripta est:
licet ab Ecclesia non recesserit: tamen hereti-
cus appellari potest. Opinio igit̃ siue assertio:
siue dogma falsum & catholicæ ueritati con
trarium hereticum constituit cõiter dictum.

Transumptum autem significatum here-
tici est: cũ magnis criminibus obuoluti: quæ
crimina ab heresi sæpenumero ortum habe-
re dignoscuntur: heretici uocant̃. Hac ratiõe
omnis symoniacus uocat̃ hereticus prĩa. q. i.
Quisquis per pecuniam ordinatur: ad hoc ut
fiat heticus promouetur. Sanctus autẽ Tho-
mas uocat Symoniacos hereticos secundum
similitudinem. Item excõmunicati Glo. in ca
pitulo. Quod ait. iiii. q. i. dicit: omnis excõmu-
nicatus dicitur hereticus: & qui Romanæ Ec
clesiæ & sedis apostolicæ ꝑcepta pertinaciter

transgrediuntur heretici nominantur. xix. di. capitulo nulli. Et ideo in glo. Ioannis habetur: Intelligas si dicat Romanam Ecclesiam non esse caput nec posse condere canones: alias non est hereticus proprie licet peccet: extra de rescriptis si quem.

¶ Verum hereticum proprie tria constituunt.

¶ Primum est, pfessio christianæ religionis.

¶ Secundum est error in intellectu oppositus catholicæ ueritati.

¶ Tertium est, obstinatio siue pertinacia in uoluntate. Quapropter dicit B. Augustinus. xxiiii. q. iii. in capitulo. Dixit Apostolus: Qui sententiam suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt: nequaquam sunt inter hereticos deputandi. Idem in capitulo Qui in ecclesia eadem causa & quæstione inquit: Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque quid sapiunt si correcti ut sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt sed defensare persistunt heretici sunt. Inde S. Thomas in. iiii. di. xiii. sic hereticum diffinit: Hereticus secundum nos dicitur qui a Christi fide quæ catholica dicitur discedit contrariæ opinioni uel nouæ inhærens per electionem. Et S. Bonauentura eodem loco dicit hereticus est qui diuinæ legis ignorantia uel contemptu pertinax inuentor erroris aut alieni sectator: catholicæ ueritati mauult aduersari quam subiici. Completiua igitur rationis formalis heretici proprie accepti est pertinacia. Primæ uero due particulæ satis superque in præmissis sunt declaratæ.

¶ Verum circa pertinaciam duo aduertito.

¶ Primum est quid sit pertinacia: secundum quis sit pertinax hereticus. Pertinacia quidem ad uicium spectat: & semper in malo sumitur. Vnde Tulius in Rhethoricis dicit quod ita se habet pertinacia ad perseuerantiam sicut superstitio ad religionem. Nam Perseuerantia uirtus est in medio consistens cuius extrema sunt Pertinacia & mollicies. est ergo perseuerantia uirtus qua in sententia persistimus secundum quod oportet. Pertinacia uero persistit in sententia plusque oportet. Mollicies autem persistit in sententia minusque oportet. Quare uitiperatur perseuerantia secundum excessum: Mollicies uero secundum defectum. Pertinax itaque ut dicit Isidorus in libro Ethymo. dicitur qui est impudenter tenens quasi per omnia tenax. Et ibidem idem dicit pertinax: eo quod in proposito suo ad uictoriam perseuerat. antiqui enim dicebant pertinaciam quando nos uictoriam. Et hos philosophus uocat. vii. Ethycorum ischyrognomones: idest fortis sententiæ uel ydiognomones: idest proprie sententiæ. Ergo pertinax hereticus erit qui in sententia quam tenet contra ueritatem catholicam: plusque oportet persistit uel perseuerat. Colligunt uero dicta ex S. Tho. in secunda secundæ. q. c. xxxviii. ar. ii. Cum autem pertinacia in uoluntate existat: nobis in exterioribus innotescat necesse est. Hoc quidem multipliciter accidit s. uerbo: Facto & utriusque uel alterius tantum omissione. Verbo quidem cum quis negat fidem christianam: aut diuinas: litteras: aut aliquam catholicam ueritatem siue formaliter in diuina scriptura contentam: siue uirtualiter: siue approbatam: siue declaratam ut supra dictum est. Facto uero pertinacia innotescit cum quis proprium errorem catholicæ ueritati aduersantem, aut etiam alterius, uel preceptis: aut comminationibus illatione poenarum: promissionibus iuramentis: aut aliqua alia ui: aut nouos errores fingendo ad defensionem prioris sui aut alterius erroris. Et hec aut agendo: aut cooperando: siue coagentibus facto exteriori consentiendo: quia agentes & consentientes iuxta canones par poena constringit. Item ubi Papa errorem determinans catholicæ ueritati contrarium solenniter diffiniret ita a catholicis tenendum: pertinax hereticus merito diiudicaretur. Omissione uerbis pertinacia demum cognoscitur: cum quis abiurare recusat cum tenetur: aut predicationem Fidei prohibet & hereticorum impugnationem. Omissione uero facti: cum quis potestatem habens prauitati hereticæ non resistit. Ideo in capitulo error di. lxxxiii. B. Hieronymus inquit: Error cui non resistitur approbatur. Et in capitulo faciens di. lxxxvi. ait Io. Papa: Faciens procul dubio culpam habet qui quod potest corrigere negligit emendare. Item Leo Papa ut habetur extra de hereticis capitulo. Qui alios dicit: Qui alios cum potest ab errore non reuocat: seipsum errare demonstrat. Vtriusque etiam s. uerbi & facti omissione comprobatur pertinacia: cum quis correctus: ostenso sibi legitime quod error suus catholicæ obuiat ueritati: se non corrigit nec emendat suam uel heresim reuocando. Hec ex uerbis Augustini Capitulo Qui in ecclesia. xxiiii. q. iii. colligit. Item pertinax hereticus censetur: qui contra apertam & predicatam ueritatem catholicam languet in ecclesia in errore persistit diu uel usque ad mortem. Talis enim cum nouerit suum errorem esse dannatum per Ecclesiam: excusari non potest per ignorantiam: cum magis per obstinatam malitiam persistere in errore uideatur. Et ideo Ecclesia tales quos reperit contra catholicam ueri

tatē in errore usq; ad mortē perseuerasse: tāq; hereticos ꝑsumit iudicat & punit. Quæ dixi/ mus de pertinacia ꝯformia sunt dictis Okam in suo dialogo.

¶ Ceterum hereticus ꝓprie sumptus tripliciter ꝯstituitur aut pp formalē rationē ut dictum est: aut pp necessariā reductionē. Et hoc modo dicitur hereticus quicunq; est dubius in fide. extra de here. c. capitulo. Dubius. De Fide n. nullus dubitare debet sed firmiter adherere. de summa trin. & fide capitu. firmiter credimus. Et in symbolo Athanasii: Hæc est fides catholica: quā nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit: absq; dubio in æternum peribit. Nā ut dicit Bernardus: Fides ambiguum nō habet: & si habet. Fides nō est hoc āt intelligēdum de dubitatiōe q determinate & alio deliberato i dubietate persistit æqualiter se habens ad utranq; partem contradictionis. Secus uero de illo q tentatur de Fide cum cordis anxietate & dolore.

¶ Tertio pp iuris fictionem: Nam ex factis exterioribus ꝑsumitur de affectu ar. xxxii. q. v. Qui uiderit. C. de dolo. l. dolum. Nec n. refert utrum dictis aut factis qs uoluntatem suam insinuet. ff. de le. et se. con. l. de stituiant. Nam negare & ꝯfiteri nō solum ore sed et facto ꝯungit. xi. q. iii. existimant. Itaq; iura ꝑsumunt ac fingunt amente sicut agunt male sentientes de fide: nam le sentiēte de Fide ut baptizare ymagines: adorare De potes eis humiliare. cōculcare corpus Chri ti in luto: adorare hereticos Ecclesia n. in foro exteriori nō iudicat nisi secundum exteriora. Propterea ly humiliscans diabolo possit nō habere errorem i intellectu de Fide: & ita nō esse hereticū ex natura rei: actus tamen exterius secus uidetur cogere ut hic fingatur hereticus sua dentibus opibus: quorum notitia: de interioribus Iudici licitum est iudicare. Nam solus Deus scrutator est cordium: & occultorum cognitor & iudex. di. xxxii. Erubescant.

¶ CIRCA QVARTVM: in quo declarandum occurrit quā pœna iura puniant hereticos notandæ sunt sequentes ꝓpositiones.

¶ Prima est: heretici cōiter dicti aliquando nulla pœna puniuntur. Nam Augustinus de uera religione: capitulo. vii. ait: Tamdiu error sustinetur donec accusatorē inueniat: aut prauam opinionē pertinaci aīositate defendat. Et i Epla ad Gloriū & cæteros eiusdem dicit idē Augustinus: & habetur in decreto. Dicit Aplus. xxiiii. q. iii. Qui sententiam suam q̄uis falsam & peruersam nō pertinaci aīositate defēdunt: præsertim quā nō audacia ꝑsumptionis suæ pepererint: sed a seductis atq; in errore lapsis parentibus acceperunt: quærunt aūt cauta sollicitudine ueritatē corrigi parati cū inuenerint nequaquā sunt inter hereticos cōputandi. Intellige ꝓpriedictos: q soli puniuntur a iuribus. Idē recte uidetur dicendum de hereticis ꝓprie dictis sed occulus: Nam secundum Petrum de Palude in iiii. p solo actu interiori. quo tamen solo homo est perfecte hereticus nō incurrit excōicatiōē: sed si aliquo actu exteriori manifestat delictum suum quantumcunq; occultum tunc incurrit.

¶ Secunda ꝓpositio est: Ecclesia i puniendo hereticos ꝓpr edictos utitur mia & iustitia: mia quā limitat ad spūalia utitur mia: nō denegando sacra pnīæ & eucharistiæ petentibus etiā relapsis si ad Fidem ꝯuertūtur. de he. c. sup eo. li. vi. Quantum ad tpalia utitur mia nō statim puniendo si reuertātur ad Fidem: quod nō debet fieri falsariis aut aliis malefactoribus. Parcitur ergo eis prima uice si redeant: quantum ad uitam & substantiam tpalem. Et si Clerici extiterint aliquādo dispensat cum eis i officiis plus & minus: aliquādo etiā prioribus dignitatibus ad tollendum scandalum ut. xxiii. q. iiii. Ipsa pietas. Vtitur iustitia p̄io excōicando eos: Oēs n. heretici siue occulti siue manifesti sunt excōicati ipso facto: sicut patet in ꝓcessu Cenæ: & in capitulo excōicamus de he. Ista autem excōmunicatio nō est eradicans ut dicitur. xxiiii. q. iii. §. Aliud est: sed sanans: ut dicitur. xi. q. iii. Audi.

¶ Secundo utitur iustitia in impenitentes aut relapsos et si peniteant: relinquendo brachio sæculari digna aiaduersiōe puniendos extra de he. ad Abolendā. Et hoc rōabiliter fit secundū B. Tho. secunda secundæ. q. xi. quia p hoc puluer bono cōi: Nā si heretici reuerti sæpe reciperentur & ꝯseruarentur i uita & aliis bonis tpalibus posset hoc esse i preiudiciū salutis aliorum. Tū quia si relaberentur alios inficerent. Tum quia si sine pœna euaderent alii securius i heresim laberentur. Ex relapsu enim ipsorum ꝑsumitur icōstantia eorum circa Fidem: & ideo iuste occiduntur. Vnde Hier. xxiiii. q. iii. Resecādæ sunt carnes putridæ: scabiosa ouis a Caulis repellēda: ne tota domus & massa: & corpus & pecora ardeant: corrumpantur: putrescant: intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed quia nō statim oppressus est totum orbē eius flāma populata est. Hec ille.

¶ Tertia ꝓpositio est: heretici relapsi aut impenitentes puniuntur depositiōe suarum dignitatum di. xxxx. Si papa & xxiiii. q. i. Qui contra pacē: & absolutiōe a debito fidelitatis homagii: & totius obsequii quocunq; firmitate uallati. de here. capitulo. finali: & priuatiōe beneficiorum

officii ecclesiastici: & nō solum ipsi heretici: sed & fautores & defensores & receptatores: & ipsorum filii usq; ad secundam generationem per lineam paternā: per lineam uero maternā usq; ad primū gradum: ut ex. e. ti. Quicunq; & c. Statutum. Et rerum ablatione: di. ix. in Q. uo iure & xxiiii. q. vii. caplo prio & sequenti: Non solū ipsi heretici priuantur bonis temporalibus; sed & filii hereditate paterna in detestationem criminis. Et si post mortem quis declaratur hereticus qui antea non fuit declaratus: possunt eius bona occupari: eo. ti. accusatus. li. vi. Reuersis quoq; non restituuntur uel filiis eorum bona ipsorum: extra eo. ti. caplo. Vrgentis. & morte: etiam si Clericus extiterit: sed prius solenniter degradatur: deinde relinquitur Curiæ seculari cōburendus.

¶ Quarta propositio est: heretici penitentes prima uice detrudi debent in perpetuum carcerē eo. ti. capitulo. Excōmunicamus. Mitius tamen agitur cum eis: quāuis de rigore iuris ita sit agendum. Reuertentes autem abiurare debent heresim: promittentes solenniter q; firmiter tenebunt fidem catholicam: ut prima q. vii. Quoties: & de Conse. di. ii. Ego Berengarius: & extra eo. ti. ad abolendam.

¶ Quinta propositio: Credentes: receptatores: fautores & defensores hereticorum multiplici pœna puniuntur: eo. ti. excōicamus primo.

¶ Sciendū credentes hereticorum esse: qui ita credunt sicut illi: aut qui eos suo modo adorant: aut qui ab eis sacramenta iuxta eorum ritum acceperunt.

¶ Fautores autem hereticorum dicuntur negatiue & positiue. Negatiue quidem qui potestate sibi concessa exigente non puniunt puniendos. xxiiii. q. iii. Qui potest prima q. v. Qui mitis & capitulo Præterea. q. viii. eiusdem causæ. Hoc etiam modo: qui officio fungentes & requisiti: auxilium pstare nequiter recusant. Positiue autem fautores hereticorum dicuntur uerbo uel facto: uerbo quidem: ut excusantes excessus hereticorum maxime publice: habita tamen consideratione personarum temporis & loci. Facto uero: ut Zelantes hereticos aut mittentes eis alimoniam: aut liberantes eos: aut instrumenta quibus liberentur tradentes: aut impedientes extirpationem hereticorum: aut recipientes seu occultantes.

¶ Cæterum defensores hereticorū sunt: qui aut eorū errorem tuentur: peiores profecto eis ac dānabiliores. xxiiii. q. iii. qui alios: aut ipsos hereticos defendūt ne puniantur: habet i multis capitulis. xxiiii. q. iii. & xxvii. q. i. Si custos.

¶ Circa punitionē hereticorū quāuis multa nonnūq; occurrant dubia tamen bonū esset in tribus sequentibus consulere Romanum Pōtificem ad secure exercendum officium inquisitionis: pcipue hac tempestate: in qua secta strigonum ac strigiarū nequissima uiget.

¶ Primum est: quoniam mandatur Inquisitoribus hereticæ prauitatis. i. c. ut officium: de heret. li. vi. q; hereticis redeuntibus ad Ecclesiæ unitatē beneficium absolutionis impendant: prouiso solerter: ne simulata conuersione redeant fraudulenter: in c. uero: ad abolendam. eo. ti. in antiquis dicitur: q; Clericus in heresi deprehensus nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholice unitatem spōte recurrere & errorem suum abiurare cōsenserit: laicus etiam nisi confestim ad fidem confugerit orthodoxam: secularis Iudicis arbitrio relinquatur. alias uero inter Doctores maxime uertitur in dubium: quando dicatur cōtinuo: aut confestim & sponte redire: cum aliqui dicant: q; anteq; sint traditi brachio seculari aliqui anteq; sntia proferatur: alii anteq; sint p questiones examinati: aut per testes conuicti: alii anteq; sint detenti per inquisitorem aut denuntiati. Idcirco cum prefati inquisitores ex his diuersitatibus opinionum quæ etiam sunt inter doctores: quos tenentur ipsi Inquisitores aduocare ad consilium ferendū super talibus delictis: iuxta nōta in c. ut cōmissi: & c. fi. eo. ti. li. vi. non bene possunt uidere an uere: an fraudulenter redeant maxime cum experientia teste pauci sint: qui cum sint conuicti non dicant uelle redire ad fidem: postea reuertantur ad pristinos errores.

¶ Secundum est: cum multi heretici non solum dogmaticent articulos diuersos hereticales: ut adorare diabolum ipsum in suum deū aut dominū assumere. fidem ac baptismum negare Ecclesiæ. sed q; multo deterius est: crucem sanctam pedibus conculcent: & super eam egestiones emittant: & fingentes se communionem a sacerdote suscipere: sacrum corpus Christi de ore suo extrahunt: aut de tabernaculis furantur: & illud cum opprobrio miscent: cum se mine uirorū & mulierū: aut cum sanguine puerorum suffocatorū: & aliis nefandis rebus: cum quibus faciunt unguenta ad maleficia & scelera alia perpetrantia. Quæ cum audiunt seculares merito abhorrent & scandalizantur: q; tales uiuere permittantur: etiam si prima uice fuerint depre-

hensi: maxime cum pluries hoc fecerint: uidetur esse querendum: an tales sint recipiendi ad misericordiam: ut non debeant tradi iudici seculari: quia crimina ista uidentur crimina qualificata: pro quibus extraordinaria pena debent grauis eis infligi: iuxta nota a per doc. in c. at si clerici: de iudi. & uidetur isti esse apostate a fide: & mente: & factis: ut est textus iuncta glo. in. vi. si qui sancta. iiii. de apostat. & hosti. in summa dicit q̃ sunt proprie heretici: & in ipsis habent locum omnia iura de hereticis: & falsarii litterarum Papæ etiam prima uice qua sunt deprehensi traduntur brachio seculari: ut in c. ad falsariorum de cri. fal. multo magis qui sacramentum in quo est uerum corpus domini Iesu Christi falsant: & abutuntur tam nefariose: & hic esse manifestam iniuriam irrogatam domino Iesu Christo nemo dubitat & ꝯsequenter crimen lesæ maiestatis: de quo c. uergentis de here.

¶ Tertium est: Inhibetur ne contra hereticos Episcopus sine Inquisitore: nec Inquisitor sine diocesano ad sententiã ꝓcedere possint ut in cle. multorum: de hereticis glo. ibi querit: an pro eis liberationem & absolutionem quilibet per se possit sine altero, concludit q̃ sic. Idem tene. ibi Cardi. Zab. Abbas. sic Archiepiscopius: & Panor quia nõ uidetur ista esse sententiã: sed magis penitẽtie iniunctio nec cõdẽnatoria sed absolutoria: quis. Sthe. & Pe. de ancha. teneant contra: maxime quia solet eis dari aliqua publicã penitẽtia & de honestatio Non uidetur autẽ hoc requirere: ut simul procedant quando sententiatur contra eos sed pro eis: ad hoc ut sic redeant ad gremiũ sanctæ matris Ecclesiæ: & absoluantur a censuris.

¶ Talibus itaq; premissis: respondetur quæsito negatiuæ: Nullus hereticus: maxime proprie dictus: est enumerandus inter ministros imperii militantis Ecclesiæ. Probatur: nam omnis minister imperii militantis Ecclesiæ coniungitur imperio militantis Ecclesiæ per Fidem: aut per charitatem: aut per utrũq;. Continuatur. n. qui tenet Fidem tantum catholicam Ecclesiæ sicut mẽbrum aridum uel mortuũ corpori: Heretici autem penitus sunt præcisi, cum Fidem perdiderint: & per consequẽs charitatem. Ad hæc est prima quæstio. xxiiii. causæ per multa capitula. Igitur nullus hereticus est enumerandus inter ministros Imperii militantis Ecclesiæ. Hæc quæ dicimus clariora efficient dicenda in sequenti libro titulo de separatione auctoritatis summi Pontificis a suppositio in quo reperitur.

¶ Ad primum: ergo dicendum est: q̃ ly oportet in uerbis B. Pauli imponat non necessitatem absolutã sed utilitatem. est autem aliquid utile per se: ut equus utilis est itineranti: aut per accidens: ut ægritudo hominis: inq̃tum ab experientia ægritudinis homo rectius operatur. Et hoc modo dicitur q̃ oportet hereses esse: & necesse est ut ueniãt scãdala. Math. xviii. Nã ut dicit B. Augustinus in Enchiridion: Deus cum sit summæ bonus & iustus & sapiens: non sineret mala fieri nisi bona inde eliceret. Tria itẽ bona orta sunt ab heresibus: Primum est: Fidẽ amplior manifestatio: & q̃tum ad claritatem: heretici suis disputationibus luculentiorem effecere Fidem. Vnde glo. Augustini: Ab aduersario mota quæstio discendi exiistit occasio. Idem quoq; viii. li. Confes. ait: Improbatio hereticorũ facit eminere quid Ecclesia sentiat: & quid habeat sana doctrina. Item in tractatu de ꝯsonantia Math. & Lucæ de generatione Christi: Vtiles sunt heretici ad inueniendam ueritatem: dum calumniantur ad seducendum in errorem. Negligentius. n. ueritas quæreretur si mendaces aduersarios non haberet. oportet. n. inquit Apostolus & hereses esse. hæc Augustinus. Et q̃tum ad firmitatẽm Inde subinfert Apostolus: ut qui probati sunt manifesti fiant in uobis. Item B. Augustinus in li. de uera religione: Sunt. n. innumerabiles in sancta religione Deo probati: sed manifesti non fiunt inter nos q̃diu imperitæ nostræ tenebris delectati dormire malumus q̃ lucem ueritatis intueri.

¶ Secundum: est operum bonorũ & charitatis gloriosior augmẽtatio. Vnde Augustinus super Io. Ad hoc Deus abundare permisit hereticos: ne semper lacte nutriamur & in bruta maneamus infantia. Idem. xviii. li. de ci. Dei. Heretici uero illi catholicis mẽbris Christi malo exemplo suo prosunt: dum Deus utitur & malis bene: & diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ. Inimici omnes Ecclesiæ uel errore excecati: uel malitia deprauati prosunt quia si accipiunt potestatem corporaliter affligendi exercent eius patientiam: Si uero male sentiendo aduersantur: exercent eius sapientiam: Vt autem inimici diligantur: exercent eius beniuolentiam. Hæc Augustinus. Tertiũ est Sanctorum Doctorum præstantior exercitatio. Inde Diuus Augustinus super Ge. contra Manicheos inquit: Ideo Diuina prouidentia multos diuersi erroris hereticos esse permisit

ut cum insultant nobis aut interrogant nos ea quae nescimus: uel sic excutiamus pigritiam: uel diuinas litteras nosse cupiamus. Propterea Apostolus ait: Oportet hereses esse. Idem de uera religione: Vtamur hereticis non ut eorum approbemus errores sed ut catholicam disciplinam aduersus eorum insidias afferentes uigilantiores & cautiores simus etiam si eos ad salutem reuocare non possumus.

¶ Ad secundum dicendum quod Papa aut quilibet alius plane effectus hereticus omni dignitate priuatur ut dictum est. Vide in sexta Synodo Honorius Papa condenatur: quia dicitur negasse in Christo duas uoluntates & operationes. Quapropter non enumerantur inter ministros imperii militantis Ecclesiae: quia nec fide nec charitate coniunguntur imperio militantis Ecclesiae. Qui enim non credit uni articulo Fidem non habet quae est uirtus infusa: licet habere possit opinionem quandam de reliquis credens secundum propriam uoluntatem: ut dicit S. Thomas secunda secundae. q. li. ar. iii.

¶ Ad tertium dicendum quod cum heresis sit actus interior non inconuenit hereticos aut nunc aut aliquando fuisse enumeratos nomine inter ministros imperii militantis Ecclesiae qui tamen re non sunt.

¶ Ad quartum dicendum iuxta S. Thomam quod Symoniaci non dicuntur uere heretici sed per similitudinem quandam: Quia sicut hereticus contra Fidem sentit: ita symoniacus operatur ac si contra Fidem sentiendum precio uili sacra adipisci uel dare: ac si existimaret donum Spiritus sancti pecunia possideri.

¶ Ad quintum dicendum quod non inconuenit ut dictum est: hereticos solo nomine inter ministros imperii Ecclesiae enumerari. Qui autem post sententiam ad gremium Ecclesiae redeunt merito inter ministros Ecclesiae enumerabuntur.

¶ Ad Sextum dicendum quod qui assentit opinioni alicuius Magistri contra manifestum scripturae testimonium: siue contra id quod publice tenetur secundum Ecclesiae auctoritatem: non potest ab erroris uicio excusari In talibus enim ut ait S. Thomas in quolibeto tertio ar. x. ignorantia non excusat Alioquin qui secuti sunt opinionem Arrii & Nestorii & aliorum heresiarcharum essent excusati. Neque possunt habere excusationem propter simplicitatem: si in talibus opinionem erroneam sequantur. In rebus enim dubiis non est de facili praestandus assensus: sed potius ut dicit Augustinus iii. de doc. christiana consulere debet quis regulam Fidei: quam de scripturarum planioribus locis & Ecclesiae auctoritate percepit. Pariter dicimus quod aliquis potest absque heresis periculo: ac etiam peccati tenere contrarium eius quod expresse habetur in canone: ut quod Abraam habuerit duos filios: quia talia non tenetur quis explicite credere sed implicite: nisi quando innotuit ei quod ista in diuina scriptura continentur. Similiter dicendum est de opinionibus Doctorum: dum tamen facta determinatione paratus sit doctrinam Ecclesiae amplecti. Ratio est secundum S. Thomam in secunda secundae. q. xi. ar. secundo quia tales pro illo tempore non habent electionem contradicentem Ecclesiae doctrinae. Si autem postquam essent auctoritate uniuersalis Ecclesiae determinata quis tali determinationi Ecclesiae repugnaret: hereticus censeretur. In caeteris autem opinionibus Magistrorum attendendum est illud Iob. xxix. Causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. Et Ambrosius in libro de paradiso dicit: Nemo debet se alteri credere: nisi cuius uirtutem probauit. Item hostiensis extra de cog. spi. super Capitulo. Sed tamen dicit: quod ubi sunt diuersae opiniones & diuersa iura: semper humanior est praeferenda: idest rationabilior & equior: extra de transa. capitulo fi. Vbi uero utraque humana est: standum est illi quae meliori innititur rationi: extra de fer. c. Capellanus.

¶ Vtrum Scismatici sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae: Quaestio Nona.



AD NONAM quaestionem sic proceditur. Videtur quod scismatici sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae. Primo quia demum ille dicitur minister alicuius quo utitur ad profectus suos sed imperium militantis Ecclesiae utitur scismaticis ad profectus suos: Vnde B. Augustinus de uera religione Ecclesia inquit catholica per totum orbem diffusa omnibus errantibus utitur ad profectus suos: & ad eorum correctionem cum uigilare noluerint

Vtitur n. gentibus ad materiã operationis suæ: hereticis ad probationem doctrinæ suæ: scismaticis ad documentũ stabilitatis suæ: iudeis ad comparationem pulchritudinis suæ. ergo scismatici uidentur enumerandi inter ministros imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Nihil prohibet habentem Fidem catholicam quamuis criminibus inuolutum enumerari inter ministros Imperii militantis Ecclesiæ. Dicit n. B. Hieronymus super psalmo. cxxxiii. Ecclesia est ubi fides uera est. sed scisma ut sic non importat nisi diuisionem oppositam unioni charitatis: ut dicit S. Thomas in quarto. d. xiii. Ergo scismatici non prohibentur enumerari inter ministros imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Illi conuenienter sunt enumerandi inter ministros imperii militantis Ecclesiæ, in quorum medio est Christus: sed apud omnes fideles etiã diuisos in duas partes est christus: ut habetur Matth. xviii. Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum: Ergo scismatici sunt enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Si scismatici non sunt enumerandi inter ministros Imperii Ecclesiæ hoc est quia per cõtumacem inobidientiam nolunt subiici capiti Ecclesiæ: Romano scilicet Põtifici. Dicit n. glo. in capitulo. Nõ uos. xxiii. q. v. Scisma est non habere caput Romanam Ecclesiam. Sed hoc non uidetur uerum: nam multo magis peccatores omnes: de quibus dicitur Esa. li. x. Peccata uestra diuiserunt inter uos & Deum uestrum. pariter omnes transgressores canonum & preceptorum apostolicæ sedis: Ex excõmunicati omnes: cum excõmunicatio non feratur nisi contra contumacẽ iuxta. c. Absit. x. q. iii. non essent dicendi ministri Ecclesiæ: quod est falsum: ut patet. Igitur scismatici sunt enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Cum Papa possit esse scismaticus: sequeretur q eo casu non esset enumerãdus inter ministros Ecclesiæ quod est falsum: quoniã in eo & apud eum est Ecclesia. xxiiii. q. i. loquitur. Inde B. Cyprianus i capitulo. Scire debes Episcopum in Ecclesia esse: & Ecclesiam in Episcopo. Et si quis in Episcopo non sit: in Ecclesia nõ esse. Ergo Scismatici uidentur enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est quod habetur in capitulo Didicimus. xxiiii. q. i. & sunt uerba B. Cypriani scribentis Magno filio suo: Didicimus inquit omnes omnino hereticos & scismaticos nil habere potestatis & iuris: propter quod Nouatianus nec debet: nec potest excipi quominus ipse quoq; extra ecclesiam consistens: & contra pacem ad dilectionem Christi faciens inter aduersarios & antichristos computetur.

¶ Respondeo dicendum: In hac quæstione primo præmittemus tria: Primum erit Scismatis diffinitio: Secundum punitio: Tertium extinctio. Deinde quæstioni respondebitur directe.

¶ Circa primum considerandum: q scisma prima sui impositione scissuram quandam sonat: ut aiunt Isidorus in libro Ethy. & Pelagius Papa in capitulo Scisma. xxiiii. q. prima extensione uero significatiua amplissima significat quãcunq; hominum diuisionem secundum mentem ab unitate quacunq; siue boni rationem habeat siue mali. Hoc modo accipitur scisma Io. ix. Et scisma erat inter eos. Vbi glo. quædam dicit: Si omnes fuissent mali scismate caruissent. Cõmuni uero significatione scisma importat illicitam diuisionem inter eos inter quos unitas esse debet: quo pacto accipit Apostolus primæ ad Cor. primo Idipsum dicatis omnes: & non sint in uobis scismata. Et hæc significatio aliquando propria dicitur: Vnde S. Thomas super illud primæ ad Cor. primo. Non sint in uobis scismata: dicit sic: Proprie scismata sunt quando uel propter diuersam Fidei professionem: uel propter diuersas sententias de agendis: homines unius collegii se in diuersas separant partes secundum illud Esaie. xxii. Scissuras Ciuitatis: Dauid uidebis quia multiplicatæ sunt: ubi glo. interlinearis super uerbo scissuras dicit Scismata s. Ecclesiæ. Secundum autem significatum propriũ quo nunc nomine scismatis utimur: diffinitur a B. Thoma secũda secũdæ. q. xxxix. ar. primo. Scisma est separatio propria sponte & intentione ab unitate Ecclesiæ: renuens subesse Papæ & cõmunicare membris Ecclesiæ. Huic diffinitioni consentit Hostiensis in summa ti. de scismaticis dicens: Scisma est illicita diuisio per inobedientiam ab unitate Ecclesiæ facta. Ponitur ergo separatio loco generis. Dicitur propria sponte & intentione: propter eos qui ui Cogunt ne de facto subsint Romano Põtifici: ut in multis mũdi partibus accidit. Dicit ab unitate Ecclesiæ: quoniã unius Ecclesiæ ut a[illegible]

S.Tho.ubi supra i Ecclesiæ unitas in duobus
attendit. s. In cõnexione mẽbrorum ad inuicem
siue i cõmunicatiõe. Secundo i ordine oium
mẽbrorum ad unum caput & notaliter dicitur
Ecclesiæ s. uniuersalis & nõ particularis. Dum
de eũ i fert: Renuens subesse Papæ: dicitur ad
differentiam heresis: q sit per falsam contra Fidẽ
opinionẽ. xxiiii.q.iii inter heresim. Item Re-
nuens importat rebellionẽ quãdã cũ pertina-
cia. Vnde B.Tho. in responsione ad secundũ
ait. Nõ per precepta cũ rebelliõe quadã cõstituit
scismatis ratione: Dico ãt cũ rebellione: cũ &
pertinaciter precepta cõtẽnit & iudicium eius
subire recusat. Scisma itaq est nõ i Ecclesia q
una est in plures diuidi neque sed ab Ecclesia: ut
habet i caplo scisma. xxiiii.q.i. In quo pariter
cap. declarat: q cõicare nolẽtes mẽbris Ecclesiæ
Romano Pontifici subiectis scisma icurrunt.

¶ VT PREDICTA diffinitio manifestior
fiat recolendum prio: duplicẽ esse unitatẽ in
Ecclesia: Vna est oium mẽbrorum Ecclesiæ cũ
Christo capite: quod influxu interiori influit. Alte-
ra est oium mẽbrorum adinuicẽ: quorum caput est
Ro. Põtifex influens secundum influxum exte-
riorẽ: ut habet a B.Cypriano i caplo. Loquitur
dominus. xxiiii.q.i. Et hæc unius mẽbrorum per-
multitudinẽ ad Ro. Põtificẽ semper manet actu
uel habitu: Actu quidem semper manet habitudo
oium mẽbrorum Ecclesiæ ad Sedẽ apostolicam et
mortuo Papa: extra de rescriptis caplo gratio-
se: habitu autem ad personam eligendam.

¶ Secundo aduertendum: ut ait B.Cyprianus
i epla quadã ad Cornelium: Nec aliũde nata
sunt scismata q quando Sacerdoti Dei nõ obt-
emperat: nec unus i Ecclesia ad tẽpus sacer-
dos & ad tẽpus iudex christi uice cogitatur: cui
si secundum diuina magisteria obtẽperaret
fraternitas uniuersa: nõ discidio unitatis Chri-
sti Ecclesiam scinderet. Hæc ille. Itẽ Pelagius
Papa i caplo. Nõ uos. xxiii.q.v. ait: Quisquis ab
apostolicis diuisus est sedibus i scismate esse nõ du-
bium est. Ad hæc fulcienda faciunt q habent
i caplo Hec est fides. xxiiii.q.i. Et i caplo. Non
decet. & i caplo Præceptis. di. xii. Ex quibus ha-
bet: q scismatici sunt proprie q propria sponte &
itẽtione separãt se ab unitate Ecclesiæ renuẽ-
tes subesse Papæ & mẽbris eius cõmunicare.
Scismatici exẽplariter processerunt in scismate
qd Chore: Dathan & Abiron cum cõplicibus
suis fecerunt: quod ide orũ habuit: q subesse
renuerunt Moysi Duci Israel & Aaron summo
Sacerdoti: de quo habet Numeri. xvi. Itẽ i scis-
mate quod decẽ tribus fecerunt: eo q cõtẽpto
rege suo alterum sibi statuerunt scilicet Hiero-
boam: de quo. iii. Re. xii.

¶ CIRCA PVNITIONEM scismaticorum
sciendum prio: scismatis peccatum esse grauis-
simum ac maximũ oium peccatorum: i proximũ:
qa est contra spirituale bonum multitudinis: Infi-
delitate quoque grauius est per accidens: nõ ãt
secundum se: ut ait B.Thomas ubi supra: nam
pp maiorem cõtemptum põt infidelitate esse
maius. Ideo cõparat idolatriæ a B.Cypriano: ut
teste B.Augustino contra Cresconium grãmati-
cum. Ad hæc facit quod B.Augustinus ait in
libro de fide ad Petrum: hein caplo. Nõ affe-
ramus. xxiiii.q.i. Cõparat et abnegationi fidei:
ut habet a B.Ambrosio in caplo. Aduocauit.
xxiiii.q.i. Itidem pp maius periculum põt esse
scisma grauius peccatum q infidelitas: Propte-
rea cõparat egritudini desperatæ. Vnde B.Au-
gustinus i sermone duodecimo libri iii. de ser-
mone domini i monte: de peccato scismatis
loquens ait: Quicquid n. adhuc hæret corpori
nõ desperatæ sanitatis est: quod ãt precisum fue-
rit nec sanari nec curari põt. Et ideo ait B.Hie-
ronimus i caplo Nõ afferamus ubi supra: Scis-
ma est punitum hiatu terræ sepultis auctori-
bus uiuis: & cæteris cælesti igne consumptis.
Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius cõ-
missum quod est grauius uindicatum?

¶ SIT ITAQVE prima propositio declarans
punitionem scismaticorum.

¶ Peccatum scismatis grauius punitum fuit
q peccatum infidelitatis i ueteri testamẽto: nãque
de peccto idolatriæ legit Deuteronomii. xxxii.
q pp idolatriam sunt aliq humana manu gla-
dio perempti. De peccato autem scismatis le-
gitur deut. xvi. Si nouam rem fecerit dominus
ut aperiens terra os suum degluriat eos & oia
q ad eos pertinent: descenderintque uiuentes in
infernum: scietis qa blasphemauerunt dominũ.
Decem ẽt tribus que a regno Dauid recesse-
runt sunt grauissime punitæ. iiii. Regũ. xvii. Ra-
tio uero est: Tum ut inotesceret grauitas pec-
cati scismatis: Tum pp pronitatem illius po-
puli ad seditiones & scismata. Dicit n. i. Esdræ.
iiii. Ciuitas illa a diebus antiquis aduersum Regẽ
rebellat: Et seditiones & prælia concitant i ea. Penæ
ãt sunt medicinæ ad arcendum hoies a pecca-
to. Vnde ubi est maior pronitas ad peccandũ
debet seuerior pena adhiberi. Hec ex S.Tho.
ubi supra. Tum qa i iudeis peccatum scismatis
uidet ex maiori contumacia processisse: iuxta
Alexandrum de Ales in secundo libro.

¶ Secunda propositio est. Cũ duplex sit põtas

spiritualis sacramētalis & iurisdictionis Prīa
manet i hereticis & scismaticis secundū essen
tiam non autē secundum usum.
Secunda āt in auertiga iurisdictio cfert per
simplicē iniunctionē hoīs Ideo possunt ordi
nare & csecrare: nō āt absoluere excōmunt-
care: dare exequutionē ordinis gratiā uel indul
gentias. Ista ppositio q est B. Tho. ubi supra: ful
cit auctoritate B. Augustini in li. contra Do-
natistas dicētis: Potest sacramētum tradere se
paratus sicut pōt habere separatus. Idem colli
git in caplo ordinationes. ix. q. i. Vnde aucto
ritates dicentes scismaticos & hereticos nō ha
bere spiritualē potestatē psatā. s. sacramentalē:
semp sunt intelligendæ quātum ad legitimū
usum illius non āt sunt referendæ ad ipsam
essentiā potestatis. Sicut est illud extra de scis.
caplo. ii. ubi Lateranēse Cōcilium dicit: Ordi-
nationes ab Octauiano & Guidone heresiar-
chis factas & ab ordinatis ab eis irritas esse cen
semus. Vide glosam ibidē ista asseuerantē. Vel
intelligunt de illis hereticis & scismaticis qui
formā Ecclesiæ nō seruant essentialē in colla
tione ipsorū sacramentorū. Sicut est illud Pe-
lagii Papæ in caplo Pudēda. xxiiii. q. i. dicen
tis: Qui diuisus est ab apostolicis sedibus exe
crat potius ipse & nō csecrat. Iure ergo exe-
cratus & nō csecratus poterit dici. Vel similes
auctoritates intelligendæ sunt q̄tum ad rem
sacramēti siue effectū salutiferū eorū. Quicūq;
.n. accipiunt ab eis sacramēta peccant nisi sa
cramētum baptismi in ar. necessitatis. Et tamen
pediunt q̄tum ad rem sacramēti illa sacramē
ta. Hoc modo accipiendum dicit S. Thomas
in. iii. illud quod Leo Papa scribens ad Leo-
nē Augustum ait: q in Alexādrina sede oīum
cælestium sacramētorū lumen extinctum est:
Intercepta sacrificii oblatio: Deficit Chrisma
tis sanctificatio. Sententia āt B. Cypriani op-
positum sonans nō ē acceptata: ut ait B. Augu
stinus. De potestate uero Iurisdictionis dicit
in capitulo Didicimus. xxiiii. q. i. Didicimus
omnino hereticos & scismaticos nihil habere
iuris ac potestatis. De qua ēt potestate Iurisdi
ctionis loquit Capitulum Nouatianus. vii. q. i.
& extra de scismaticis capitulo primo. Vide &
glo. ibidē in uerbo infirmitate ait: Quia dum
Ecclesia habet pastorē hereticum uel scisma
ticū uacare intelligit: supra de rescriptis cap. ii.
Tertia propositio est: Scismatici puniunt
excōmunicatione: ut patet extra de scis cap. ii.
& in capitulo de liguribus. xxiii. q. v. deinde si
nō resipiscant depositione. Vt in caplo. In noīe
domini. xxiii. di. Deinde si fuerint primates nō
nū armata sit e brachii secularis pōt animaduer
sio: capitulo de liguribus: & caplo Quali &
ubi supra. Huius ppositionis ratio est secundū
B. Tho. ubi supra q. a. Scismatici implicitur pec
cāt. Nā separāt se ab Ecclesia capite Ecclesiæ
& disciplina spirituali polui: reuerendam ideo iu
stum est ut triplici hac pœna puniantur.
QVANTVM AD tertium. Sciēdum q
scismata ex triplici fonte oriuntur: aut ab here
si: Ideo B. Hieronymus i. c. inter heresim. xxiiii.
q. iii. dicit q nō ē scisma quod nō aliquā here
sim sibi cfingit: ut recte ab Ecclesia recessisse
uideat: sicut patet in scismate Iacobitarū: Ar-
meniorū: Bohemorū: Aut ab inobedientia: aut
ab usurpatione Aplice sedis: & hæc scismata
usq adhuc fuere. xxiii.
Primum fuit inter B. Cornelium & Noua
tianum urbis Romæ psbyterū heresiarchā Ca
tharorū q se mundos dicebāt lapsis ueniā de-
negātibus: Extinctum Concilio Romæ con-
gregato per Cornelium.
Secundum fuit inter Felicē & Liberium: Fe
lice martyrio coronato: Liberio precibus
Ecclesiæ extinctū.
Tertium fuit inter Damasum & Vrsinum
Diaconum Cardinalē: extinctū per Conci
lium congregatum per damasum.
Quartum fuit inter Bonifacium primum &
Eulalium psbrm Vrbis Romæ: extinctū opa
Imperatoris honorii uia discussionis ueritatis.
Quintum scisma fuit inter Symachum &
Laurētium: Extinguit p uiā cōpromissi factū i
Theodoricū Regē. Quo iterū reuiuiscente cō
gregat Cōciliū Romæ iussu pfati Theodorici
in quo oīo extirpat Symaco i sedē cfirmato.
Sextum scisma fuit inter Siluerium Papā
primum & Vigiliū. Extinctum fuit mortuo Sil-
uerio & Vigilio in Papa ab oībus assumpto.
Septimum fuit inter Eugenium secundū
& alium quēdā: extinctum potētia Lotarii filii
Lucii Imperatoris.
Octauum fuit inter Leonē qntum & Chri
stophorū antipapā: q Leonē carceri emancipa
uerat. Extinguit Leone defuncto & Christo-
phoro electo: electo quoq ad paplatū Sergio. iii.
Nonum fuit inter Ioanē duodecimū &
Leonē octauum: Sopitur Ioanne defuncto.
Decimum fuit īter Leonē pdictū & Be-
nedictum quintum. Sopitur Benedicto per
Ottonem Imperatorem misso in exilium.
Vndecimum fuit inter Gregorium quin-
tum & quendam Ioannem Episcopum Pla-

rentinũ. Sopitur potentia Imperatoris desossis oculis Ioannis Episcopi & ipso eodē perpetuo carceri in castro S. Angeli deputato.

¶ Duodecimum fuit inter Benedictum nonum & alios tres .s. Ioannem Sabinensem episcopum qui Siluester tertius dictus est & Ioannem presbyterum S. Ioānis ante Portam Latinam: qui dictus est Gregorius sextus. Qui ut ferunt ob ruditatē litterarum ad uices officii exequendas alium secum ordinari fecit. Sopitur potentia Henrici Imperatoris: Qui tribus electis egit ut quartus substitueretur: uocatus Clemens secundus.

¶ Tertiumdecimum fuit Nicolao secundo electo: post renunciationem Benedicti Decimi: Qui conscientia ductus ꝙ esset intrusus fauore quorundam nobilium romanorum cessit Papatui.

¶ Quartumdecimum fuit inter Alexandrū secundum & Cadulum Parmensem Episcopum: Sopitur opera Henrici imperatoris Cadulo errorem suum cognōscentē.

¶ Quintumdecimum fuit inter Gregorium septimum & Clementem quendam electum Brixie fauore Henrici Imperatoris: Sopitur per mortem Clementis & Henrici.

¶ Sextūdecimum scisma fuit inter Paschalem secundum & alios tres extinguitur morte trium intrusorum.

¶ Decimūseptimū fuit inter Gelasiū secundum Calixtumq; secundum eius successorē & quendam Burdinum hispanum Henrici Imperatoris potentia electum. Sopitur capto Burdino & carceri emancipato.

¶ Decimumoctauum scisma fuit inter Innocentium Papam secundū & Petrum Leonis qui se Anacletum nominabat. Extinguitur potentia Lotarii Imperatoris.

¶ Decimumnonum scisma fuit inter Alexandrum tertium & quattuor Pseudo antipapas eleuatos potentia Federici Imperatoris: Extinguitur mala morte deficientibus antipapis: Et pace composita inter Papam Alexandrum & Federicum Imperatorem.

¶ Vigesimum scisma fuit inter Ioannē Papam uigesimumsecundum & pseudo Pontificē fratrē Petrū de Corberio: Sopitur Corberio capto ac mortuo in castro Cremonensi.

¶ Vigesimumprimum scisma fuit quod incepit Anno Domini. M.ccc.lxxviii. Nam uacante sede post mortem Gregorii xi. fuerunt duo ad pontificatum electi. S. Barth. Episcopus Bareñ. qui uocatus est Vrbanus Sextus: & apud Auinionē Clemens septimus. Vrbano successit Bonifacius nonus: post quē Innocentius septimus: Et post eum Gregorius. xii. Ex alia parte idest Clementi successit Benedictus. xiii. Tandē per Cardinales aliquos Gregorii & Benedicti celebratum fuit Concilium Pisis: & Depositis Gregorio & Benedicto: quamuis in eis fuit electus fuit ad papatum Frater Petrus de Candia Magister in Theologia: qui dictus est Alexander quintus. Post quem electus est Ioannes. xxiii. Et ita iam tres contendebant: Tandem Congregato Concilio apud Constantiam opera Sigismondi Imperatoris Gregorius renunciauit iuri suo. Benedictus & Ioannes. xxiii. deponuntur: Et ita sopito scismate reddita est pax Ecclesie.

¶ Vigesimūsecundum scisma fuit inter Eugenium papam quartum & Amedeum Ducem Sabaudie: qui pontifex electus fuit per quosdam de concilio Basiliensi: Extinguitur cessante Amedeo a coeptis persuasionibus Regum Francie & Anglie: Legato Amedeo instituto in toto suo ducatu Sabaudie: Qui obiēs boni nominis famam posteris reliquit ob sanctitudinis exempla.

¶ Admiretur autem nullus sicut quidam ad pauca respicientes faciunt: ꝙ Imperatores boni & sancte Romane ecclesie fideles ministri (nam ꝑ actibus malorū non est deducenda in medium aliqua excusatio) ausi sint se intromittere de examinatiōe electionis summi pontificis: Quoniam non ut iudices aut usurpantes ecclesiasticum iudicium fecerunt talia: sed ut patroni Ecclesie & ut protectores: Et defensores pacis & unitatis eiusdē per modum habende declarationis ueritatis: ut sciretur per doctos uiros quis cōtendentium esset uerus Pontifex cui fauere debeant: & qs intrusus quem expellere teneantur: iuxta capitulum Si quis pecunia. di. lxxix.

¶ EX DICTIS Respondetur directe questioni per negationem: Non enim scismatici sunt enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesie: Tum quia precisi ab Ecclesia: Tum quia equiperantur hereticis & ydolatris: ut dictum fuit.

¶ Differunt uero heretici a scismaticis sicut genus & species: hereticus enim omnis scismaticus est: non autem econuerso inde Beatus Augustinus in libro de Fide Symbolo dicit: Credimus sanctam Ecclesiam utiq; catholicam & Apostolicam: Nam heretici & scisma

ticis congregationes suas etiam ecclesias uocant:sed heretici fal'sa de Deo sentiendo ipsam fidem uiolant scismatici autem dissensionibus suis iniquis a fraterna charitate dissoluunt:quamuis ea credant quae credimus. Quapropter nec heretici nec scismatici pertinent ad Ecclesiam.

¶ Ad primum ergo dicendū est:q Ecclesia indirecte utitur scismaticis ad documentum stabilitatis suae sicut quomodo supra dictum fuit hereses utiles esse.

¶ Ad secundum dicendum:q non sufficit fides informis ad hoc q quis enumeretur inter ministros Ecclesiae:sed oportet q uniatur capiti membrorum eius quod est Papa:Christo id ordinante.Hinc sententiae faciunt quae dicuntur in capitulo denique.vii.q.prima Et in capitulo.Quoniam uetus oriens.xxiiii.q.prima. Huic B.Ambrosius super Epistolam ad Thi.c.tertio ait.Scribo tibi ut scias quomodo Ecclesiam ordines quae est domus Dei:ut cū totus mundus Dei sit Ecclesia:tamen domus eius dicatur cuius hodie rector est damasus. Ad dictum autem Hieronymi dicentis ibi ecclesia ubi fides est Respondetur uerū esse:dum tamen ab unitate Ecclesiae non recedat.Vel intelligendum non solum de fide ad Deū:sed etiam ad Ecclesiam quā non seruant scismatici:qui ab ecclesiae unitate mēbra eius scindi patiuntur:ut in capitulo Aduocauit.xxiiii.q.i.

¶ Ad tertium dicendum:q diuisi ab unitate Ecclesiae non sunt congregati in nōie Christi:& ideo in medio eorum non habitat Christus. Vnde in capitulo Audiuimus.xxiiii.q.i. dicit Alexander secundus:Christus non habitat in cordibus eorum:qui superbe singularitatem sequuti a corporis Christi compage semetipsos abrūpunt.Ad haec faciunt quae dicuntur in capitulo Alienus.xxiiii.q.prima.

¶ Ad quartum dicendum:q ratio assumpta est uera:Et ad primam improbationē respondetur:q licet omnis peccator a Deo sit diuisus iuxta illud Esa.li. Peccata uestra diuiserūt inter uos & Deum uestrum:quia tamen illa diuisio non est intenta ab homine nisi per accidens:& ea quae sunt per accidens non constituunt speciē sicut & in naturalibus:scismatici autē diuisionē intēdūt per se:ideo S.Thomas secunda secundae.q.xxxix.ar.primo dicit peccatores non esse scismaticos.Ad secundum dicitur:q non omnis transgressor praecepti apostolici est scismaticus:quia hoc non facit cum contumacia.Ideo Petrus de Palude in quarto di.xiii.ait. Qui in uno articulo non obedit non propter hoc scismaticus statim reputatur:puta si adulterā statim non dimittit.Si tamen quispiam trāsgressor canonū ita reperiretur ut Apostolicae Sedi praecepta contēneret:& iudicium eius subire recusaret scismaticus esset censendus.Ad tertiam dicitur:q in omni excōmunicato non inuenitur contumacia:quae est de ratione scismatici:sed saepenumero alterius est rationis:& ideo omnis excōmunicatus non est scismaticus.

¶ Ad quintum dicendum:q cum Papa possit esse scismaticus:& quia heresim incurrere potest iuxta capitulum Si Papa.xl.di. quae scisma continet: Et quia si duo Sūmi pontifices crearentur & uterq electus crederetur:ut supponit glo.in capitulo primo.xxiii.q.prima eo casu apud ipsum non esset ecclesiae hic inter ministros Ecclesiae uere pro tunc esset enumerandus.

¶ Vtrum Phylosophi & Mathematici sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae:Quaestio Decima & Vltima.



D.Decimam quaestionem sic procedit:Videtur q Phylosophi & Mathematici non sint enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae:Primo quidem:quia hostes alicuius non debent enumerari inter ministros imperii illius:Sed Phylosophi sunt huiusmodi:ergo non uidentur enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.Secunda probatur:Tum quia B.Ambrosius cū se aduersariū Fidei catholicae uellet ostendere philosophyam profiteri uoluit:ut dicitur in gestis eius:Quod ne faceret ab amicis reuocatus est.Tum quia B.Augustinus in omelia Qui non intrat per ostiū ait:Fuerunt quidā philosophi de uirtutibus atq uitiis multa tractantes:& infra:Sed quia non intrabant per ostium perdere uolebant mactare & occidere.

¶ Praeterea:Philosophya triplex est:rationalis diuina:& naturalis.Sed nihil utilitatis afferre uidentur ea Imperio militantis Ecclesiae imo multū dānt:ergo philosophi non sunt enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.Secunda probatur:& primo de rationali:Tum quia ut ait B.Ambrosius:Cessent argumēta ubi fides quaeritur.Rationalis uero argumentari docet.Tū quia sophystica q est

pars rationalis ut ait B. Augustinus .ii. de doc. christia. a: uitanda est propter occasionem mali. Ideo dicit: Disciplina disputationis q est per sophysmata cauenda est: quia ibi est libido rixandi & puerilis decipiendi ostentatio. Diuina quoq; quantum ad omnem sui ueritatem docetur in diuina scriptura: errores uero quae a philosophys tradit multos continet: sicut patet .xii. Methaphisicae Aristotelis: supponentis in suis rationibus quas de Deo ac substantiis separatis facit eternitatem mundi deo. eius quoq; substantias separatas non multiplicari nisi secundum numerum corporum caelestium. Ideo ad Ro. primo dicitur. Dicentes .n. se philosophy se esse sapientes stulti facti sunt. Et Hieronimus ad Heliodorum: Adducetur etiam cum suis stultis Plato discipulis. Idem uidetur dicendum de naturali: & ideo Socrates naturali spreta morali incubere docebat. Igitur nihil utilitatis sed multi damni afferunt rationalis naturalis & diuina Imperio militantis Ecclesiae.

¶ Praeterea: Augustinus in quarto Cõfessionum ait Illos planetarios quos mathematicos uocant plane consulere non desistebam quasi nullum esset eis sacrificium: & nullae praeces ad aliquem spiritũ obdiuinitationẽ dirigerentur quod tamen christiana & uera pietas expellit & dãnat. ergo Mathematici non sunt enumerandi inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Praeterea: Obseruatio eorum quae traduntur ab astrologis qui mathematici dicuntur: prohibentur legibus Imperii militantis Ecclesiae: singulariter ad Galatas .iiii. capitulo. Dies inquit obseruatis & menses & tẽpora & annos: timeo ne sine causa laborauerim in uobis. Et .xxvi. q. vii. Quis existimaret. Item uia est ad artẽ magicã & ad ydolatriã .q. vii capitulo. Sed & illud. Ergo Mathematici nõ uidentur enumerãdi inter ministros Impii militãtis Eclae.

¶ In oppositum est: q omnis scientia humano ingenio inuenta dicitur Ancilla legis diuinae: Prouerbiorũ .ix. capitulo: Misit Ancillas suas uocare ad arcẽ. Igitur non inconuenit sectatores philosophyae aut Mathemathicos enumerari inter ministros Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Respondeo dicendum: q Pytagoras humiliori uocabulo oblectatus se philosophũ idest amatorẽ sapientiae primus nominauit: cum antea sapientes dicerentur. Sapientis uero sunt sex cõditiones ut dicit primo Metha. Sapiens enim cõmuni nomine censetur Qui scit omnia: non quidem singularia: sed sicut decet: indẽ exigitur ut difficilia cognoscat: &. illa quae nõ sunt leuia communiter hominibus ad sciendum: et ut quae intellectu solo cognoscuntur: Et quãuis ea quae sub sensu cadunt sapiens cognoscat: non tamen id munus sapientis est inquantum sapiens. Deinde q talium maiorem caeteris non sapientibus certitudinem habeat. Quamobrem & docere queat ac quorumlibet quaesitorum causas reddere: Ipsum scire propter se quaerens: caeteros ordinans ac persuadens. Non .n. sapientem ordinari: sed ordinare decet. Mathesis autem disciplina est: inde mathematici dicti sunt qui disciplinas certissimas profitentur: ideo Arithmeticam uel Geometriam quae primum a sacerdotibus Egypti inuentae fuerunt dicitur primo Methaphisicae. Verum B. Augustinus in libro de natura Demonum: & habetur .xxvi. q. ii. ait: Genialici appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum: Geneses .n. hominum semper duodecim caeli signa describunt: sydetũq; cursus nascentiũ mores & actus praedicere conantur: idest quis quali signo fuerit natus: aut quem affectum habeat uitae qui nascitur interpretantur. Hi sunt qui uulgo Mathematici uocantur: cuius superstitionis genus cõstellationes latini uocant: idest rationes syderum quomodo se habeant cum quis nascitur. Haec Augustinus.

¶ VT IGITVR sciamus q inter humanarum scientiarum sectatores enumerari debeant ministris Imperii militantis Ecclesiae: Scientiam omnem siue secundum propriam siue secundum cõmune significatũ scientia accipiatur: Primo destinguemus: Secundo cuiuslibet singulas utilitates singulaq; laudum genera subinferemus: sic etiam Improbationes. Vbi .n. cõmodi quidpiam secum defert Imperio militantis Ecclesiae aliqua scientia: eius studio uacantem non inconueniet enumerari ministris Imperii militantis Ecclesiae: Vbi uero aut Demonibus se immiscet aut praeceptis diuinae sapientiae: aut obedientiae Summi pontificis aduersantia edocet: talibus operam dantibus non conuenit nomen ministri Imperii militantis Ecclesiae.

¶ OMNIS ITAQVE scientia aut Theorica est: aut pratica. A fine .n. scientia denominationem capit: pratice uel speculatiue. Cuius igitur finis est specularI: idest consideratio ueritatis: ea speculatiua siue Theorica recte uo-

catur: cuius uero finis est opus: illa pratica dicetur. Nam teste Aristotele in secundo Methaphy. Finis speculatiuæ est ueritas: praticæ uero opus. Speculatiuas praticasq; scientias præcipue a uiris præclaris uoluminibus cõscriptas quæpiam scientia pcedit ueluti præuia omnibus: quam grãmaticam dicimus.

¶ Est autem grãmatica scientia recte loquendi recteq; scribendi: ut dicitur Thopicorum sexto. Doctores hæc habet suos, quorum documenta traditionesq; sequatur. Sunt apud latinos Donatus: Priscianus: & ii quos Romanæ linguæ latinæ scientissimi potissimum coluere. Litteras itaq; enunciare ac figurare primum docet: deinde sillabas coniungere: Tunc dictiones formare: Demum oratiões componere. Hæc primo hebreis tradita etiam diuina auctoritate ad græcos: latinos: cæterosq; uariis riuulis deriuasse credimus. Nempe hebrei Aleph: Græci Alpha: Latini A. pronunciant. Grãmatica uniuscuiusq; artis teste Boetio: reddit iocunda possessio. Doctores Ecclesiæ præstantissimi hanc obseruarũt excoluerũtq;: nedum sacra Dei uolumina impari quãuis ratione diuinæ litteræ ac cæteri grãmaticæ regulis utuntur. Quamobrem impium foret si quis diuina eloquia sub grammaticorum traditionibus cogere omnino uellet: Ille.n. est qui linguas ĩfantium facit desertas: in scripturis sanctis loquens. Grammaticam Romanus Pontifex atq; Imperii militantis Ecclesiæ caput ita ueneratur: ut litteras suas illius non aduersari regulis instituerit: extra de rescriptis.

¶ Hoc autem rationabile ualde est: Secundum.n. Alpharabium in libro de ortu scientiarum: Grãmatica scientia Linguæ est: cuius peccata papa castigat: & ideo non decet litteras pontificis scientia linguæ non esse castigatas.

¶ SPECVLATIVARVM scientiarum alia circa ens rõnis uersatur: alia circa ens reale: hec.n. est entis omnium prima diuisio: ut traditur ab Aristotele quinto metaphy. capitulo de ente. Logica ea est que ens rationis considerat que in dialecticam: Sophysticã: ac demonstratiuam diuiditur. Tradidit uero illam nobis hoc ordine idem Aristoteles Peripatheticorũ princeps: ut incomplexa ordinare doceat in predicamẽtis: Quibus uniuersalia Prophyrii atq; sex principiorum Gilberti Poretani liber deseruiunt. Complexorũ autem noticiam qualitatesq; in libro perherminias conscripsit. Tum in libro priorum syllogismos construere docet: quibus Ratio discurrens minime fallatur: neq; decipiatur. Deinde cum triplex sit syllogismus: probabilis: elenchus siue Sophysticus: & demonstratiuus: ad singulos explicandos singula composuit uolumina: ab ipso libris: a suis uero sectatoribus etiã capitulis magno atq; admirabili ordine distincta. Logica ut scientia est: inter speculatiuas censetur: ut modus sciendi nec scientia quidem proprie accipiendo scientiam: est. Quãuis.n. logica opus dirigat: id tamen non est alterius potentiæ ab intellectu: quod scientiam praticam constituit: ueluti paulo inferius dicemus. Huius scientiæ studio necesse est inhærere eum qui humanarũ aut diuinarum rerum scientiam optat. Quamobrẽ Pythagoricos in primo metaphysicæ mordet Aristoteles q logicam nescierint. Nam dialecticæ magna est necessitas: ex qua manifestatur non obedire sophysmati neq; ab altero neq; a seipso. Erient nanq; omnibus quærentibus disciplinas sine logica: id quod Medicis de se ipsis scribit in secundo pharmacorum: Medici aiunt quibus nõ est scientia per uiam dialecticæ & canonum eius errant errore magno: Pertranseunt.n. terminos proprios Errant etiã in ratione sua similiter error infantium: qui nõ incipiunt scire dialecticam nisi ex proximo. Ideo apud Haliabbatem dicitur: Logica uerborum libra: & omni arti utilis. Vnde primo Complexionum capitulo. vi. dicitur: Prauæ falsitates eorum que in principiis logicæ considerationis edocentur causæ maximorũ delictorum fiunt: & contingit omnia male operata: & secundum artes omnes: & secundum omnes operationes totius uitæ sequi sophismata. Item Hyppocras inquit. Manifestum.n. q non saluatur quis ab errore nisi per artem logicæ. Item Auerrois colliget primo dicit: Scias q aliquis nõ poterit stare super fine huius libri: neq; intelligere maiorem partẽ eius: nisi ille qui legerit tantum in logica q possit adminus cognoscere modos trium demonstrationũ: puta simpliciter: causæ: & signi. Simplicius quoq; in predicamentis scribit. Logica est pars organica totius philosophiæ defendens nos a malis in praticis: & a falsis in speculatiuis. Quamobrẽ exercitatio in logica necessaria est imperio militantis Ecclesiæ. Longiori uero studio nõ multum incumbendum Sophysticæ logicæ docere uidetur Paulus Apostolus prime ad Timotheũ primo dicẽs. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt

in uaniloquium uolentes esse legis doctores: non intelligentes quæ loquuntur neq; de quibus affirmant. Et ad Thymotheum secundo Stultas autem & sine disciplina questiones deuita: sciens autem quia generant lites: Vaniloqua itaq; uidetur sophystica & sine disciplina: qstiones proculdubio ac lites generans. Quare admirandum non est si dispositio dicatur a quibusdam ad hereses Sophysticis.n. argumentationibus faciliter assentimus hereticis propositionibus.

℄ Rhetorica scientia media uidetur iter grãmaticam & logicã: ueluti de astronomia dicitur secundo physicorum ab Arist.q; media sit inter naturalem & mathematicam. Docet.n. ornate cõponere oratiões: atq; entimemate utitur quod est spés argumẽtationis: quamobrẽ logicæ supponitur ex ea parte. Est itaq; Rhetorica bene dicendi sciẽtia ad persuadendũ bona & iusta in rerum personarumq; & negociorum causa. Rhethor est uir bonus: & dicendi peritus. Vir bonus consistit natura: uita: moribus & artibus. Dicendi peritia consistit artificiosa eloquentia: q̃ constat partibus quinq; f. inuentione: dispositione: memoria: pronunciatiõe: & fine officii: quod est aliquid persuadere. Ista autem dicendi peritia consistit ĩ tribus f. natura: doctrina & usu. Causarum p genera sunt tria: Deliberatiuum in quo quid decebat uel nõ decebat tractatur. Demonstratiuũ in quo persona laudabilis aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale: in quo de ipsius facto: pœnæ aut premii sententia datur. Deliberatiui generis est suasio & dissuasio: Suasionis utile: possibile: honestum. Demonstratiuum habet duas partes f. laudẽ & uituperium. Partes orationis Rhetoricæ sunt quattuor f. exordium: narratio: argumentatio & conclusio. Vtitur ĩ beneficio Rhetoricæ Imperium militantis Ecclesiæ: quoniam & Doctores Ecclesiæ & declamatores uerbi Dei Rhetorico sermone suos conceptus expressius enuntiarunt: ac lepide coornarunt: ita ut gratiores extiterint. Quãuis .n. Imperio militantis Ecclesiæ Dominus promiserit os & sapientiam cui nõ poterunt eius aduersarii resistere: tamẽ hoc Spiritus sanctus ut ait Hieronimus ad Paulinũ: Apostolis suggerebat quod aliis exercitatio ac meditatio nonnũq; tribuere solet. Spirant prophetæ dicendi gratia: ornatissimus est Salomon: hystoriæ ueteris instrumẽti rhethorum gestant colores. Facundior est Cicerone Christus in euangelio: Paulo: cæterisq; apostolis ẽ persuasio attendatur q̃ oratoris est finis: nil ornatius unq̃ excogitabis. Aiebat Fabius: Ciceronem expressisse uim Demosthenis: copiam Platonis: iocunditatem Isocratis: & plures etiam a seipso uirtutes extulisse eloquẽtia: Quid de Doctoribus Ecclesiæ dicemus? Nõne Lactantius Firmianus Ciceronem equauit? Hieronymus: Augustinus: Ambrosius: Cyprianus: Paulinus: Leo ac q̃plures alii nõne priscos oratores superarunt?

℄ Sed iam de poesi q̃ logice quoq; pars est loquamur. Nam teste Aristotele: ars poetica est ars logicalis: quoniam exemplo utitur: sicut Rhetorica entimemate. Quattuor.n. spẽbus argumentationum existentibus f. syllogismo: Entimemate: Inductione & exemplo: Exemplum proprie est Poetæ: Exemplum autem ut philosophus testatur in prioribus Analeticis: est syllogismus in quo medium extremo inesse ostenditur per id quod est simile tertio. Oportet.n. tertio medium & primum sylli eui dentius inesse: ut si uolumus ostendere quoniam Thebanos contra phocenses pugnare malum est: sumẽdum est: quoniam confines contra confines pugnare malum est. Cuius ueritatis fides ex similibus erit facienda: Qua facta syllogismus hoc modo componitur: Confines contra confines pugnare malum est: sed Thebani & phocenses confines sunt: Ergo Thebanos contra phocenses pugnare malum est. Poetæ igitur est docere ex quibus & qualibus exemplum cõstituatur: & quibus modis & similitudinibus ad diuersa genera & ad diuersos status hominum conditionesq; negociorum hoc sillogismo uti debeamus. Nam & cæteræ partes phylosophiæ hoc faciunt circa proprium obiectum. Demonstratiua.n. docet ex quibus & qualibus fit demonstratio: & thopica ex quibus & qualibus fit sylls probabilis: Rhetorica quoq; ex quibus & qualibus fit enthimema Et sic de aliis. Finis autem Poetæ est iducere homines ad aliquid uirtuosum per aliquam decentem representationem: ad modũ quo fit homini abhominatio alicuius cibi si representetur ei sub similitudine abhominabilis. Et quia anima nostra uehementer delectatur in canticis & armoniis: inuenerunt Poetæ ueteres modum metrorum pedum ac numerorum: ut uel sic animos hominum ad ueritatem & ad bonos mores inclinarent Poetæ uero qui de rebus diuinis aut naturalibus considerant metas suæ transcendunt scientiæ. Propterea in Poetria quæ ascribitur Aristoteli

dicitur: quod compositor metrorum in naturalibus potius est denominandus auctor sermo[illegible] quam poeta. Artem poeticam colit Imperium militantis Ecclesiae: quod Spiritussanctus eadem psalmos David ac quamplura veteris instrumenti composuerit. Personat quoque Ecclesia Divinas laudes metris quae Doctores sanctissimi edidere. Paulus itidem Apostolus poetas in medium adducere non dedignatur: quia omnis scientia bona est quae aut veritati dignoscendae studet aut cogitatam apte explanare tradit. Caveant poetae ne turpia decantent: nae nimium laudent: parcius vituperent: meminerintque dicti David poetarum praeclarissimi: Beatus inquit homo quem tu erudieris domine: & de lege tua docueris eum. Venerentur in primis divinas litteras: ne forte illis in mente eveniat quod externis evenisse narrat quibusdam Eusebius Pamphili in viii libro de evangelica praeparatione. Nam asserit quosdam a Deo fuisse percussos quia sacras scripturas oratorio ac poetico fuco ornare voluerunt. Ait enim Demetrium Ptholomeo regi dixisse: Theopompum cum vellet quaedam accepta ab iudaica lege greca oratione ornare magnam mentis turbationem fuisse perpessum: idque semper somnium edoctum fuisse. Theodoctum quoque tragoediarum poetam inquit luminibus privatum fuisse: cum vellet quaedam a iudaica scriptura accepta ad fabulam transferre: qui quoniam credidit hac de causa id sibi evenisse: magno tempore penitentiam egit & tandem sibi visus restitutus fuit.

Hystoria est humanorum divinorumque eventuum ac naturae fida certaque narratio. Quamvis haec longissime a scientia absit: oratoriae tamen facultatis leges sequi conatur. Innumera mortalibus conferunt bona qui hystorias conscribunt: veritatem praecaeteris colentes. Quare Spiritussanctus apud divinas litteras hystoriographis componentibus edidit multa regum praeclara facinora ac sanctorum virorum stratagemata vera hystoriae conscriptione sacravit. Colit Imperium militantis Ecclesiae Christianos hystoriographos qui ea qua decuit veritate scripserunt. Non abiicit et omnino Titum Livium apud latinos: Valerium Maximum: Suetonium licet incircuncisi corde & corpore extiterint. Iosephus Iudeus qui post Christi adventum hystorias edidit ab Ecclesia veritatis matre non abiicitur: quamquam suum iudaismum sit secutus. Sed iam de speculativis realibus considerandum est.

SPECVLATIVARVM realium triplex est genus teste philosopho Sexto divinae sapientiae: Nam cum intellectus i. ostensum sit a materia separatus: intelligibile quoque necesse est a materia quoquo modo separari: Intelligibile itaque omne a materia particulari semper se iungitur: a materia vero universali sive communi diversimode. Naturalia namque neque secundum esse neque secundum intelligi a materia separantur. Mathematica secundum se materiae iunguntur: non autem secundum intelligi nisi forte materiae intelligibili. Divina vero quae metaphisica dicimus ab omni materia abstrahunt: neque de necessitate materiae insunt. Mathematicum igitur physicum ac Divinum triplex est scientiarum speculativarum genus.

Arithmetica numeros considerat quorum admirabilis ordo in Dei maximi opificio intelligitur. Hanc pythagoras coluit: cuius noticia dignoscendis rebus divinis plurimum confert. Subalternatur huic Musica: quam imitans Imperium militantis Ecclesiae: divinas laudes suave sonat. Est autem musica triplex: una quidem mundana quae ex caelorum revolutione causatur: quae ab Aristotile improbatur secundo caeli & mundi. Secunda quae in compage corporis ac animae nostrorum ac elementorum ipsius attenditur. Tertia organica instrumentis expressa. Quorum quaedam sunt naturalia ut vocalia dicta: nonnulla quidem artificialia ceu organa, psalterium: & quae talium. Haec ex Boetio.

Geometria quantitates corporum rimatur: quam si altius fueris edoctus Dei sapientiam atque altas domos in Dei laudes erectas mira dulcedine contemplaberis. Quamobrem euclidis: Hermenidis: atque aliorum Geometrarum volumina: quamvis illi idolatrae extiterint: non parvipendit Imperium militantis Ecclesiae. Non enim quod a Deo sapientissime quoquomodo est in Deum referre pura mente non vult. Huic subalterna est perspectiva: quae lineas quas acies oculorum inspectat considerat. Tales itaque Mathematicos quis a numero ministrorum Imperii militantis Ecclesiae segregare ausit.

Secundum genus speculativae scientiae realis est physica, philosophia igitur naturalis est quae de rebus naturalibus considerat. quae ideo naturales dicuntur: quia habent naturam quae ut dicit Aristo. secundo phys. est principium motus & quietis eius in quo est per se & non secundum accidens. Quamobrem scientia na

turalis de motu ac mobilibus necessario con
siderat.atq; secundũ motuũ diuersitatẽ: illam
Aristoteles diuisit.In prima nãq; parte cõside
rat de motu simpliciter:quæ de physico audi
tu inscribitur.In secũda de motu per compa
rationem ad corpora nobilissima:uidelicet in
libro de cælo.In tertia de motu ipso per cõ⸗
parationẽ ad corpora simplicia generalia &
corruptibilia quæ sunt elementa:in lib.de ge⸗
neratione & corruptione.In quarta de motu
per cõparationem ad ea quæ in media aeris
regione generãtur:in libro Methororũ.In qn
ta per cõparationẽ ad ea quæ generãtur ĩ ter⸗
ra in libro de mineralibus:quẽ tñ ab Aristo.nõ
habemus:sed Albertus magnus hunc librum
cõposuit In sexta per cõparationẽ ad ea quæ
habent uitam quæ quoniã itermixta sunt no
biliora oportuit etiã ea diligentius pertracta⸗
re.& quia a corporibus est inchoandũ.neces⸗
se fuit primo determinare de his quæ ptinent
ad omnia animata:de quibus tractaẽ in libro
de aĩa.Quia ãt ut dicit phũs quattuor sunt ge
nera uiuentiũ:quorũ unum habet solum ani⸗
mam uegetatiuã:aliud uero cũ uegetatiua ha
bet ẽt sensitiuã:sed sine motu. Alterũ aũt ha⸗
bet cum his ẽt motum localẽ. Et quartum ge
nus est horũ qui supra sensum & motum ha⸗
bet intellectũ:ideo post scientiã q̃ scimus quid
est aĩa & per quam cognoscimus quas habet
partes & potentias in generali:necesse est spe
cialiter ad hæc uiuentiũ genera:descenderẽ: ut
perfectius natura eorũ cognoscatur. Verũ qa
intellectus est in materia non pertinet ad phy
sicum:sed ad Methaphisicum de intellectu se
parato disputare:Vnde nõ oportuit aliquem
specialem librũ edere in philosophia natura⸗
li quĩ de itellectu separato tractaret.De aĩa.n.
intellectiua phũs tractat inquãtum est corpo⸗
ri unita:nõ autẽ inquantum est separata:quia
ipsa est terminus orizon philosophiæ natura
lis.De sensu autẽ exteriori debet phũs natura⸗
lis habere cognitionẽ quam tradit Aristo.ĩ li⸗
bro de sensu & sensato:& quia sensus iterior
ab exteriori accipit spẽs suas.Cum phantasia
sit motus factus a sensu:Cõsequens est de sen
su interiori phũm naturalẽ oportere noticiã
tradere.quã Aristoteles tradidit nobis partim
in lib.de aĩa:partim uero in libro de memo⸗
ria & reminiscentia:& quia per somnũ & ui⸗
giliam sensus ligãtur:hoc quoq; scire ad phy
losophũ pertinet.unde de eo agiẽ in libro de
somno & uigilia.De iis autẽ quæ pertinẽt ad
tertium genus uiuentium quæ.s.habent sen⸗
sum cum motu tractat philosophus in lib.de
causa motus aĩalium.& in lib.de ꝓcessu ani⸗
malium ubi ostendit quæ sint optime partes
ad hunc motum pertinentes:De iis uero quæ
pertinent ad id genus uiuentium q̃ tantũmo
do habet uitam:tractat in lib de uita & morte
& quia uita aĩalium per expirationẽ & respira
tionem conseruatur:iõ huic libello adiungit
librum quem de expiratione & respiratione
aĩalium inscripsit:& quia hæc inueniuntur in
diuersis statibus uiuentium ideo præcedenti⸗
bus copulauit librum de iuuentute & senectu
te:& quia iuuentus si ꝓcisa fuerit breuis est ui
ta.senectus autem longa:iõ cõsequenter trac⸗
tat de longitudine & breuitate uitæ:& quia ui
ta maxime usq; ad senectutem conseruatur p
sanitatem:& per infirmitatem ꝓciditur ꝓcedẽ
tibus annectit librum de sanitate & ægritudi⸗
ne.& quia per conueniens nutrimentum sa⸗
nitas conseruatur & per cõtrarium destruitur
& ægritudo superuenit:iõ post eos libros qui
dicti sunt de nutrimento & nutribili liber seq
tur.Hos oẽs sequũtur libri de uegetabilibus si
ue plantis & animalibus.

❡ NATVRALI subalternatur Medicina spe
culatiua:& q̃uis Medicina ars enumeretur ab
Isidoro in ethimologiarum prio & ab Auer⸗
roi.vii.colliget ĩter mechanichas tñ cum ꝓp⸗
ter sui dignitatẽ qua etiã speculatiua nonnũq̃
dicitur.s.aut ex modo aut ex fine. Tum etiam
quia legibus imperii militantis Ecclesiæ uene
rari iubemur medicos. Eccl. xxxviii. Honora
medicum:ꝓpter necessitatem.n.illum creauit
altissimus in ꝓsentiarũ considerabimus de ea.
De medicina itaq; primo dicimus q̃ est scien
tia:diffiniente Galieno in primo Theoricæ.c.
iii.diffinitione tali:qua illã prius Eraclitus diffi
nierat.Medicina ĩquit.est cognitio eorũ quæ
ad infirmitatem & sanitatem & neutrum refe
runtur.Quam diffinitionem melius explicat.
Idem Galienus in principio canonis primi di
cens.Medicina est scientia qua humani cor⸗
poris dispositiones noscũtẽ ex parte qua sa⸗
natur:& ab ea remoueẽ:ut habita sanitas ser⸗
uetur:& amissa recupereẽ.Huic diffinitiõi cõ
sentiunt omnes medici.pcipue Auerois colli
get primo.c.i.Cumq; causas sui subiecti tra⸗
dat:asseueranda est indubie Medicina sciẽtia
Ait quoq; ibidem Auerrois:huius artis.s.medi
cinæ aliquid est speculatiuum:& illud eius ẽ
scientia naturalis & aliqd praticabile .Hæc cõ
tinet occasiones & operationes: Occasiones
sunt sex.Aer circondans nos:cibus:potus:som

nus & uigilia:Motus & quies:exinanitio & repletio:& accidentia animæ:idest passiones insurgentes:Operationes sunt intus & foris:Intus ut ea quæ intromittuntur per nares per os ad excitandas sternutationes:uomitatiões purgationes.Foris ut sunt emplastra:icisio:&ustio De Medicinæ excellentia dicitur Theoricæ primo.Medicinæ artis scientia inter excellentiores artibus:cæterisq; maior utilitate & maioris periculi.Omnibus namq; existit necessaria Quare Medici merito ascribendi sunt ministris Imperii militantis Ecclesiæ.

¶Sed iam de Astrologia quãuis media iter naturalem & Mathematicas:ut etiã sunt Musica & perspectiua:tamen quia physica magis ut dicitur secũdo physicorum ab Aristotele:in præsentiarum dicendum est.Astrologia scientia est motus syderum certa noticia perlustrans: cælorumq; formas:magnitudines:uirtutes:numerum:luminarium passiones:planetarum directiones:stationes atq; retrogradationes considerans.Astrologia duplex est:alia speculatiua:q̃ dicta est ũn:alia Diuinatiua. Diuinatiua est q̃ ex corporum cælestium cognitione iudicat de futuris.Hæc duplex existit: alia licita est & naturalis ea.s.quæ de euentibus in natura iudicat:quorum necessariæ sunt causæ cælestes orbes:Vt sunt ecclypses solis & lunæ directiones:stationes & retrogradationes planetarum ascensus & descensus solis:siccitates: pluuiæ; uenti:frigora.calores:& talia.Nõ solum.n.corpora cælestia talia signãt:sed & efficiunt Quã obrem his iudicare licet de præfatis etiam in imperio militantis Ecclesiæ:qui astrologia speculatiua callent.Cumq; paucissimi existant in de falsa eos sæpenumero prænunciare uidemus. Alia est diuinatiua illicita:innaturalis:uana & superstitiosa:quæ de effectibus per accidens ꝯtingẽtibus siue in rebus naturalibus:aut de actibus liberi arbitrii ex cãlitate corporum cælestium iudicare necessario aut in pluribus audet:nam ens p accidens ut probatur vi.metaphy.non habet causam & præcipue naturalem:cuiusmodi sunt corpora cælestia. Ens.n. per accidens neq; est eus proprie:neq; unum sicut q lapide cadente fiat terremotus.Operatio autem naturæ semper terminatur ad unũ sicut & procedit ab uno principio quod est forma eius.Actus quoq; liberi arbitrii a uoluntate procedunt:quæ est in ratione: ut patet p phũm in tertio de aĩa.Est autem ratio incorporea:nullum uero corpus potest imprimere per se in rem incorporeã:Vnde impossibile ẽ q corpora cælestia directe imprimant in intellectum & uoluntatem.Hoc.n.esset ponere intellectum non differre a sensu:quod Aristoteles in libro de aĩa imponit his qui dicebant q talis uoluntas est in hominibus:qualem inducit pater uirorum deorumq;:idest sol uel cælũ.Quãuis autem corpora cælestia imprimant in corpus humanum ac sensus:non tamen necessitant:quia semper est homo liberi arbitrii:& cõtra inclinationem corporum cælestium homo per rationem operatur. Hinc Ptolomeus astrologorum sapientissimus dixit:Sapiẽs dominabitur astris.Superstitiosa itaq; est hæc diuinatiuæ astrologiæ pars:uana:& illicita: quoniam audet ea quæ nullatenus põt immiscẽtq; se eorum mentibus Demones latenter. Vnde.B. Augustinus secũdo sup ge.ad litteram ait. Fatendum est quando a Mathematicis uera dicuntur:instinctu quodam occultissimo dici q nescientes humanæ mentes patiũtur: quod tamen ad decipiendos homines fit spirituum imundorum & seductorum operatione:qui quidem uera nosse de temporalibus rebus pmittuntur.Vnde concludit. Quapropter bono Christiano siue Mathematici:siue quilibet impie diuinantium & maxime dicentes uana cauendi sunt:ne cõsortio demoniorum animam deceptam pacto quodam societatis irretiant. Hæc Augustinus.Soli ergo superstitiosi astrologi non sunt de numero ministrorum Imperii militantis Ecclesiæ.xxvi.q.y.Igitur &.c.Qui diuinationes.&.c.Nõ licet. Vera autem astrologia uereq; speculatiua utilis est imperio militantis Ecclesiæ cum in diuine nos magnitudinis potentiæ ac sapientiæ ducat noticiam: qui adeo digna condidit corpora.Inde Auicennas primo Methaphy.c.i.ait. Intentio ultima in hac scientia est cognitio gubernatoris Dei altissimi:& cognitio angelorum spiritualium & ordinum suorum,& cognitio ordinationis in comparatione circulorum ad quam scientiam impossibile est peruenire nisi p cognitionem astrologiæ.Hec Auicennas.Ex noticia quoq; uere astrologiæ plurimorum i Theologia cognitio dependet. Quare poeta Ouidius apte de astrologis pronunciauit dicens Fælices animæ quibus hæc cognoscere primis.Inq; domos superas scãdere cura fuit.Credibile est illos pariter uitiisque iocisque.Altius humanis exeruisse caput.

¶SCIENTIA Diuina quæ sapientia dicit duplex existit:alia nanque lumini naturali innixa de rebus diuinis disputat:& ex parte con

fiderati obiecti metaphysica uocatur:Alia ēt
lumini naturali innititur: quam Theologiam
sacro nomine appellamus. huius maiestatē
in presentiarum silentio uenerari cogimur.
Huic supponitur noticia siue sciētia canonū
imperii militantis Ecclesiæ.Methaphysica ue
ro in duo secari conuenienter potest:Ipsa.n.
de abstractis a materia considerat:quæ dupli
cia suntnam q̄dam non sunt secundū se in
materia:& hæc uocantur trāscēdentia:q̄ sunt
Res:ēs:uerum:bonum:aliquid:de quibus Me
taphysica pertractat.Vnde subiectum eius ut
dicit philosophus:est ens inq̄tū ens.Quædam
uero sunt abstracta:quia nullomodo materiæ
coniunguntur:quæ sunt intelligentie separa
tæ:de quibus Metaphysicus considerat. Mar
cus Varro gentilis (ut refert Augustinus in
sexto de ciuitate Dei)posuit triplicem Theo
logiā: Theatricam seu fabulosam:qua.s.repre
sentabantur & recitabantur per mimos facta
Deorum in Theatris cum multis turpitudini
bus:Ciuilem:qua colebantur dii:innumerati in
templis: qui tamen homines fuerant uel aliq̄
aliæ creaturæ: Et naturalem:qua.s.ea quæ di
cebantur de Diis exponebantur de rebus na
turalibus & proprietatibus earū. Sed eodē Di
uo Augustino teste omnia mixta erant erro
ribus abiiciendaq; est hæc Metaphysica cum
suis auctoribus. Metaphysica uero Peripate
tica ab erroribus seiuncta in imperio militan
tis Ecclesiæ celebris habetur.Hanc Aristoteles
in procemio methaphysicæ uocat sapientiā.
cui omnes artes deseruiunt:non humanam
possessionem:quoniam solus Deus illam per
fecte habet:deamquoq; scientiarū. Et hæc de
sciis speculatiuis q̄breuissime dicta sufficiant.

¶ PRATICA sciētia est cuius finis est opus
alterius potentiæ ab intellectu imediataq; re-
gula illius operis:ex se non habens magnam
dignitatem.Nam Speculatiua teste Aristotele
in tertio danima:extensione fit pratica.Pōt.n.
quispiam medicinam ediscere nō ut medeat:
sed ut sciat.cū uero noticiā illā adopus ordi
nat:tunc uere pratica existit.Pratica nōnulla ē
proprie scientia:alia impropriæ:quoniā uere
scientiæ rationē nō attingit: quāobrē mecha
nica dr̄.Vere pratica diuiditur in ethycā: Po
liticam:& yconomicā. Ethica est quæ sui cu
ram gerens cūctis se erigit & exornat:augetq;
uirtutibus: nihilin uita admittens quo non
gaudeat:nihil faciens poenitendum.Sunt aūt
uirtutes ad quas omnes reducūtur quattuor:
quas ideo Cardinales uocamus:Prudentia q̄
est recta ratio rerum agibilium:Iusticia quæ
est perpetua & cōstans uoluntas reddens uni
cuiq; quod suum est.ff.de iusti & iu.l.iusticia:
Fortitudo quæ est aggressio debita arduorū
ubi etiam sunt pericula mortis:& summa perpe
ssio eorum:Temperantia quæ consistit in mo
derando delectationes corporales:& repellen
do eas quæ sunt contra rationem: Politica q̄
est quæ reipublicæ curam suscipiens cuncto
rum salutē sua prudentia:solertia:iusticiaq; li
bera & fortitudinis stabilitate ac temperantiæ
patientia medetur:Economica quæ est quæ
familiaris officii curam mediocri dispositio
ne componens distribuit:huic supponit legū
scientia q̄ in imensum excreuit.Philosophia
hæc tota a latinis Moralis uocatur: quā non
soluit imperium militantis Ecclesiæ:sed adim
plet.Si quid habet rubiginis ortæ propter hu
manæ naturæ corruptionem imbecilitatēq;
illam castigat:abstergit:purissimāq; efficit.Ne
uero in uolumen q̄stio consurgat ad impro
prie praticas transeamus.Iuris.n.consulti uo
runt quanta illos humanitate amplectatur im
perium militantis Ecclesiæ.Ministri itaq; sunt
illius cum pacē q̄runt:nō lites nutriunt:cau-
sas tuentur nō cosumunt:iudicant nō uindi
cant:consulunt non rapiunt:q̄ excellentissimi
legum interpretes agere consueuerunt:& ho
rum ministri.

¶ MECHANICA dicitur:q; circa factibilia
uersans ab intelligibus mentē diuertat.Sunt āt
spiritualia intelligibilia animæ rationali uera
& naturalis pfectio: ideoq; cū ab eis declinat
quasi uxor incontinens mechari dicitur. Me
chanica duplex est:quædam nāq; rebus utili
bus aut necessariis aut ēt iocundis operandis
incumbit:ideoq; licita:quædā āt superstitiosa
ac uana est quibusdā obseruationibus scire
ignota aut diuinari de occultis futuris tentans.
Merito uero has artes inter mechanicas enu
meramus:quoniam uanitatibus suis pactisq;
initis cum malis spiritibus humanam mentē
prorsus mechari faciunt a Deo:a bonis mori
bus: atq; a natura.Mechanicæ utiles septem
sunt species.s.lanificum:lignificum: Militia:
nauigatio:Agricultura:Medicina:Ars fabrilis.
Quæ his uersibus continentur:Lana:nemus:
Miles:Nauigatio:Rus:Medicina:His ars fabri
lis enumerari potest.

¶ Lanificum itaq; prima species est mecha-
nicæ:ad quam pertinet ōis operatio nēdi:re
torquendi:consuendi:quicquid fit instrumē
to:colo:fuso:acu:pectine:calamistro:girgilo:

alabro:in materia lini:lanæ:canapi. Et sub eis
omnis usus flocorum: filtrorum: sagorum: sa⸗
gmatum: ac sportarum.

¶ Lignificium secúda est q̃ carpentaria uo
cat: cui cementaria deseruit: harum sunt tria
opera: disponere: construere: ornare.

¶ Militia subsequitur: q̃ tutandæ reipublicæ
gratia armis incúbit. Hanc: qui ĩgenui dicun
tur colunt: q̃ prima gloria regum uideatur
armis esse decoratos. Nou hæc imperio mili
tantis Ecclesiæ aduersatur: si iuxta Diui Ioan
nis Baptistæ consilium contenti sint milites
stipendiis suis: si neminẽ opprimant: iuraq; rei
publicæ non iniurias tueantur. Hæc in eque⸗
strem: pedestrem: ac Machinatiuam diuidit.

¶ Nauigatio quoq; est mechanicæ species:
ad quam pertinet õis industria emendi etuẽ
dẽdi: hæc uniuersa littora adit: pacem & fa
miliaritatem cum exteris nationibus compo
nit: & priuata bona cõmunia facit.

¶ Agricultura quadruplex: quædã n agros
colit qui sationibus deputantur: quædam ne
mora conserit: uineta: olíueta pomeria: quæ⸗
dam pascua fouet & prata. quædam floridis
studet: ut sunt orti & rosaria. Cultura multi⸗
plex est: Incẽsio: aratio: arationis intermissio:
stercoratio: satio: ochatio: rũchatio. Bene co⸗
lendi agri ratio quattuor rebus constat. s. aere
aqua: terra & industria.

¶ De Medicina satis superq; dictum est.

¶ Ars fabrilis siue ferraria oĩbus pene artibus
instrumenta condit: uento ac flãma utens.

¶ ARS MECHANICHA q̃ iocũditati stu
det duplex reperitur. s. Venatio & Theatrica:
Venatio utilitati ac iocunditati studet: Thea
trica solũmodo iocunditati. Venatio tres ha⸗
bet species. s. Ferinam: Aucupium: & piscariã.
Ferina fit multis modis. s. retibus: pedicis: la⸗
queis: præcipitiis: arcu: iaculis: cuspide: indagi
ne: pẽnarum odore: canibus: accipitribus: Leo
pardis. Aucupium fit retibus: laqueis: pedicis:
præcipiciis: arcu: uisco: hamo. Piscatura fit re⸗
tibus: sagẽnis: gurgustiis: hamis: iaculis. Thea⸗
trica continet ludos diuersi generis: Nam lu
dorum alius est Gymnicus qui in gymnasio
exercetur: cuius quinq; sunt genera. s. saltus:
cursus: iactus: uirtus atq; luctatio. Dicitur autẽ
hic uirtus uirium ĩmensitas in labore & pon
dere corporis. Alius agon: cuius genera fue⸗
rant cursus: celeritas: sagittandi pitia: standi pa
tientia: ad cytharã quoq; uel tybias incedẽdi
gestus: decantãdi modulatio: terrestria quoq;
& naualia certamina. Alius circensis dictus a
circueundo: alius scenicus. Scena locus est in
tra Theatrum in modum domus strata cum
pulpito: ubi cantabant comici & tragœdi: sal
tabant hystriones & mimi. Alius gladiato⸗
rius. Gladiatores pugnabant in amphiteatro:
Illic iuuenes usum diuersorum armorum di
scebant: Et modo inter se pugnis aut gladiis:
modo circa bestias intendebant. Est & ludus
Pilæ: Scachorum: cartarum. Tantæ est pietatis
Imperium militantis Ecclesiæ ut neminẽ p̃sa
tis intendentẽ arceat a sui ministerio: si pro cõ
ditione personæ: loci: temporisq; sine damno
uitæ corporeæ aut illicitis rerũ damnis: remo
tis fraudibus & mendaciis exerceat ludos.

¶ Mechanicæ & supstitiosæ alia supstitiosa
& diuinatoria: alia superstitiosa tanquam: aut
quasi per accidens. Mechanicæ diuinatoriæ
triplex est species. s. Nicromãtia: Augurium:
& sors. Nicromãtia est ars utens manifesta
malorum demonum inuocatione & auxilio
ad præcognoscendum futura. Huius species
sunt nouem. s. Nicromantia: Diuinatio per
phytones: Geomantia: Idromantia: Aeroman
tia: Ayromantia: Aruspitium. Variantur autẽ
quoniã Demones inuocati diuersimode re⸗
spõdere soleant: Siquidem p̃stigiosis quibus
dam apparitiõibus se aspectui & auditui ho
minum ingerant ad prænunciandum futura
sic uocatur prestigium: ex eo q̃ oculi homi
num perstringuntur. Quãdoq; autẽ per som
nia: & hæc uocatur diuinatio somniorum:
Quandoq; uero per mortuorum aliquorum
apparitionem uel locutionem: & hec species
uocatur necromantia: quia ut dicit. Isidorus
in libro ethymologiarum: necros græce mor
tuus mãtia uero diuinatio nũcupatur quia
quibusdam præcantationibus adhibito san⸗
guine uidentur resuscitati mortui diuinare &
ad interrogata respondere. Quandoq; uero
futura prænuntiant per homines uiuos: sicut
in arrepticiis patet: & hec est diuinatio perphy
tones & ut Isido. dicit phitones a phitone
appoline sunt dicti qui dicebatur esse auctor
diuinãdi. Quandoq; uero futura prenuntiãt
per aliquas figuras uel signa quæ in rebus in
animatis apparent: quæ quidem si appareãt
in aliquo corpore terrestri puta in ligno: uel
ferro: uel lapide polito uocatur geomantia:
si autẽ in aqua: idromantia: si autem in aere:
aeremantia: si autem in igne: pyromantia:
si autem in uisceribus animalium imolatorum
in aris demonum: uocatur aruspitiũ. Diuina
tio autem quæ fit absq; expressa demonum

inuocatione in duo genera diuiditur: quorum
primum est cum ad prenoscenda futura ali/
quid consideramus in dispositionibus alia/
rum aliquarum rerum: & si quidẽ aliquis co
netur futura prænosse ex consideratione
situs & motus siderum hoc pertinet ad astro
logos q & geneatici dicitur ꝓpter natalium
dierũ cõsiderationes. Si uero per motus aut
uoces auium seu quorumcunq; animalium:
siue per sternutationes hominum: uel mem/
brorum saltus: hoc pertinet generaliter ad au
gurium: quod dicitur a garritu auium: sicut au
spicium ab inspectione auium: quorum pri/
mum pertinet ad aures: secundũ ad oculos:
in auibus.n. huiusmodi ꝑcipue considerari
solẽt. Si uero huiusmodi ꝯsideratio fiat circa
uerba hominum absq; intentione dicta: quæ
quis retorquet ad futurum quod uult ꝑnosce
re: hoc uocatur omen: & sicut Valerius Ma
ximus dicit omnium obseruatio aliquo con
tactu religioni anexa est: quoniam non for
tuito motu: sed diuina prouidentia constare
creditur: quæ fecit ut Romanis deliberantib9
utrum ad alium locum migrarent: forte eo
tempore centurio quidam exclamauerit: si/
gnifer statue signum hic, optime manebimus
quam uocem auditam pro omine accepe
runt transeundi consilium omittẽtes. Si autẽ
considerentur aliquæ dispositiones figurarũ
in aliquibus corporibus uisui occurrẽtes erit
alia diuinationis species: nam ex lineamentis
manus consideratis diuinatio sumpta chyro
mantia uocat: q3 diuinatio per manus: chir.n.
græce dicitur manus. Diuinatio uero ex qui
busdam signis in spatula alicuius animalis
apparentibus spatulamantia uocatur. Ad se/
cundum autem diuinationis genus quod est
sine expressa demonum inuocatione: perti/
net diuinatio quæ fit ex consideratione eorum
quæ eueniunt ex quibusdam quæ ab homi
nibus serio fiunt ad aliquid occultum inqui
rendum siue per protractionem punctorum
quod pertinet ad artem geomantiæ: siue per
considerationem figurarum quæ proueniũt
ex plumbo liquefacto in aqua proiecto: siue
ex quibusdam cedulis scriptis uel nõ scriptis
in oculto repositis: dum consideratur quis
quam accipiat: uel etiam ex festucis in æqua
libus propositis quis maiorem uel minorem
accipiat: uel etiam ex taxillorum proiectione
quis plura puncta proiciat: uel etiam dum
cõsideratur quid aperienti librum occurrat: q̃
omnia sortiũ nomẽ habent. Hæc. S. Thomas,
De quibus itidem habetur. xxvi. q. iii. capitu
lo Igitur. & . q. vi. capitulo Nec mirum. Sepa
rantur uero præfati omnes a ministris impe
rii militantis Ecclesiæ: nam in capitulo Epi/
scopi ubi supra dicitur: subuersi sunt & a dia/
bolo captiui tenẽtur qui relicto Creatore suo
diaboli suffragia quærunt. Et ideo tali peste
debet mundari sancta Ecclesia. Excõmunica
tionis propterea puniuntur pena in capitulo
siquis præfatis causa & quæstione. Hæc edo
cet. S. Thomas in multis articulis præadductæ
quæstionis. xcv.

ARS SVPERSTITIOSA modo me/
ritissime inter mechanicas enumerata in tres
scindi potest species: Alia.n. est q̃ ad intellectũ
imutandum ordinatur quæ dicitur ars noto
ria: Alia ad imutatiõem corporum ordinata:
Alia ad præcognoscenda Fortunia uel infor
tunia. Est autẽ ars notoria qua inquiritur co
gnitiõ ueritatis per quædam pacta significa/
tionum cum demonibus inita: Sunt uero hu
iuscemodi pacta inspectio quarundam figura
rum & prolatio quorum uerborum ignoto/
rum: mixtis quibusdam orationibus qui/
bus talis ars licita uidetur. Verum qui arti no
toriæ intendunt inter ministros Imperii mili
tantis Ecclesiæ non enumerantur: Tum quia
ars notoria illicita est: Tum quia inefficax.
Illicita quidem propter usum præfatorum
signorum: quæ cum non sunt diuinitus in/
stituta ut sunt sacramenta alia signa: superest ut
super uacua credantur: & per consequens per
tinentia ad pacta quædam significationum
cum demonibus placita atq; federata. Ideo
ars notoria fugienda est Christiano sicut &
aliæ artes nugatoriæ uel noxiæ superstitio/
nis: ut Augustinus dicit in secundo de doctri
na Christiana. Est etiam huiusmodi ars ineffi
cax ad acquirendam scientiam: quia nec na
turali modo procedit. s. inueniendo aut addi
scendo: nec diuino. s. per infusionem: Sicut
de Salomone legitur. iii. Re. iii. & de Aposto/
lis Luce. xxi. secũdum illud primæ ad Cor. xii.
Alii quidem datur per spiritum sermo sapien
tiæ: alii sermo scientiæ secundum eundem
spiritum. Nõ etiam Demones illuminare pos
sunt: ut probat S. Thomas prima p. q. cix. ar.
tertio. B. quoq; Augustinus idem asseuerat in
ducens Porphyrium in. x. de ciui. Dei. Pos/
sunt quidẽ Demones uerbis hominibus col/
loquentes exprimere aliqua scientiarum do
cumenta: sed hoc non quæritur per artem
notoriam.

¶ Ad superstitiosam imutationem corporis pertinent praecantationes: ligaturae: characteres: figurae sub certo aspectu motuq; syderum factae: quae ymagines nicromantiae uel astronomiae dicuntur: quae omnia ut dicit B. Augustinus in secundo de doctrina christiana medicorum quoq; disciplina condenat. Nõ .n. naturae ui: aut ex diuina uirtute aliquid efficiunt. Igitur aut superuacuae omnino sunt aut supstitiosae, demones allicientes illis signis: ut ait B. Augustinus. xxi. de Ciuitate Dei.

¶ De superstitionibus uero ordinatis ad praecognoscenda fortunia uel infortunia dicit B. Augustinus in secundo de doctrina christiana: q ad pacta cum demonibus inita pertinent millia inanium obseruationum: puta si membrorum aliquod salierit: si iunctum ambulantibus amicis lapis aut canis aut puer medius interuenerit: limen calcare cum ante domum suam aliquis transit: redire ad lectum si quis cum se calciat sternutauerit: redire domum si procedens offenderit: cum uestis a soricibus roditur: plus timere superstitionem mali futuri q presens damnum dolere. Haec Augustinus. Uanitatem horum omnium declarans S. Thomas secunda secundae. q. xcvii. ar. tertio ait: A principio in istis obseruationibus aliquid uani homines experti sunt: & hoc accidit casu: sed post modum cum homines incipiunt suum animum huiusmodi obseruantiis implicare: multa secundum huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem demonum: ut in his obseruationibus implicati curiosiores fiant: & se magis inserant multiplicibus laqueis perniciosi erroris: ut Augustinus dicit in secundo de doctrina christiana. Haec S. Thomas.

¶ Ad primũ ergo dicendum est q philosophi multa falsa suis inseruerunt uoluminibus aut propter debilitatem ingenii: siue patrum suorum traditionibus inherentes: siue ut nouarum opinionum inuentores predicarẽtur: & hi aduersantur Imperio militantis Ecclesiae quorum professio simpliciter christianum minime decet. Quapropter B. Ambrosius ut uideretur non diligere fidem catholicam publice legere uoluit & explanare libros philosophorum.

¶ Ad alia patet responsio per ea quae dicta sunt. Ad laudem Christi maximi Regis aeternitatisq; Imperatoris perpetui totius Imperii militantis Ecclesiae.

¶ Finis Primi Libri De degnitate Imperii militantis Ecclesiae editi a Fratre Isidoro de Isolanis Mediolanensi Ordinis Praedicatorum Obseruationis regularis.

Fratris Isidori de Isolanis Medionensis Sacri Ordinis Prædicatorum Obseruationis Regularis: Imperii Militantis Ecclesiæ Liber Secũdus de Romani Pontificis Maiestate.






OMANI PONTIFICIS SVMMI mortalium omnium patris: humanarum diuinarumq; rerum maximi: egros apud homines Regis: pro Christo Iesu Deo pientissimo optimoq; habenas Imperii Militantis Ecclesiæ cælesti auctoritate Moderantis Maiestatem explanaturus; nonnulla pro tanti muneris adorandis dogmatibus: proq; animi suapte natura deuagantis effugienda instabilitate; ueluti superiorum disputationum longo itinere tædio haud mediocri forsan affecto lectori iocundiora paululum solatia donaturus præfari cogor, Habuit quidem terrenus orbis ab initio per tot annorum decursus uarium genus principum quoq; Maiestatem; præclarissima gesta siue bellicis rebus; siue pacis obseruatione; siue Litterarum studiis; siue urbium magnitudine latiq; regni gloria; siue condendis legibus; siue diuinæ adorationis cultu instituendo; mortalibus exploratam rediderunt. Q uibus rebus quoniam Romana respublicata cæteras urbes antecelluit; eiecto mundi principe diabolo: totius orbis Christo maximo donante: suscepit Imperium. Cessere profecto terreni Reges isthec celesti numine docti: & aureum Romanæ Reipublicæ thronum uniuersas terræ marisq; diiudicaturum prouincias Christi pauperibus sponte reliquerunt. Si tyrãnus quispiam effrenis neq; cælum prospectans:

aut alta numina Dei aduersus christianæ religionis professorē super omni i m positam sedem Romani Imperii iura mortalibus dicentem quicq̄ moliri ten tauerit: aut illi colla minime submittens & pertinax & superbus obstiterit: nūq̄ Dei imortalis horrendas manus effugiet. Si cuiusuis humane reip. popu lus: Reges: milites: ignari siue sapientes diuinis beneficiis fruentes honorem Romani Pontificis christianæ maiestati non tribuunt: quanq̄ infortunatā reg⁊ mortalium tempestatem nō sentient (quod omnium euentuum est homi nibus infælicissimum) eternæ ultionis iras nimium nimiumq; crudeles: subi bunt miseri tandem: infælicesq; perpetuo. Hæc secunda uoluminis huius est institutio: quam diuinæ legis oraculis: sanctoq; eorum uirorum. cōsensu quos philosophis sapientissimis eruditiores: iustiores quouis mortaliū: ac sanctiores fat efficere clariorem agemus: tantoq; numine freti comprobabimus. Dabit ille qui infantes facit disertos: & mutos loqui: os & sapientiam: cui nō poterūt resistere aduersarii. Verum Lector candidissimæ Romanorum Pontificum q usq; adhuc ducēti & triginta extitere: gesta ocium nactus percurre: quorum di uersis stratagematibus nunq̄ satis cognitam Imperii militantis Ecclesiæ maie statem altius faciliq; animaduertes ingenio. Compendio magnum iter pages: narioq; illustrium hominum genere oblectatus: de Romani Pontificis maie state disputationē iocundior aggredieris. Hanc Diuus Bernardus uir præstan tissimæ fidei: magnæ eruditionis: feruoris uero erga diuina rarissimi: Libro se cundo de cōsideratione ad Eugenium Papam in hæc uerba describit dicens: Tu quis es? Tu sacerdos magnus: Pontifex summus: princeps Episcoporum: heres Apostolorum: primatu Abel: gubernatu Noe: patriarcharu Abraam: or dine Melchisedech: dignitate Aaron: auctoritate Moyses: iudicatu Samuel: potestate Petrus: Vnctione Christus. Idem in eodē: Libro quarto ait: De cæ tero te esse oportere considera Formā iustitiæ: Sanctimoniæ specimen: pieta tis exemplar: assertorem ueritatis: Fidei defensorem doctorem gentium: Chri stianorum ducem: amicum Sponsi: Sponsæ paranymphū: Cleri ordinatorem: pastorem plebium: magistrum insipientium refugium oppressorum: pauperū aduocatum: ministrorum spem: tutorem: pupillorum: iudicem uiduarum: ocu lum cæcorum: linguam mutorum: baculum senum: ultorem scelerum: malo rum metum: bonorum gloriam: uirgam potestatum: malleum tyrānorum: Regum patrē: legum moderatorem: canonum dispensatorem: sal terræ: orbis lumen: sacerdotem Altissimi: Christi Vicarium: Christū domini: postremo Deum Pharaonis. Hæc Diuus Bernardus. Sed iam Apostolicæ Maiestatis Litterarum certamen subeamus.

¶ Titulus primus de Dignitate Beati Petri Apostoli primi Pontificis Romani.



POST consideratione eorum quæ pertinent ad dignitatem Imperii militantis Ecclesiæ necesse est de de Romani pontificis universalis capitis eiusdem Imperii Maiestate determinare. Cum autem Maiestas sit summa potestas quæ subiectum illustre exigit duplex erit consideratio principalis in presenti libro: Primo nanque determinabitur de dignitate Beati Petri Apostoli primi Pontificis Romani: Secundo de suprema auctoritate eiusdem. Circa uero ea quæ spectant ad dignitatem B. Petri quæruntur quattuor.

¶ Primo: An Beatus Petrus fuerit princeps Apostolorum.

¶ Secundo: An Beatus Petrus solus inter Apostolos fuerit imediate ordinatus Episcopus a Christo.

¶ Tertio Vtrum Beatus Petrus post passionem Christi fuerit institutus summus Pontifex.

¶ Quarto Vtrum Beatus Petrus conuenienter fuerit dictus fundamentum Ecclesiæ.

¶ Vtrum Beatus Petrus fuerit princeps Apostolorum. Quæstio Prima.

AD primam quæstionem sic proceditur: Videtur quod Beatus Petrus non fuerit princeps Apostolorum: Primo quidem: Inter æquales ut sic nullus est princeps: sed omnes Apostoli fuere æquales ut ait B. Anacletus in capitulo in nomine di. xxii. Cæteri inquit Apostoli cum B. Petro pari consortio præditi & honorem & potestatem acceperunt. Item B. Cyprianus in capitulo loquitur dominus. xxiiii. q. prima dicit: Cæteri Apostoli erant quod Petrus fuit pari consortio & honoris & potestatis. Hoc idem patere uidetur in collatione auctoritatis communiter omnibus facta Apostolis: sicut habetur Matth. xviii. Amen dico uobis quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cælis. Et Io. xx. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: ergo B. Petrus nõ uidetur fuisse princeps Apostolorum.

¶ Præterea: Christus interdixit principatum inter apostolos: ut habetur Matth. xx. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: Et qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Nõ ita erit inter uos. Idem habetur Mar. x. & Lucæ xxii. ergo Beatus Petrus non fuit princeps Apostolorum.

¶ Præterea: A principe ceteris subiectis confertur auctoritas: capitis enim est in membra motum influere regiminis: nullius quoque inferioris potestas cõdistinguitur auctoritate principis: sed B. Paulus fuit Apostolus qui nihil se accepisse ab aliis Apostolis inter quos erat Petrus fatetur: ad Galathas capitulo secundo dicens: Mihi enim qui uidebantur aliquid esse nihil contulerunt. Deinde inuens conditionem auctoritatis suæ a Beato petro subinfert dicens: Sed etiam cum cognouissent quod creditum est mihi euangelium præputii sicut & Petro circuncisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatu circuncisionis opera est mihi inter gentes: dexteras mihi dederunt & Barnabæ societatis: ut nos in gentes: & ipsi in circuncisionem.

¶ Confirmatur: quia Paulus in faciem Petro restitit quia reprehensibilis erat: unde. ii. q. vii. in. c. Paulus. Hieronymus ait: Paulus Petrum reprehendit: quod non auderet si se imparem sciret. Igitur B. Petrus non uidetur dicendus princeps Apostolorum.

¶ Præterea: B. Petrus post ascensionem Saluatoris principatus auctoritatem non seruauit inter cæteros apostolos: quod patet in electione Mathiæ Actuum primo: & in electione vii. diaconorum actuum sexto: ubi uidetur interfuisse tanquam unus de electoribus non tanquam electorum princeps. Et in missione sua ab Apostolis ad samaritanos actuum. viii. igitur non uidetur dicendus princeps Apostolorum.

¶ In oppositum est. Quod dominus dixit Petro Matth. xvi. Et ego dico tibi quia tu es Petrus: & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam. Et tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis. Vbi glosa inquit: Specialiter Petro claues concessit ut ad unitatem nos inuitaret. Ideo enim ipsum principem Apostolorum constituit

ut ecclesia unum principalē haberet Christi Vicariū ad quē diuersa Ecclesiæ mēbra recurrerēt si forte inter se dissentirent. Quod si diuersa forent in Ecclesia capita unitatis uinculū rumperentur. Hec glosa.

RESPONDEO dicendū q̄ secundū diuinas literas triplex principatus attribuit B. Petro sup Aplos: s. principatus ordinis: iurisdictiōis: & īmediatæ comissionis.

Nam inter noīa Aplo⁊ nomē Petri cōiter cæteris pponitur. Matth. enim x. dicit: Duodecim Aplo⁊ noīa sunt hæc: Primus Simon q̄ dicit Petrus: & Andreas frater eius. Primus inq̄ dignitate nō uocatiōe ut ait Albertus Magnus sup Matth. pp quod uertex dicitur Aplorum: Andreas uero secūdus. & sic deinceps: qa oēs subditi Petro sunt æquales. Et attēde q̄ licet Petrus uertex dicat primus: nō tamē dicit Andreas secundus: nec Phillippus tertius: qa oēs sunt secundi Petro quoad iurisdictionē: qa nō unus sub alio: sed oēs sub Petro. Glosa ēt ordinaria ibidē inq̄t: Voluit dominus Aplo⁊ principē prius alio noīe uocari: ut ex ipsa cōmutatiōe noīs facti uiuacitas cōmendaretur. Hæc quoq̄ primitas ordinis B. Petri īter Apostolos manifesta est ex illo Io. xiii. ubi Christus pedes discipulo⁊ loturus cœpit a Petro: Vbi glo. īter linearis ait: Venit ad Petrum nō post alios: sed prius ad primū Aplo⁊. hunc ēt ordinē testat Chrisostomus sup illud Actuū primo: exurgēs Petrus in medio fratrum: Petrus inquit ut inflāmatus: & sicut ille cui cōmissum erat a domino ouile: & ut princeps sermonem incohat.

PRINCIPATVS iurisdictionis B. Petri sup cæteros Aplos quāuis sit pdictus: tamē ad huc ratiōe atq̄ auctoritatibus magis magisq̄ explanat. Sapiens. n. q̄sq̄ in familia sua caput ac principē ↄstituit: qa iuxta sniam philosophi in fine, xii. metaphy. Nō est bona pluralitas principatuū. Rationabiliter ergo cogimur asserere B. Petrū Aplo⁊ principē q̄tū ad iurisdictionē a Christo qa alium nō legimus: Christum Aplis pfulisse. hinc Io. primo dixit Christus Petro: Tu uocaberis Cephas: quod græce caput sonat. hinc quoq̄ B. Anacletus in capitulo sacrosancta di. xxii. ait: Inter Beatos Aplos q̄dam fuit discretio pōtatis. Et licet oēs essent Apli: Petro tamē a domino ↄcessum ē (& ipsi inter se uoluerunt idipsum) ut reliq̄s oībus pesset Aplis: & Cephas idest caput & principium teneret apostolatus.

PRINCIPATVM Iurisdictionis explicatum reddit principatus īmediatæ cōmissionis: Commisit nāq̄ Christus Petro ea quæ uero principi mandari solent instruxitq̄ illum de pluribus ut omnium principem. Sūt uero hæc plura.

Primum est tributi redditio: Matth. n. xvii. Dominus postulatus solutionē tributi ad Petrum inquit: Vade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle: & aperto ore eius inuenies staterē: Illum sumēs da pro me & pro te. Pensa autē didragma: ut inquit Ambrosius: solutio erat capitis: Vnde iam dabat intelligi q̄ Petrus post Christū sup alios Aplos caput & primus ↄstituendus erat. Quamobrē B. Augustinus in libro de q̄stionibus noui & ueteris testamēti q̄stione. lxxix. inquit: Saluator noster cū p se & Petro dari iubet didragma p oībus soluisse uidetur: quia sicut in Saluatore erāt oēs causæ magisterii: ita & post Saluatorē i Petro oēs ↄtinent. Ipsum enim ↄstituit esse caput eo⁊: ut pastor esset gregis Dominici. Hæc Augustinus. Idē Chrisostomus & glo. īter linearis sup illud Matth. xxiv. Quis putas ē fidelis seruus & prudēs quē ↄstituit dominus sup familiā suā dicūt: Quia discipuli uidentes in tributi redditione q̄ Petrus fuerat Domino cōparatus arbitrant sum Petrū Aplis platum.

Secundum ē dubio⁊ expositio: Dubia. n. multa dissoluēs Christus q̄ ad oēs Aplos spectabāt Petrū tāq̄ principē alloquebat: Quod patet primo Matth. xviii. ubi dicitur: Aspiciēs Iesus in discipulos suos dixit Symoni Petro: Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter te & ipsum solum. secundo Matth. xvi. Quem dicunt hoīes esse filium hominis? Super quo loco B. Chrisostomus inquit: De plebis opinione interrogat oēs: Sed omnibus discipulis interrogatis Petrus tāq̄ os Apostolorum & caput pro omnibus respondit. tertio Interroganti Christo an Apostoli cum aliis discipulis qui retro abierant abire uellent: respondit Symon Petrus. Glosa: unus pro omnibus: Domine ad quem ibimus: uerba uitæ æternæ habes. Io. vi.

Quarto Dicēti Christo & uos estote parati: solus p omnibus īterrogat an Christus doctrinā suam ad solos ipsos referret discipulos an ad omnes dicens: Domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes? Lu. xii. Super quo inquit glo. Theophili: Petrus cui committenda erat Ecclesia quasi omnium curam gerens inquit: Vtrum ad omnes hanc

parabolam protulisset.

Quinto Christo dicente difficile fore diuitem itrare in regnũ celorũ solus Petrus pro omnibus iterrogat. Ecce nos reliquimus oia & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Math. xix. ubi Chrisostomus inquit. Qui claues regni celorum acceperat de his q̃ ibi fuit iã sollicitus & pro orbe terrarum interrogat uniuersa: Ideo glo ap te dicit in c. placuit. di. xvi. Illũ in conuentu debere prius loq cuius potior extat auctoritas.

Tertiũ fratrum confirmatio: Nam Luce. xxii. dicitur: Symon ecce Sathan expetiuit uos ut cribaret sicut triticũ: ergo autẽ rogaui pro te: ut nõ deficiat fides tua: Tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Quamobrem Beatissimus Leo Papa in sermone quodã ita inquit: Commune erat oibus Apostolis periculũ de tentatiõe formidinis: & diuine protectionis auxilio pariter indigebãt: quoniã diabolus oẽs exagitare: oẽs cupiebat elidere: & tñ specialis cura a dño Petri suscipitur: & pro fide Petri suscipitur: & pro fide Petri proprie supplicat: tanq̃ aliorum status certior sit futurus si mens principis uicta nõ fuerit. In Petro ergo oium fortitudo munit. & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium ut firmitas q̃ p Christũ Petro tribuit p Petrũ Apostolis cõferatur. Hæc ille. Cyrillus quoq; ait: Tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos: quasi dicat. Postq̃ me negato ploraueris: & si penitueris corrobora cæteros fratres tuos: cum te principem Apostolorum deputauerim hoc enim decet: q mecum robur es & petra Ecclesiæ.

Quintum est ouium curatio siue nutritio. Nã Io. ultimo: Christus ascensurus i cælum prñtibus aliis Apostolis soli Petro ouium suarum curã uniuersaliter cõmittit dicẽs. Symon diligis me? Pasce agnos meos. Pasce oues meas. ubi. B. Chrisostomus ait: idest loco mei ppositus esto & caput fratrũ tuorum.

Vltimo manifestus uidetur Principatus iurisdictionis Beati Petri inter cæteros Apostolos in disputãdo. Nam ut habet Actuum. ii. in die Penthecostes irridentibus iudeis Apostolos q̃ uariis linguis loquærentur: occurrens Petrus testimonio Ioelis Prophetæ illis responderet. Vbi glo interlinearis ait. Ic qtur pastor p oĩbus. Item in sententias diffinitiuas pferẽdo.

Primo cõtra Ananiã & Saphyram: ubi glo inquit. Quãuis ante pedes Apostolorum Ananias & Saphyra partẽ pcii agni posuisset, tamẽ Petrus quasi pñceps Apostolorum loqtur primus.

Secundo cõtra Symonem magum offerẽtem pecuniã Apostolis: ut potestatẽ haberet dãdi spm sanctum. Actuum. viii. ubi glo. interlineans super illud Petrus autẽ dixit inquit sic. Petrus quasi pñnceps loqtur primus.

Tertio in cõcilio facto ab Apostolis super obseruatione legalium: Surgens Petrus promulit sententiã q̃ nõ tenerentur obseruare legalia cõuersi ad fidem: ut habetur Actuũ. xv. In glo. in uerbo Surgens Petrus ait: præ omnibus quasi princeps loquitur. Quãobrẽ uniuersalis Ecclesia. B. Petrum cõfitetur principẽ apostolorum cum in officio eiusdem decantat dicens. Tu es pastor ouium princeps apostolorum: tibi tradidit Deus claues regni cælorum.

Ad primum ergo dicendum est: q̃ oẽs apostoli fuere equales in apostolatu licet non in gradu apostolatus: siue pares extitere ordine: uel cõsecratione: non tamen auctoritatis regimine: siue administratione: uel iurisdictiõe. hinc s. Thomas in. iiii. sent. di. xxiiii. ait. Quãuis oibus Apostolis cõiter data sit põtas ligandi & soluendi, tamẽ ut in hac põtate aliqs ordo significaretur primo soli Petro data est: ut ostendatur q̃ ab eo in alios debeat ista potestas descendere: propter quod ei dicit singulariter. Confirma fratres tuos: & pasce oues meas: hoc idẽ astruit auctoritate Beati. Leonis scribentis ad Anastasium Thessalonicẽsiũ Epm. Quoniã inter beatissimos apostolos i similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & cum oium par esset electio: uni tantum data est ut cæteris pemineret. B. quoq; Cyprianus post uerba padducta ita subiicit. Sed ab unitate exordiũ pficiscitur: ut Ecclesia xpi una monstretur.

Ad secundum dicẽdum q̃ xps nõ interdixit aplis principatum sed modum principandi: ut patet considerãti textum adductum. Vnde Chrisostomus illum exponens ait. Principes mundi iõ fiunt ut dominẽtur minoribus suis: & abutãt uita eorum ad suas utilitates & glorias: Principes autem Ecclesiæ ut seruiant minoribus suis: & ministrent eis quæcunq; acceperunt a Christo: ut suas utilitates negligant: & aliorum procurent.

Ad tertium dicẽdum: q̃ licet. B. paulus fuerit imediate institutus a Christo Apostolus ab eodemq; edoctus: non tamen auctoritatẽ habuit condistinctã a. B. petro sicut nec cæteri. quinimo illi subiectus fuit, ppterea euangeliũ suum cum petro uoluit pferre. Quare. B. Hieronymus i epistola ad Augustinũ. xxii. ait. Deniq; tantæ auctoritatis petrus fuit: ut paulus in epistola sua scribat. Deide post annos tres ue

ni hierosolimam uidere petrum & māsi apud eum diebus quindecim rursumq; in sequentibus post annos quatuordecim ascendi iterū hierosolymā cum Barnaba assumpto & Tito Ascendi autē secundum reuelationē:& exposui eis euangelium quod pdicaui inter gētes: ostendēs nō habuisse securitatē euangelii pdicandi nisi petri & eorū qui cum eo erant suisse sententia roboratum:Hæc Hieronymus. Nec obstat glo.sup loco inducto.B. pauli dicens: Creditum est mihi euāgelium fideli ita principaliter sicut & petro.Nam ly principaliter intelligitur quo ad officium predicatiōis & apostolatum:nō autē quo ad officium regiminis uel quo ad gradum apostolatus:ut dictum ē.

¶ Ad cōfirmationē dicit q paulus par erat petro quo ad fidei defensionē:nō quo ad dignitatem plationis:ut ait.B.Thomas in.xxii.q.xxxiiii.ar.iiii.Ideo deficiente.B.petro:ad tollēdum scandalum licuit paulo illū reprehendere. Ad hoc facit quod inquit.B. Gregorius in .c.paulus.ii.q.vii.paulus ait:seniorem ne increpauerit.Sed hæc eius regula in eo reseruanda est cum culpa senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorū.Itē glo.ad Galathas.ii.c.dicit:petrus exēplum maioribus tribuit ut sicubi forte rectum reliquissent:nō dedignarentur etiā a posterioribus corrigi.

¶ Ad quartum dicendum est q.B. petrus solus eligere poterat:Inde.B. Chrisostomus sup actus apostolorum ibidē inter cætera dicit: eū eligere nō poterat:utiq; poterat. Sed ne uideretur ipse gratiā dare.Ideo nō fecit.Hæc Chrisostomus.Fecit autē.B.petrus electionem tali modo:primo gratia unitatis & pacis seruādæ ut etiā habetur a .B.Io.Chriso.ubi supra.

¶ Secūdo ut i petri obseruātia doctrina xpi magis fulgeret.qui dixit. Qui maior ē uestrū fiat sicut minister. ¶ Tertio ad ostendendā uenerationē erga cœtū Ecclesiæ.cui xps pmisit nō defuturum Spm sanctum.Neq; missio semper importat prælationē aut superioritatem:sicut patet i diuinis personis: quarum duæ mittunt & tñ oēs sunt æquales. Mittitur quoq; superior ab inferiori aut ratione cōsilii ut Regem cōsiliarius:aut ratione uenerationis & amoris. ¶ Fuit uero inter Apostolos mutua ueneratio mutuusq; amor singularis: Quāobrem.B. Petrus quāuī i se erat:ut unus ex eis inter illos cōuersabatur. Fuit quoq; cōueniens præfata missio:Tum ratione auctoritatis:Tum quia .B. Petrus maiori splendebat miraculorum gratia.

¶ Vtrum.B. Petrus solus inter Apostolos fuerit im mediate ordinatus Eps a xpo.Que stione Secūda.





D SEcundam q̄stionem sic pcedit. Videtur q.B.Petrus solus inter Apostolos fuerit imediate ordiatus Eps a xpo. Primo q dem.Si Iudas asi passionē fuit Eps psus fuit ordinatus a Christo:& multo magis alii Apostoli: sed fuit Eps ut habet actuū primo:ubi de Iuda exponitur illud psi.cviii.& epatum eius accipiat alter.

¶ Confirmatur:quia di.xxi c.i.dicit q Christus duodecim Apostolos tāq maiores sacerdotes instituit septuagintaduos quasi minores sacerdotes.Igitur.B.Petrus solus iter Apostolos nō fuit imediate ordinatus Eps a xpo.

¶ Præterea.Epi succedunt in locum Apostolorum.lxviii.di.quorū.Igit Apostoli erāt Epi & imediate a xpo ordinati.Cōsequētia pbatur Immediate.n.a Christo dignitatē apostolicam acceperunt.

¶ Præterea:Paulus fuit Eps similiter & Mathias sed hii fuerunt imediate ordinati a xpo: nā de paulo nō legit qs eū ordinauerit præter xpm.Ipse uero Thimotheum ordinauit; i.ad Thi.iiii.De.B.Mathia uero iqt.B.Dyonisius de ecclastica hierarchia exponēs illud actuū primo:Ostēde dñe quē elegeris ex his.Ipse discipulorū uertex cū ordinata sibi hierarchia:deinde i duodenarii discipulorū ueniens numerum:sanctificās cōsummationem in diuinitatis electionē timidus rel. qt dicens: Ostēde quem elegeris:& diuina sorte diuinitus ostensum i sancti duodenarii apostolici suscepit. Igitur solus Petrus imediate nō fuit cōsecratus a xpo

¶ Præterea Beatus Augustinus de quæstionibus noui & ueteris testamenti inqt.Christus omnes Apostolos fecit Episcopos. Idem dicit maximus Comentator Beati Dyonisii de ecclesiastica hierarchia.Ergo solus Petrus nō fuit imediate Episcopus ordinatus a Christo.

¶ Præterea:De summa tri.& fi.ca.extra.c.i.§. Vna.dicitur:q sacramentum eucharistie nō potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundum claues quas ipse con

cessit apostolis suisq; successoribus. Sed sacerdos ordinatur a cia. e Episcopali: ergo Christus imediate Apostolis tradidit claues epales. ¶ Praeterea Apostoli a Christo immediate facti sunt Sacerdotes ergo & Epi. Consequentia patet: quia non est maior ratio de sacerdotio q de episcopatu.

¶ In oppositum est. Quod habetur in secunda epistola Beati Clementis de Beato Petro ita scribentis Petrus magister institutor: & princeps Apostolorum atq; eorum ordiator fuit. Igitur solus Petrus uidetur immediate a Christo fuisse ordinatus Epus: caeteri uero Apostoli a Beato Petro.

¶ Respondeo dicendum Pro explanatione praesentis quaestionis ponendae sunt duae coclusiones sanctorum patrum sententiis sacrisq; litteris conformes: quarum prima haec est: Solus Petrus inter Apostolos immediate a Christo fuit ordinatus Episcopus. Ista conclusio probatur tripliciter. Primo quidem & supponuntur tres propositiones. Prima est. Sancto Petro primo pontificatus in ecclesia datus fuitq; est. B. Anacletum. c. i. nouo. di. xxi. ¶ Secunda: Beatus Petrus fuit ordinatus Episcopus uniuersalis Ecclesie post resurrectionē cum ei dixit: Symon Ioannis diligis me? Pasce oues meas Io. ultimo. Tertia Post uerba praefata nihil habetur in diuinis litteris de ordinatione Apostolorum: ergo iuxta sacras litteras sanctosq; Doctores tenendum uidetur rationabiliter q Solus Beatus Petrus fuerit inter Apostolos ordinatus Episcopus immediate a christo.

¶ Secundo probatur. Nihil est asserendum de talibus nisi quod habetur a diuinis litteris: aut a sacris doctoribus ut aiunt Beatus Dionysius Hieronymus & Augustinus. Sed nulla auctoritate cōuincimur alios Apostolos praeter Petrum fuisse ordinatos Episcopos immediate a Christo. Igitur asseuerandum est solū Petrum immediate ordinatum a Christo. probatur secunda: Nam in canone non inueniuntur nisi tria. Primum habetur Math. xviii. Quecunq; alligaueritis super terram: sed super hoc non sunt facti Episcopi: Tum quia Petrus post istis bora & maiora nō fuit factus Episcopus. Math. xvi. Quodcūq; ligaueris super terram. Tum quia nondum erant Sacerdotes: Tum quia illud fuit promissio non actualis concessio cuiuslibet auctoritatis. ¶ Secundum habetur Luc. xxii. Hoc facite in meam commemorationem. Sed nec per hoc facti sunt Episcopi: quia per illa uerba tantummodo confertur auctoritas conficiendi eucharistiam: quā habet simplex Sacerdos.

¶ Tertium habetur Io. xx. Quorum remiseritis peccata: sed nec propter illa uerba facti sunt Episcopi. Tum quia talia dicunt Episcopi simplicibus Sacerdotibus. Verba uero prolata a ministris sunt eiusdem uirtutis in effectu sacramentali sicut prolata a Christo. Tum quia Thomas non erat cum illis: & per consequens non fuisset factus Episcopus. Igitur asseuerandum est solum Beatum Petrum inter caeteros Episcopos fuisse imediate ordinatum a Christo Episcopum.

¶ Tertio probatur conclusio. Manifestum est iuxta. B Pauli sententiam actum. xii ut esset maior unitas ex uno homine anime humanū genus fecit. Ergo pariter dicendum uidetur fecisse in ecclesia sua quam uoluit esse unam: q unum tantummodo Episcopum & caput immediate consecrauerit; Cuius figura fuit Aaron solus summus sacerdos a Moyse consecratus: a quo caeteri descendeq unctus habetur Numeri. xx.

¶ SECVNDA Conclusio est: Caeteri Apostoli immediate fuerunt a Beato Petro ordinati Episcopi: probatur: Primo quidem in capitulo Porro di. lxvii. Beatus Anacletus Papa inqt: Porro hierosolimitanorum primus Archiepiscopus. Beatus Iacobus. s. Alphei filius a Petro & Iacobo Zebedeo & Ioanne apostolis ordinatus est: a qua ordinatione suscepta est forma ordinandi Episcopos: ut in. c. in nouo di. xxi. hinc. B. Remigius super Math. c. x. ubi Apostolorū noīa recitantur ita de ipso Iacobo dicit: Cuius meriti. B. Iacobus fuerit testes sunt Apostoli qui cum Epm hierosolimitanorum ordinauerunt.

¶ Itē Paulus & Barnabas fuerunt ordinati a B. Petro: ergo pariter de caeteris uidetur dicēdum. Antecedēs probatur. nam Actuū. xiii. Dixit eis Spūssanctus: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orātes imponētesq; eis manus dimiserunt eos: glo. i. modum ordinandorum. Que glosa ꝯfirmatur testimonio Leonis Pape in. c. Quod autē. di. lxxv. Itaq; rationabile est ut Petrus solus a Christo imediate ordinatus Eps post ascensionē Domini, Prio Ioannē Epm: deinde Iacobum zebedei: quia maiores & honorabiliores caeteris uitq; ote quos Dominus aliis i multis ꝓtulit ut i trāsfiguratiōe i suscitatiōe filiae Archisynagogi in oratione

In horto: Episcopos ordinauerit. Quibus peractis tunc ordinauit q Episcopi non nisi a tribus ordinarentur: ut patet in dicto capitulo Porro. Sicq hoc modo cæteros Apostolos ordinauit. Hec namq doctrina conformis est dicto B. Anacleti in c. in nouo di. xxi. dicentis: In nouo testamēto post Christū dominū a Petro sacerdotalis ordo incœpit: idest pontificalis: sicut sacerdos exponitur idest episcopus: de conse. di. prima ca. solēnitates. Quod autem pfatum modum non semper Apostoli ipsi obseruauerint factum est tum propter necessitatem: tum etiam propter uenerationem ipsorum qui sancto Spiritu repleti erant: Vbi tamē cōmode poterant illud obseruabant. Saniora autem hec uidentur mihi q doctrina tradita a glosa in capitulo Porro circa hanc materiā.

Ad primum ergo dicendum est: Iudam nō fuisse Episcopum nisi electione Christi: non autem consecratione. nam electio ad apostolatum electio erat ad episcopatū: sed nō consecratio: Ideo locus apostolatus uocatur episcopatus ueluti etiam exponit Nicolaus de Lyra textum adductum.

Ad confirmationem dicitur: q Christus instituit. xii. Apostolos tāq maiores Sacerdotes: instituit inq electione ad apostolatum cui annexus est principalis ordo predicādi. Fecit autem cæteros discipulos non quidem sacerdotes ut patet: & per consequens nec minores sacerdotes: sed tanq minores sacerdotes: quia sicut minores Sacerdotes sub Episcopis pdicant & sacramenta ministrant: ita discipuli sub Apostolis pdicabant & curabāt infirmos: Ideo ly tanq respondetur obiectioni.

Ad secundum dicendum q Apostoli fuerunt Episcopi: sed non imediate a Christo cōsecrati ut dictum est.

Ad tertium dicendum: q Paulus fuit ordinatus Episcopus p Apostolos: ut patet actuū. xiii. Bñ uero Mathias licet fuerit a Deo electus factus tamen est Episcopus ministerio Petri & aliorum Apostolorum: quemadmodū Apostolus Paulus dicit ad hebre. v. Aaron uocatū a Deo: qui tamen per Moysem consecratus fuit. Similiter Paulus Apostolus electus fuit a Deo: pariter Diui Nicolaus & Ambrosius: qui tamen per homines consecrati fuere.

Ad quartum dicendum: q dicta illa sunt intelligenda mediate non imediate: quemadmodum dicitur: Ipse Christus baptizat. Et is modus loquendi reperitur in diuinis litteris: sicut dicitur: qui deduxit populum suum per desertū in manu Moysi & Aaron. Item Ecclesiastici. xlv. Excelsū: fecit Aarō & c: dedit illi sacerdotiū gētiū: & circūcixit illi zonā iustitiæ.

Ad quintum dicendum q claues episcopales datæ sunt a Christo Apostolis: sicut & dātur nunc cæteris pontificibus: idest medio Petro: siue in ordine ad Petrum.

Ad sextum dicendum: q Petrus in honore sacerdotii fuit equalis cæteris Apostolis: Ideo conuenienter simul omnes a Christo fuere ordinati sacerdotes. In gradu uero Episcopatus fuit supior: imo caput & priceps. Quamobrē rationabiliter ab ipso Christo solus fuit ordinatus Episcopus. Potestas autem episcopalis est ordinis & iurisdictionis: ut ait B. Thomas in quarto sen. di. xxiiii. Iurisdictiōis suprema auctoritas in B. Petro residebat.

Vtrum Beatus Petrus post Passionem Christi fuerit institutus Summus Pontifex: Quæstio Tertia.



AD Tertiam quæstionem sic proceditur: Videtur q Beatus Petrus ante passionem fuerit factus Sūmus Pontifex: Primo quidem hoc uidentur sentire sancti Doctores exponentes euangelia: nam Chrisostomus super illud. xxii. Facta est contentio inter eos dicit: Credit erant Petro claues regni cælorū. Idem super illud Mathei. xvi. super hanc Petram & c. ait: hic erigit eius sensum & pastorem facit. Item B. Anacletus in capitulo In nouo di. xxi. dicit: Ipsi Petro primo Pontificatus datus est dicente Domino: Tu es Petrus. Sed hæc fuerunt ante passionem Christi: Ergo uidetur q B. Petrus ante passionem fuerit institutus Sūmus Pontifex.

Præterea: Omnia sacramenta debuerunt institui ante passionem: inter quæ Confirmatio est ordinis Episcopatus: ergo ante passionem fuit: sed solus Petrus est factus a Christo imediate ut probatum est: Ergo ante passionem fuit institutus summus Pontifex.

Præterea: Aaron fuit figurā B. Petri qui factus fuit simul Sacerdos & Pontifex: sed B. Petrus in cœna fuit ordinatus Sacerdos: ergo & summus Pontifex.

In oppositum est quod ait B. Ambrosius capitulo Fidelior di. i. dicens: Fidelior factus est Petrus postq fidem se perdidisse defleuit: atq ideo maiorem gratiam inuenit q amisit.

Tanq̄.n.bonus pastor tuendum gregem acce pit: hoc autē manifestum est contigisse post passionem Christi: Igitur B.Petrus post passionem Christi fuit institutus Sūmus Pōtifex.

¶ RESPONDEO dicendum: q̄ Duæ con clusiones huic quæstioni satisfaciunt Prima est: Christus B.Petrum consecrauit pastorem uniuersalem siue summum pontificem cum ei dixit Pasce oues meas: Pasce agnos meos Christus.n.propter excellentiā potestatis quā habuit in sacramentis potuit rem sacramenti sine ipso sacramento conferre: Ideo illis uerbis B.Petrum Sūmum Pontificem consecrauit: quod probatur: Quando aliquid a Deo alicui cōmittitur & id cōmissum sine aliquo alio exequi non potest: ēt illud cōmissum a Deo intelligitur. Sed pascere uniuersum gregem fuit indistincte Petro cōmissum cū ei dixit indistincte pasce oues meas: quod fieri ne quit sine uniuersalis potestate. Igitur Christus B.Petrum instituit Sūmū Pontificem cum ei dixit Pasce oues meas.

¶ SECVNDA cōclusio: Beatus Petrus fuit institutus Sūmus Pontifex: post passionem & resurrectionem Christi: Quāu s ex præcedenti dependeat cōclusione hæc presens con clusio tamen adhuc probatur. Primo ratione: non.n.decuit neq; utile fuit uiuente Christo & apud mortales degere adhuc uolente aliū summum Pontificem instituere ut patet. Igitur non uidetur asserendum q̄ Christus anteq̄ presentiam corporalē subtrahere uellet alium summum Pontificē institueret. Igitur conueniens est q̄ solūmodo post resurrectionem Christus summum Pontificē Petrū instituerit. ¶ Secundo auctoritatibus hoc manifestatur nam B Gregorio in capitulo Considerandū di.l.dicit: Considerandum nobis est cur omnipotens Deus eum quem cunctæ Ecclesiæ præferre disposuerat ancillæ uocem pertimescere: & seipsum negare permisit. Quod nimirum actum magnæ pietatis dispensatione cognoscimus: ut is qui futurus erat pastor Ecclesiæ in sua culpa disceret qualiter aliis misereri debuisset. Hæc ibi. Si ergo disposuerat & futurus erat iā actu nō fuerat ōstitutus. Inde glosa super præallegato capitulo conside rando ait: Hoc uerbo pasce oues meas factus est princeps extra de electione significasti.nō in illo Tu es Petrus: quia illud fuit ei dictum ante passionem. Ad hoc facit quod habetur in capl̄o solitæ extra de ma.& ob.¶.nobis Ad Idem sunt innocentius & Hostiensis in.c.li/cet de foro cōpatenti: & Archidia in capitulo Vbi periculum de e'ec.li.vi.in glo.n.agi: a cir ca finem. Denium ad idem Bonifacius octa uus in extrauaganti incipiente Vnam sanctam ecclesiam.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q̄ illæ au ctoritates sunt intelligendæ secundum promissionem in futurum tunc complendā: nō secundum actualem institutionem: Ideo no tanter Matth.xvi.dici ut super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam: utens uerbo futuri temporis.

¶ Ad secundum dicendum: q̄ omnia sacra menta fuerunt aut explicite aut implicite siue uirtualiter ante passionem instututa: non au tem exercita: aut quia non decuit sicut dictū est de summo pontificatu: aut adhuc ministris deficientibus: siue clauibus non collatis. Summus uero pontificatus promissus multis modis fuit: & institutus implicite in consecratione sacerdotii.

¶ Ad tertium dicendum est negando similitudinem: nam ut inquit Petrus de Palude Aaron instituendus erat summus pontifex ac si mul consecrandus sacerdos: quia collectum populum habebat cui imperaret: non sic autem erat de B.Petro: Quamobrem rationabiliter institutum fuit in Concilio Viēnensi q̄ nullus de pastore prouideat Ecclesiæ cathedrali sibi qualitercunq; subiectæ quæ clero careat & subditis christianis de elec.i capl̄o plerisq;.

¶ Vtrum B.Petrus conuenienter fuerit dictus fundamentū Imperii militantis Ecclesiæ. Quæstio Quarta.



AD Quartam quæstionē sic pro ceditur: Videtur q̄ B.Petrus non fuerit conuenienter dictus fundamentum Imperii militantis Ecclesiæ. Primo quidem: Solius Christi proprium est esse fundamentum Ecclesiæ: Igitur incōuenienter dicitur B.Petrus fundamentum Ecclesiæ. Antecedens patet: nam primæ ad Cor.iii.dicitur: fundamētum aliud nemo ponere potest præter id quod po situm est quod ē Christus Iesus. Item in glo sa interlineari super illud Matth.xvi. Tu es Pe trus habetur sic: A me petra: ita tamen ut mihi retineā fundamēti dignitatē: & tu supme or dinabis lapides mundos & abiicies leprosos. ¶ Præterea: Fundamenti inconuenit aliud

esse fundamentum: quia sic esset uia proce-
dendi in infinitum: sed Christus est funda-
mentum Ecclesiæ dicente B. Augustino de
uerbis Domini homelia. xiii. Tu es inquit Pe-
trus: & super hanc Petram quam confessus es
ædificabo ecclesiam meam. Super me ædifi-
cabo te: non me super te. Igitur non conue-
nienter dicitur B. Petrus fundamētū Ecclesiæ.
¶ Præterea: Fundamētum prius est eo cuius
est fundamentum: Sed Petrus non est prior
Ecclesia quæ ab Abel incœpit: Ergo inconue
nienter B. Petrus dicit fundamētū Ecclesiæ.
¶ Præterea: Apoc. xxi. dicitur: Et murus ciui-
tatis glosa idest fides: quæ Ecclesiam munit
& tuet: habens fundamenta duodecim & in
ipsis duodecim nomina duodecim Aposto
lorum & Agni. Igitur non cōuenit solū B. Petro
dici Fundamentum Ecclesiæ.

¶ In oppositum est quod habetur Matth.
xvi. Tu es Petrus: & super hanc Petram ædifi
cabo Ecclesiam meam.

¶ RESPONDEO dicendum: q esse funda
mentum Imperii militantis Ecclesiæ diuersi-
mode conuenit Patribus antiquis: patriarchis
& Prophetis: Christo Apostolis omnibus: ac
Petro singulariter: Patres. n. antiqui dicti sunt
Fundamenta Ecclesiæ ratione temporis:
nam priores extitere qui Ecclesiam funda-
runt: iuxta illud: Fundamenta eius in monti-
bus sanctis. Christus uero fundamentum dici
tur principale Ecclesiæ ratione institutionis
& conseruationis: nam propria auctoritate ut
potē Deus uerus Ecclesiam instituit: eandēq
gubernat. Apostoli quoq fundamenta Eccle
siæ dicuntur: quia in fide & doctrina Christi
renati primi Ecclesiam fundauerunt: quem-
admodum Apostolis Paulus de se loquens
dicebat primæ ad Cor. tertio Ut sapiens Ar-
chitectus fundamentum posui. glo. Fidem
Christi: non aliam. Hinc B. Augustinus super
psalmo. lxxxvi. ait: Ut noueritis q fundamen
tum Christus sit primum & maximum: fun-
damētum inquit apostolus nemo ponere po
test aliud præter id quod positum est: quod
est Christus Iesus. Quomodo ergo funda-
mentum Prophetæ & Apostoli: & quomodo
fundamentum Christus Iesus quo ulterius ni
hil est: Quomodo putamus: nisi quemadmo
dum aperte dicitur sanctus sanctorum sic fi-
gurate Fundamentum fundamentorum. Si
ergo sacramenta cogites Christus sanctus san
ctorum: si gregem subditum Christus pastor
pastorum: Si fabricam cogites Christus Fun
damentum fundamentorum. hæc Augustinus.

¶ VERUM PETRUS singulari priuilegio
inter apostolos dictus est fundamentum Ec-
clesiæ. Pro cuius clariori intelligentia animad-
uertendum B. Augustinum in libro retracta-
tionum relinquere iudicio lectoris an Petrus
sit dicendus Petra Ecclesiæ: ppter hoc quod
Christus dixit: Tu es Petrus: & super hanc Pe
tram ædificabo Ecclesiam meam. Petra. n. cū
sit Christus: sensus uidetur: q Ecclesia quæ in
Petro figurabatur ædificanda erat super ip-
sum Christum per hāc ergo petram seipsum
non Petrum designauit. At sententiam hanc
quam dubiam ipse facit ceteri Doctores non
sequūtur: sicut B. Ambrosius eodē diuo Au
gustino teste Tum quia contextus litteræ nō
nisi uiolenter illam expositionem patitur: uo
lens. n. Saluator præclarum aliquid concede
re B. Petro propter factā confessionē in qua
ut ait B. Augustinus totius Ecclesiæ fides offer
tur dixit & ego dico tibi tu es Petrus: Et super
hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.
nihil dicere uideretur nisi per hanc Petrā Pe
trus intelligatur. hæc ratio est Ricardi in quæ
stionibus Armenorum li. vii. capitulo. xi. Tum
quia esse fundamentum Ecclesiæ Christi se-
cundarium nōderogat priuilegio Christi: qa
ipse est fundamētum principale & æternum
Iuxta illud Ecclesiastici. xxvi. Fundamenta
æterna supra petram solidam: idest ipsa Petra
solida. Tum quia cæteris Apostolis fundamē
ta Ecclesiæ a diuinis litteris dictis non incon
uenit speciali prerogatiua illud ascribere Petro

¶ SUNT AUTEM B. Petri excellentiæ ac
dignitates q̄ plures: quibus merito nomine
Fundamenti Ecclesiæ donatus fuit. Prima est
confessio diuinitatis & humanitatis Christi:
quam B. Petrus prior inter Apostolos fecit
corde: ore: gestibus: atq firmissima attestatio
ne dicens: Tu es Christus filius Dei uiui. De
hac confessione inquit B. Leo Papa in sermo
ne secundo ordinatiōis: Tu es Christus filius
Dei uiui quotidie Petrus dicit: & omnis lin-
gua quæ dominum confitetur magisterio
huiusmodi uocis imbuitur. Hæc fides diabo
lum uincit: & captiuorum eius uincula dissol
uit. Hæc exutos mundo inserit cælo: & portæ
inferi aduersus eam præualere non possunt.
Tanta. n. diuinitus soliditate munita est: ut eā
nec heretica unq̄ corrūpere prauitas: nec pa
gana potuerit superare perfidia.

¶ Secūda ē. Predicatio: Ipse. n. prior rationi
bus fidem pdicauit: ut habetur in capitulo si

delior. I. di. Sunt autem uerba B. Ambrosii: Primus quoq; Iudeis prædicauit: Vnde in die Penthecostes ob eius exhortationis uerbum circiter iudeorum tria milia cõuersa baptismi sacramentum suscepisse leguntur: Actuũ. ii.

¶ Tertia dignitas est magna Fidei firmitas sibi concessa: Lu. xxii. Rogaui pro te ut nõ deficiat fides tua. Quamobrem omnium aliorũ factus est firmamentum: Lu. xxii. Tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Inde Theophilus in hoc n. decet: qui mecum robur es & Petra Ecclesiæ. Idem in capitulo fidelior. di. I. Hinc Hylarius super uerbo. Tu es Petrus, ait: Est autẽ in nuncupatione noui nominis fœlix Ecclesiæ fundamentum digna ædificatiõe illius petra quæ inferi leges & tartari portas & oĩa claustra mortis dissolueret. hæc ille.

¶ Quarta dignitas est Cathedræ illius nũq̃ a Fidei ueritate desituum in magisterium: Quod: ut in capitulo In sede & in capitulo hæc est fides. xxiiii. q prima habetur: extra maculam semper est seruata catholica religio. Et Cyprianus: Qui cathedram Petri supra quam fundata est Ecclesia deserit: in Ecclesia esse non confidat.

Quinta est Sedis illius uniuersalis principatus a qua uniuersi ordinis ecclesiastici dispositio pendet: ac totius ecclesiastici ædificii altitudo post Christum consurgit: ut dicitur in capitulo omnes di. xxii.

¶ Sexta est illius sedis potestas siue auctoritas uel iurisdictio insuperabilis: De hac Origenes i glo. super illud Matth. xvi. Quodcũq; ligaueris super terram ait: Vide quantam potestatem habet Petra supra quã edificatur Ecclesia: ut etiã iudicia eius maneant firma quasi Deo iudicante per ipsam. Hinc Maximus in sermone apostolorũ Petri & Pauli inquit: Quid etiã de Petro referam? cuius est a Deo tanta approbata iusticia: tantaq; ei attributa potestas iudicandi: ut in arbitrio eius poneretur cæleste iudicium? Perspicite ergo & estimate quanto sit nobis Petrus Apostolus honore reuerendus: cuius sententiam in terris probatam sempiterni iudicis æquitas non repellit. Catholice igitur asserimus B. Petrũ esse Ecclesiæ fundamentum: Quod etiam B. Augustinus affirmat in sermone qui legitur in festo cathedræ S. Petri dicẽs: Petrum itaq; fundamentum Ecclesiæ nominauit: Et ideo digne hoc fundamentum Ecclesia colit: supra quod ædificii altitudo consurgit. hec Augustinus.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q solius Christi proprium est esse fundamentũ ut principale: alius secundarium: & præcipue B. Petro ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum: sicut terra fundamentum est fundamenti ex lapidibus uel calce facti: ita non inconuenit supra Christũ esse Petri Fundamentum.

¶ Ad tertium dicendum: q eo modo quo Petro cõuenit esse fundamentũ: prior quoq; dici potest ecclesia: Prior. n. ipse fuit Ecclesiæ constructa ex Iudeis & gentibus: quibus primus ipse Petrus Fidei fundamenta posuit iuxta B. Ambrosium: & ut dicit Anacletus: primus ad Fidem populum uirtute suæ prædicationis adduxit. Prior quoq; Iurisdictionis potestate: ut patet in capitulo in nouo di. xxi. a quo omnis ordo ecclesiasticus originem traxit post Christum di. xxii. Omnes.

¶ Ad quartum dicendum: q B. Petro soli cõuenit esse fundamẽtum Ecclesiæ secundariũ & singularibus priuilegiis ut dictum est.

¶ Titulus secundus de Auctoritate Beati Petri Apostoli.



DEINDE considerandum est de auctoritate Beati Petri Apostoli a Christo sibi concessa: Circa quam quæruntur duo.

¶ Primo: An Beatus Petrus fuerit institutus a Christo caput Imperii militantis Ecclesiæ uniuersalis.

¶ Secundo: An Beatus Petrus cõuenienter potuerit appellari sponsus Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Vtrũ Beatus Petrus fuerit institutus a Christo caput Imperii uniuersalis Ecclesiæ militantis.

Quæstio Prima.



D primam quæstionem sic proceditur: Videtur q Beatus Petrus non fuerit institutus a Christo caput Imperii Ecclesiæ militantis.

¶ Primo quidem: Vnius corporis uni

cum est caput: nam in naturalibus monstrum dicitur animal biceps: & de habentibus similitudinem corporis sicut est respublicæ dicit philosophus.xii.Metha. Nec bona pluralitas principatuum. Sed Imperium militantis Ecclesiæ est unum utsupra probauimus est: cuius caput est Christus Ad eph.primo. Igitur Beatus Petrus non fuit institutus a Christo caput Imperii militantis Ecclesiæ.

Præterea: In capite omnes sensus uigent a quo omnis motus corporis deriuatur: Sed in B.Petro non uiguerunt omnes sensus cum etiam ipse a Fide defecerit: Influere quoque in membra Ecclesiæ motum Fidei & Charitatis Dei est non hominis. Igitur B.Petrus non uidetur dicendus caput Imperii militantis Ecclesiæ.

Præterea: Capite separato ab Ecclesia expirat totum corpus: Sed B.Petro moriente adhuc uiuens perseuerat Imperium militantis Ecclesiæ: Igitur non est asserendus caput imperii militantis Ecclesiæ.

Præterea: Si B.Petrus dicendus esset caput imperii militantis Ecclesiæ sui ipsius fuisset caput: cum ipse quoque de Ecclesia foret: sed hoc est impossibile Igitur non uidetur dicendus B.Petrus caput Imperii militantis Ecclesiæ.

Præterea: Vniuersalis Ecclesia non potest errare siue deficere: Errante uero siue deficiente capite eiusdem ipsa Ecclesia uniuersalis erraret: Non igitur asseuerandum uidetur B. Petrum: qui defecit in Fide fuisse caput imperii militantis Ecclesiæ.

In oppositum est quod dicitur Io.primo Tu uocaberis cephas: quod interpretatur caput Vbi glosa interlinearis Bedæ inquit Intuitus autem Petri Christus uidit cordis simplicitatem: animi sublimitatem cuius merito cunctæ esset preferendus Ecclesiæ.

Respondendum: huic quæstioni primo duabus conclusionibus respondendum est: secundo: inducendus est uoluntarius ac uiolentus intellectus primæ conclusionis nonullorum. Tertio satis rationibus eorum faciendo roborabitur determinata ueritas.

CIRCA PRIMVM Sciendum est quod præterea quæ disputauimus in primo libro de capite Christo Imperii militantis Ecclesiæ sicut Christum probauimus esse principale fundamentum huius imperii: & Petrum secundarium fundamentum asseremus: pariter de capite dicendum est. Sit itaque prima conclusio B.Petrus fuit ʃtitutus a Christo caput imperii uniuersalis Ecclesiæ militantis. Cum.n. rector & pastor populi caput dicatur iuxta illud Amos quinto: Optimates capita populorum. Vnde etiam Dominus per Samuelem ait ad Saulem: Cum esses paruulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es: fuerit quoque B.Petrus institutus summus pastor Ecclesiæ uniuersalis, utsupra probatum est: Igitur & caput hanc quoque conclusionem astruit ueram esse Auctoritas sanctorum doctorum Ecclesiæ: nam B.Hieronymus in libro de obitu sanctorum noui testamenti ait: Petrus in Christo Ecclesiæ firmamentum: Cephas corporis Christi princeps & caput est. Chrisostomus super illud Io.xxi. Symon Ioannis pasce oues meas dicit: Præteriens autem eos Petro loquitur: Eximius.n. Apostolorum erat Petrus: os discipulorum & uertex totius Collegii. Idem B.Augustinus in libro quæstionum noui & ueteris testamenti ait: Saluator cum pro se & Petro dari iubet didragma pro omnibus soluisse uidetur: quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterii ita & post Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit caput eorum ut pastor esset gregis dominici. Itidem quoque B.Augustinus in quodam sermone de passione domini loquens de remissione facta Petro propter peccatum negationis dicit: Totius corporis morbum in ipso capite curat: & in ipso uertice componit membrorum omnium sanitatem. Ea propter Ecclesia Romana uocat uniuersalis ecclesiæ caput. In capitulo. Nō decet di.xxii. Et Iustinianus Imperator in.l.inter claras C. de sūma trini. Papam quia successor B.Petri caput uocat omnium Ecclesiarum. Præfata cōfirmantur in capitulo Sacrosancta di.xxii. Et in capitulo Rogamus.xxiiii.q.prima.

Secunda conclusio est: B.Petrus dicitur caput imperii uniuersalis Ecclesiæ militantis secundum similitudinem iuxta quattuor reperta in capite humano: nam teste etiam B. Thoma in.iii.p.q.viii.ar.primo. Quattuor in capite humano reperiuntur: Primum est conformitas naturæ cum aliis membris: secundum ordo: Nam primum est corporis membrum: tertium perfectio: In eo.n.omnes sensus uiget. Vltimum est influxus Reliqua namque membra a capite mouentur: gubernanturque in suis actibus. hæ quidem conditiones secundum similitudinem in B.Petro respectu totius Ecclesiæ uniuersalis conueniunt: namque in natura cum cæteris conuenit hominibus. primus Aposto

lorum enumeratione: ut legitur Math.x.in
quo solo resedit totus plenitudo auctorita⸗
tis aliis uocatis in partem: ut in capitulo decre
to: & in capitulo qui se scit.xi.q.vi. A qua ple
nitudine deriuata est potestas iurisdictionis in
ceteros. Hinc Leo Papa in capitulo ita domi
nus di.xix.ait: Huius muneris sacramentum
ita Dominus ad omnium Apostolorum offi
cium pertinere uoluit: ut in beatissimo Petro
Apostolorum omnium sūmo principaliter
collocaret: ut ab ipso quasi quodam capite
dona sua uelut in corpus omne diffunderet.
Hec ille. Quamobrem rationabiliter Ioānes
Papa.xxii.in extrauaganti quæ incipit Licet
secundum Apostolum: Marsilium de Padua
& Ioannem de Iamduno tāq̃ hereticos con
dēnauit: qui inter cæteros errores dogmatiza
bant q̃ non plus auctoritatis habuit B. Petrus
q̃ cæteri Apostoli. In Concilio quoq̃ Consta
tiensi Martinus quintus condēnauit errores
Ioannis Huius cum auctore ipso: quorum
inter alios iste est unus. f. septimus in ordine:
q̃ Petrus nec est: nec fuit caput Ecclesiæ san
ctæ catholicæ.

¶ CIRCA SECVNDVM aduertendū q̃
nōnulli exponunt primam conclusionem di
stinguentes de Ecclesia uniuersali. Aiunt.n.
Ecclesiam uniuersalem accipi dupliciter: aut
collectiue aut diuisiue. Collectiue quidem: si
cut est Cōcilium generale cuius unicum est
caput. f. Christus: non autem Petrus aut suc⸗
cessor eius. Diuisiue uero idest particularium
ecclesiarum & sigilatim acceptarum bene
Petrus caput fuit & est in suo successore pon
tifice Romano: Ideo non est dicendum Pe
trum esse caput uniuersalis Ecclesiæ: sed cæte
rarum ecclesiarum: ueluti in capitulo Quam
uis di.xxi.a Gelasio Papa habetur. Quamuis
inquit uniuersæ per orbem catholicæ Eccle
siæ unus thalamus Christi sit: tamen Roma
na Ecclesia catholica & apostolica cæteris ec
clesiis prælata est. Ecce inquiunt cæteris dicit
& non uniuersali Ecclesiæ prælata est.

¶ CIRCA TERTIVM Considerandum
præfata doctrinam sanam minime sapere: Ec
clesia.n.uniuersalis ex particularibus consti⸗
tuitur: si igitur nulla ab eius fugit auctoritate
prorsus omnis Ecclesiæ caput erit Petrus.
¶ Præterea aut Ecclesia illa uniuersalis ace⸗
phala est: aut caput est eidem per Christum re
lictum: non est autem asserenda acephala
cum de Christo dicatur: bene omnia fecit. Er
go illius caput est ille cui dixit. Tu uocaberis
Cephas Io. primo.
¶ Præterea: omnium ouium pastor & rector
fuit Petrus institutus a Christo ut supra pro⸗
batum fuit. Igitur (ut Ecclesia cantat: Deus
omnium fidelium pastor & rector famulum
tuū N. quē Ecclesiæ tuæ præesse uoluisti) nil
phibet ipsum esse caput uniuersalis Ecclīæ.
¶ Præterea secundum logicos signa distri⸗
butiua faciunt stare terminum super quem
cadunt collectiue si sequatur terminus nume
ralis: ut in hac propositione omnes Aposto⸗
li sunt duodecim: aut si sit terminus confun
dens confuse tantum imobiliter: neutrum ue
ro ibidem est. Remanet igitur libera distribu
tio & collectiue & diuisiue sumpte uniuersa⸗
lis Ecclesiæ caput dicendus est Petrus. Qua⸗
propter sequendi sunt patres Calcedonensis
Concilii: qui catholice sentientes Romanum
pontificem uniuersalem Episcopum excla⸗
mauerunt: hinc glo. Math.xvi. hanc ueritatē
astruit dicens: Ideo specialiter auctoritatem
ligandi soluendi Petro Christus concessit ut
ad unitatē nos inuitaret. Ideo enim eū princi
pem Apostolorum constituit ut Ecclesia unū
haberet principaliter Vicarium ad quem di⸗
uersa mēbra Ecclesiæ recurrerēt si forte inter
se dissentirent. Quod si diuersa capita essent
in Ecclesia unitatis uincula rumperentur. Itē
B. Augustinus super psalmo. lxix. ait: Deinde
quadragessimo. f. ascensionis die cōmendās
sancto Petro Ecclesiam idest uocatam uer⸗
sam a solis ortu usq̃ ad occasum: ne haberent
excusationem qui uolunt in scismate depe⸗
rire. Hæc Augustinus. Ecce ad unitatem uni
uersalis Ecclesiæ unicum caput requiri. Licet
uero in loco præ adducto non dicat B. Pe⸗
trum caput uniuersalis Ecclesiæ: alibi tamen
a sacris habetur doctoribus ut dictū est. Inde
B. Leo Papa in quadam epistola ad Palestin⸗
nos ait: Sollicitudini meæ quam uniuersali
Ecclesiæ omnibusq̃ eius filiis debeo. Quare
infirmitatis intellectus ascribenda est talis po
sitio si uersutiæ prauitas excusetur.
¶ Ad primum ergo dicendum est q̃ in ca⸗
pite secundum similitudinem dicto non in⸗
conuenit unius corporis esse duo capita: cen
rector ciuitatis ac Rex duo sunt simul capita:
Vel dicendum & melius q̃ ubi unū est pro⸗
pter aliud ibi tantum unum est. Caput uero
uniuersalis Ecclesiæ est propter Christum: ut
pote eius Vicarius & uices eius gerens: & per
sonam & potestatem & auctoritatem illius
repræsentans in terris.

¶ Ad secundum dicendum: q a B. Petro capite uniuersalis Ecclesiæ non influitur in corpus ecclesiæ motus Charitatis aut Fidei: sed auctoritatis & potestatis ac Regiminis: respectu cuius omnes sensus dignitatis ac superioritatis in capite Ecclesiæ uigent. Beatus uero Petrus cum in Fide defecit non erat Papa ut supra probatum est. Quod si fuisset: tamen adhuc auctoritas Sūmi pontificatus ab eodem minime fuisse separata posset dici: quia non fuit hereticus cum non obstinatus extiterit. Præsentia quoq Saluatoris multa suppleuit solo uerbo.

¶ Ad tertium dicendum est: q capite separato principali expirat totum corpus: non autem secundario. Ideo moriente Petro perseuerat Ecclesia: quoniam Christus qui caput est principale perdurat.

¶ Ad quartum dicendum est: q Ecclesia accipitur dupliciter: unomodo pro toto corpore una cum capite: aliomodo pro toto corpore condistincto capiti. Primo modo B. Petrus fuit de ecclesia uniuersali: non autem secundo modo: quoniam illius curæ cæteri omnes subiecti existunt.

¶ Ad quartum dicendum est: q errante capite principali erraret uniuersalis Ecclesia. est autem impossibile Christum errare. Quamuis autem caput secundarium deficere possit & in moribus & in fide: non tamen propter hoc sequitur Ecclesiam uniuersalem posse deficere: Christo fidem ac charitatem in illa conseruante. Fuit uero error unus inter cæteros Ioannis hus dicentis: q si Papa est malus non est caput imperii militantis Ecclesiæ: condemnatus in Cōcilio Constantiensi. Beatus quoq Thomas contra errores græcorum capitulo. lxyiiii: Similis est error dicentium Christi Vicarium Romanæ Ecclesiæ Pontificem non habere uniuersalis Ecclesiæ primatum errori dicentium Spiritum sanctum a filio non procedere. Ipse. n. Christus Dei filius suam Ecclesiam consecrat & sibi consignat Spiritu sancto quasi suo caractere & sigillo: ut ex suprapositis auctoritatibus manifeste habetur. Et similiter Christi Vicarius suo primatu & prouidentia uniuersalem Ecclesiam tāq fidelis minister Christo subiectam conseruat. Hæc. s. Thomas.

¶ Vtrum Beatus Petrus conuenienter potuerit appellari sponsus Imperii militantis Ecclesiæ.

Quæstio Secunda.



AD Secūdam quæstionem sic proceditur: Videt q Beatus Petrus conuenienter non potuerit appellari sponsus imperii militantis Ecclesiæ: Primo quidem: Qui habet sponsam sponsus est: Io. tertio Sed ecclesia iuncta est Christo sponsataq illi per fidem secundum illud Oseæ secundo sponsabo te mihi in fide. Igitur Christus & non Beatus Petrus dicendus est sponsus Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Si B. Petrus fuisset dicendus spōsus Ecclesiæ pariter & illius successor qui est Papa. Sed non uidetur dicendus Papa sponsus Ecclesiæ: Tum quia filios non generat sed Christus: unde non Petrini sed Christiani dicuntur. Tum quia B. Bernardus in libro de consideratione Papam uocat paranymphū & amicum sponsi: non sponsum. Igitur non conuenienter potuit appellari B. Petrus sponsus imperii militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Sponsa subiecta est sponso: nā Ad ephe. v. inquit Apostolus: Sicut Ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres uiris suis in omnibus. Sed imperium uniuersalis Ecclesiæ militantis non fuit subiectum B. Petro cū fuerit illius minister. Igitur non potuit conuenienter appellari sponsus Imperii militantis Ecclesiæ.

¶ In oppositum est: q Papa est uerus successor B. Petri: de quo habetur in capitulo Quoniam de imunitate eccle. li. vi. Nos iusticiam nostram & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere. Igitur B. Petrus pariter dici potuit sponsus imperii militantis Ecclesiæ.

¶ RESPONDEO dicendum: q Christus & Prælati Ecclesiæ ac uiri perfecti dicuntur attestantibus sacris doctoribus sponsi Ecclesiæ: sed diuersa ratione: Nam sponsus Ecclesiæ uniuersalis proprie Christus est: de quo dicitur Io. tertio. Qui habet sponsam sponsus est: Ipse enim de Ecclesia nomini suo filios generat. Alii autem dicuntur sponsi ecclesiæ quia cooperatores Christi. Cooperatur autē aliquis tāq minister institutus: sicut prælatus qui minister est Christi sponsi exterius cooperans ad generationem spiritualium filiorum quos quidem non sibi sed Christo generat.

Hi quidem ministri ut ait B.Thomas in tra/ctatu cōtra impugnantes relligionem: in tantum sponsi dicuntur inquantum uicem ueri sponsi obtinent. Et ideo Papa qui obti/net uicem ueri sponsi in tota Ecclesia uni/uersalis Ecclesiæ sponsus dicitur. Hæc.S.Thomas. Ideo in capitulo. Sicut alterius dicit B. Calixtus Papa Sponsa uxorq; Episcopi dicitur eius ecclesia. In cuius signū portat anulū. Inter episcopum uero & Ecclesiam initiatur fœdus coniugii ut ait Innocentius in capitulo: licet extra de transla.ne in electio/ne ratificatur in confirmatio: & in consecratione intelligitur consumatum.

¶ VERVM VT ait S.Thomas in tractatu præadducto: & si Episcopus suæ diocesis spō/sus sit & præsbyter suæ ecclesiæ. Vnde & diocesis sponsus Papa est & Episcopus: non ta/men propter hoc sequitur q͂ sint plures spō/si unius ecclesiæ: quia Sacerdos suo ministerio cooperatur Episcopo tāq; principali: & similiter Episcopi Papæ: & papa ipsi Christo. Vnde Christus & Papa & Episcopus & Sacerdos non computantur nisi unus sponsus Ecclesiæ. Quod autem Christus cōmunicet perfectis nomen sponsi habetur a glosa esa lxi. super illud: Dedit me quasi sponsum decoratum corona: & sponsam ornatam monili/bus suis. quæ ait: Christus Ecclesiæ sponsus sed tamen perfectos in Ecclesia eodem no/mine dignatur. secundum illud Apostoli primæ ad Cor.tertio Tanq; paruulis in Christo lac uobis potum dedi non escam. Ipse ergo sponsus Christus sponsos suos facit & sponsa tamen una est in capite & in membris Ecclesia. Hæc glosa. Ratione itaq; primariæ cooperationis & perfectionis excellentis potuit conuenienter B.Ptrus appellari sponsus Im/perii militantis Ecclesiæ. Et per hæc patet re/sponsio ad primum.

¶ Ad secundum ergo dicendum est: q͂ Papa ac plati Ecclesiæ generant filios Christo ministrando & cooperando operationibus ex/terioribus ut dictum est: Cum uero negatiue adducitur B.Bernardus: respondetur q; locus ab auctoritate negatiue nullius est roboris: Vbi uero doctor quispiā inueniretur dicens Papam non esse sponsum Ecclesiæ: pie in/terpretandus est proprie: ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum est: q͂ Imperium militantis Ecclesiæ subiectum fuit Petro pastori uniuersali ipso iure diuino: Ministerium ue/ro non opponitur semper prælationi: Mini/ster.n.aliquis est suffragādo qui superior erit omnifariam: nam de Christo dicitur Matth. xx. Nō ueni ministrari sed ministrare. Et hoc modo B.Petrus fuit minister Ecclesiæ. Ali/quis uero dicitur minister uices gerendo qui alterius uirtute operatur. hoc autem ministe/rium importat subiectionem: de quo intelli/gitur illud primæ ad Cor.iiii. Sic nos existi/met homo ut ministros Christi.

¶ Titulus Tertius de institutione suc/cessoris B. Petri Apostoli: qui est Romanus Pōtifex.




POST considerationem eorum quæ pertinet ad digni/tatem & auctoritatem B.Pe/tri Apostoli determinandum est de his quæ spectant ad il/lius successorem qui est Ro/manus Pontifex. Bifariam uero hæc doctrina secanda est: Primo.n.de Institutione ipsa eiusdem successoris Beati Petri agendum est: Secundo de illius auctoritate. Circa institutionem quæruntur tria.

¶ Primo: An sit necessarium in Imperio militantis Ecclesiæ esse aliquem qui uerus suc/cessor B.Petri Apostoli existat.

¶ Secundo: An Romanus Pontifex habeat auctoritatem suæ dignitatis a Christo imme/diate.

¶ Tertio: An Romanus pontifex conue/nienter creetur per electionem.

¶ Vtrum sit necessarium in Imperio militantis Ecclesiæ esse aliquem qui uerus successor B.Petri Apostoli exi/stat. Quæstio Prima.



AD primam quæstionem sic proceditur: Videtur q͂ non sit necessarium in Im/perio militantis Ec/clesiæ esse aliquem qui uerus successor B.Petri Apostoli existat: Primo quidem: Damnatur pluralitas principatuum ubi uni/

tus princeps est sufficiens: Sed Christus princeps est Ecclesiæ perpetuus: in quo oia. & p quẽ oia. Igit sufficiet ipse: & p ɔsequens quilibet alius princeps necessarius minime est.

¶ Prætereà: Si necesse esset existere aliquem successorem Beati Petri hoc esset aut ratione finis assequendi: aut Ecclesiæ melius gubernandæ: non ratione finis assequendi: quia etiam ante Beatum Petrum multi saluabantur: non etiam ratione potioris gubernationis: quia Spiritu sancto totum corpus Ecclesiæ regitur ut cantat Ecclesia: ergo non est necesse in Imperio militantis ecclesiæ esse aliquem qui uerus successor Beati Petri Apostoli existat.

¶ Prætereà: Si necesse esset ĩ Imperio militantis Ecclesiæ aliquis successor Beati Petri debuisset fieri auctoritate diuina: sed hoc nullibi legitur. Igitur non est necesse successorem esse quempiam B. Petri Apostoli.

¶ In oppositum est quod habetur in psalmo. xliiii. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Vbi glo. dicit: post Apostolos: pro Apostolis Episcopos & alios quos Ecclesia genuit in sede patrum constituit.

¶ Respondeo dicendũ: his suppositis quæ in primo libro disputata fuere de ordine Imperii militantis Ecclesiæ tria pro clariori explanatione præsentis quæstionis dicenda sunt: Primo nanq; respõdebitur quæstioni affirmatiue directe: Secundo probabitur: Successorem hunc esse Romanum põtificem: Tertio ꝙ Romanus pontifex parimodo Vicarius Christi in terris existat: sicut etiam fuit B. Petrus Apostolus.

¶ CIRCA PRIMVM considerandũ necessitatem consequi causarum genera: Ideo alia est necessitas quæ est ex fine: alia quæ ex materia aut forma: alia q̃ ab afficiente dependet: ceu tradit philosophus quinto metaphysicæ capite de necessario. Si itaq; animaduertatur causa efficiens Imperii militantis Ecclesiæ quæ est Deus gubernans hæc inferiora mediis causis secundis: & Imperium Ecclesiæ militantis in Fide & Spe ac Charitate uult ad supernam Hierusalem tendere: fatebitur utiq; necesse esse ut sit successor quispiam B. Petri Apostoli usq; ad diem iudicii. Hinc B. Thomas quarto contra gentiles capitulo. lxxvi. hanc necessitatem explicans ait: Nulli dubium esse debet quin Ecclesiæ regimen sit optime ordinatum: utpote per eum dispositum per quem reges regnãt & legum conditores iusta decernunt. Optimum autẽ regimen multitudinis est ut regatur per unũ. Quod patet ex fine regiminis qui est pax. Pax enim & unitas subditorum est finis regentis. Vnitatis autem causa congruentior est unus q̃ multi. Manifestum est igitur: regimen Ecclesiæ sic esse dispositum ut unus toti Ecclesiæ præsit.

¶ Secunda necessitas sumitur ex parte finis. Extrinsecus quidem Ecclesiæ finis est ut homines utriusq; sexus per Ecclesiam uitæ æternæ sint participes: iuxta illud Ioannis: ego ueni ut uitam habeant: & abundantius habeant. hoc autẽ bene fieri nequit nisi sit unus summus sicut fuit Beatus Petrus: cuius arbitrio moueatur totum corpus Ecclesiæ quãtum ad institutionem ministrorum imediatam uel mediatam. Non. n. minor est dilectio Christi erga Ecclesiam post tempus Beati Petri q̃ fuerit tempore eiusdem. Ideo institutus pontifex fuit cum ei dixit: Pasce oues meas ut supradictum fuit. Finis uero intrinsecus imperii militantis Ecclesiæ est unio de qua paulo antea dicebamus auctoritate diui Thomæ ꝙ unum caput requirit.

¶ Tertia necessitas sumitur a materia: quæ in imperio militantis Ecclesiæ est populus omnis Christianus usq; ad diem iudicii natus ac nasciturus. Exigit nanq; eundem ordinem in illius gubernatione: cum uno eodemq; modo ad unum eundemq; finem ordinetur. Debet igitur omnis populus per uarios temporum decursus qui Beatum Petrum non habet: diuina institutione uerum eius habere successorem. Hinc Beatus Thomas ubi supra ait: Manifestum est ꝙ Christus Ecclesiam sic instituit ut esset usq; in seculum duratura secundum illud Esaie nono: Super solium Dauid & super regnum eius sedebit ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iusticia a modo & usq; in sempiternum. Igitur ita illos qui tunc erant ministerio constituit ut eorum potestas deriuaretur ad posteros pro utilitate Ecclesiæ usq; ad finem sæculi: præsertim cum ipse dicat Matth. ultimo: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem sæculi. hæc. S. Thomas.

¶ Quarta necessitas sumitur a forma quæ intrinseca est ordo illius: extrinseca exemplar ad cuius similitudinem formata est. Si itaq; loquamur de ordine: manifestum est necessario talem ordinem exigere successorem Bea

ti Petri ut omnes in Fide conueniant Circa
uero ea:quæ sunt Fidei contingit quæstio-
nes moueri: per diuersitatem uero sententia-
rum diuideretur Ecclesia Oportet igitur suc-
cessorē esse Beati Petri cuius auctoritate cre-
denda explicentur:hereses euellant:ac scisma
ta tollantur. Ab Ecclesia uero triumphante
exemplatum est imperium militantis Eccle-
siæ: in qua (ut in primo libro probatū est)
unus sūmus Deus præsidet.

¶ Præfata confirmantur sanctorum attesta
tiōibus: Inter quos Chrisostomus super Mat
theum ait: Sicut Christus accepit a Patre ut
esset Dux & sceptrum gentium:ex Israel egre
diens super omnem principatum & potesta-
tem & super quoscunq;:ut ei genua curuen
tur: sic & Petro & eius successoribus cōmis-
sit. Itidem extra de renunciat.capitulo Quā
to dicit Innocentius: Potestatem transferen-
di pōtifices ita sibi retinuit Deus & Magister:
q; eam soli Petro Vicario suo:& per ipsum
successoribus suis præbuit & concessit. Cæte
re auctoritates tum in superioribus adducte
sunt:tum in inferioribus inducentur.

¶ CIRCA SECVNDVM.

¶ Aduertendum primo:q; quidam ut refert
Okam in suo dialogo:asserere non erubue
runt Beatum Petrum nunq̄ fuisse Episcopū
Romanum: quia illum fuisse Romæ in diui
nis litteris minime reperitur. Et quia hic error
tollit maximum fundamentum conclusiōis
probādæ:ideo elidendus est in semine. Scien
dum itaq; esse de necessitate salutis credere
Beatum Petrum fuisse Romæ ac Romanū
Episcopum: Tum quia hoc habetur in sacra
scriptura: nam ipse Beatus Petrus i fine quin
ti capituli primæ suæ canonicæ ait: Salutat
nos ecclesia quæ est in Babylone:per Babilo
nem figuraliter Romam significans propter
cultum Idolatriæ:ut ibidem dicit glo.Bedæ.
Idem testatur Beatus Hieronymus in libro
de illustribus uiris: Tum quia sancti Docto-
res uniformiter hoc tenent. Et primo Euse-
bius in ecclesiastica hystorica capitulo. xiii.
Item Beatus Ambrosius in epistola contra
Auxentium de Basilicis tradendis. Idem pari
ter cōfirmat B.Ambrosius in capitulo Beati.
ii.q.vii. Tū quia canones hoc testantur:ut patet
in capitulo Rogamus.xxiiii.q.prima & capi
tulo Constantinus di.xcvi. Et in capitulo Per
Venerabilem extra qui fint fi.legit. Et in capi
tulo fundamenta de elec.in.vi. Tum quia uni
uersalis Ecclesia hoc approbat in celebratio
ne festi Apostolorum Petri & Pauli ac mul-
tis aliis:ut patet. Fuit igit̄ Beatiss.mus Petrus
primus Romanus Eps.nec refert q̄ fuerit il-
lius ecclesia cathedralis ac primaria:nō enim
primitiua Ecclesia formaliter eūde ordinē ha
bebat sicut in p̄sentiarū habet ex cōstitutione
Romanorū Pontificum. Ponit̄ itaq; hec con
clusio: Solus Romanus pontifex uerus & in
dubitatus successor est B.Petri in apostolatu
& ordine ac dignitate amplissima Sūmi pōti
ficatus.probat̄. Q uicūq; legitime i sede alicu
ius ꝯstituit̄ in qua is moriēs legitime sedebat:
uerus est illius successor. Sed B.Petrus moriēs
solū Romæ sedebat in sede ep̄atus Romani
ac Sūmi pontificatus: Igit̄ Solus Romanus
pontifex illius est uerus successor. Q uātus.n.
primo Antiochiæ sederit:tamen postea eam
reliquit B.Ignatio discipulo B.Iōānis Euange
listæ:& Romā ueniens illic sedē Sūmi pon-
tificatus instituit. Inde B.Marcellus Papa &
Martyr In capitulo. Rogamus.xxiiii.q.prima
dicit: Licet prima sedes Petri fuerit apud An
tiochiam:posterius iubente Domino Romā
trāslata est. Itidem B.Augustinus in capitulo
quodcūq; ibidē ait: Quādo Petrus claues ac
cepit Ecclesiam sanctam significauit:quia.s.
non tantū pro se:sed ēt pro omnibus succes-
soribus usq; ad finē sæculi quo duratura est
Ecclesia. Item in capitulo quoniā uetus inqt
B.Hieronymus scribens ad Damasum Papā:
Cum successore piscatoris loquor: Ignatius
quoq; Constantinopolitanus Patriarcha in
illa Epistola sua ad Adrianū Papam q̄ lecta &
recepta fuit in octaua synodo uniuersali ait:
Solus & ex toto orbe magister oīum Deus di
cit B.Petro magno & sūmo Apostolorum:
Tu es Petrus:& super hanc Petram ædifica-
bo Ecclesiam meā &c. Tales enim beatas uo
ces nō secundū quandā utiq; sortem Aposto
rum principi Petro solum circūscripsit & dif
finiuit:sed per eum & ad omnes qui post il-
lum secundum ipsum efficiendi erant sūmi
pastores & diuinissimi sacriq; pontifices senio
ris Romæ transmittit. Canon uero Concilii
Calcedonensis ita loquitur: Si quis episco-
pus prædicatur infamis liberam habeat po-
testatem appellandi ad beatissimum Episco-
pum antiquæ Romæ: quem habemus Pe-
trum Petram refugii: & ipsi libera potestate
loco Dei sit ius discernendi Episcopi infa-
miam secūdū claues a Deo sibi datas. Patres
quoq; in Synodo Cōstantinopolitana dixe
re: Veneramur secundū scripturas & canonū

diffinitiones: sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum primum esse & maximum Episcoporum. Antiquam uocant ad differentiam Constantinopolis: quam Constantinus nouam Romam appellari uoluit. Hanc eandem conclusionem confirmant canones in capitulo Solitæ extra de maio. & obe. & in capitulo pro humani extra de homicidio libro. sexto ex quibus omnibus sequitur: Romanam ecclesiam primã & caput omnium esse ecclesiarum: ut in capitulo dudum. ii. q. vi. & in capitulo Sacrosancta di. xxii. Quam magis magisq; Beatissimus Paulus Apostolus decorauit triumpho sui martyrii: ac præsentia sui. Quæ uero ecclesiarum sit cathedralis in Romana urbe: dicendum q Lateranensis in honorem Saluatoris ac B. Ioannis Baptistæ ædificata a Constantino Imperatore: ut habetur in capitulo Futuram. xii. q. prima & id ibidem expresse dicit Vgo expositor. Eadem sententia est Petri Rauẽnatis in sermone de B. Ioanne Baptista. Hæc eadem approbant ea quæ fiunt in consecratione Summi pontificis cum Romæ consecratur ac coronatur. Quamobrem in Concilio Constantiensi condemnatus fuit error dicentium nõ esse de necessitate salutis Romanam Ecclesiam credere supremam inter ecclesias.

¶ CIRCA TERTIVM: Ex præmissis quoq; patet Romanum Pontificem legiptime electum esse Christi Vicarium & locum eius in terris tenere. Inde Doctor Grecus super illo Lucæ. xxii. Facta est contentio quis eorum uideretur esse maior: Ex hoc inquit cõtentionem istam habuisse motiuum: quia decebat aliquem eorũ cum Dominus ab hominibus migraret fieri aliorum principem quasi uicem gerentem Domini. Qui autem locum alterius aut uices gerit Vicarius illius est: ut in capitulo Si pro debilitate. Extra de officio delega. Idem habetur in capitulo pro humani. extra de homicidio libro sexto. Et ibidem de elec. capitulo Vbi periculum maius. Hinc idem ostenditur esse consistorium Christi & Papæ: ut dicit Glosa Origines super illud Matth. xvi. Quodcunq; ligaueris. Verum licet omnes Apostoli Christi fuerint Vicarii ueluti cantat ecclesia in præfatione Apostolorũ: & per consequens omnes episcopi qui Apostolorum sunt successores dicantur Christi Vicarii: Papa tamen principalis est Vicarius super omnes unus princeps constitutus gratia unitatis seruandæ in Imperio uniuersalis Ecclesiæ militantis. Inde inter errores Ioannis Vicleff. condemnatos in Concilio Constantiensi enumeratur unus: q. s. Papa non sit imediatus & proximus Christi Vicarius.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q pluralitas principatum adinuicem cõndistinctorum ac omnino diuisorum damnatur: quia omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: non autem eorum quæ sub uno rege multiplicantur propter ordinem regni seruandum: aut utilitatem populorum facilius procurandam. Vbi enim unum propter alterum: ibi tantum modo unum esse dicitur. Christus igitur unicus Rex est perpetuus: qui uniuersum mediis causis secundis moderatur: quiq; Beatum Petrum esse Vicarium suum ac eius successorem uoluit in terris: ut suo regimine & sibi ac cæteris more humano ad æternam fælicitatem capescendam: uiam faciliorem præpararet.

¶ Ad secundũ dicẽdũ est: q ratione utraq; inducta institutus est successor Beati Petri in iperio militantis Ecclesiæ ad regnum æternum facilius acquirendum a fidelibus. Spiritus autem sanctus totum corpus Ecclesiæ regit interius influendo: successor uero Beati Petri exterius mouendo ut dictum est.

¶ Ad tertium patet responsio per ea quæ dicta sunt: ampliusq; in sequentibus explanabitur.

¶ Vtrum Romanus Pontifex habeat auctoritatem suæ dignitatis imediate a Christo.

Quæstio Secunda.





AD secundam quæstionem sic proceditur: Videtur q Romanus Pontifex non habeat auctoritatem suæ dignitatis immediate a Christo: Primo quidem Beatus Petrus ordinatione Apostolorum principatum & per consequens auctoritatem habuit inter omnes Apostolos: ut habetur in capitulo in nouo di. xxi. & in capitulo dudũ. iii. q. vi. Igitur etiam Romanus Pontifex non uidetur habere auctoritatem suæ dignitatis

imediate a Christo.

¶ Praeterea. Si Romanus pontifex haberet imediate auctoritatem a Christo: sequeretur φ non deberet nominari Vicarius B.Petri: & posset facere quaecunq; potuit B.Petrus: sicut transferre sedem de Antiochia Romam: sed Papa nõ potest transferre sedem in alium locum ut cõmuniter tenetur & dicitur Vicarius B.Petri: ut i capitulo. Ego Ludouicus di.lxiii.

¶ Praeterea: A conciliis generalibus habet Sũmus pontifex imediate auctoritatem. Igitur non a Christo imediate. Antecedens probatur per Capitulum Concilia di.xvii. ubi habetur. Sciens quia eius.f. Simachi sedi primi B.Petri Apostoli meritum: deinde secuta iussione Domini conciliorum uenerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem.

¶ Praeterea Constantinus dedisse uidetur auctoritatem Sũmo pontifici: ut in capitulo Cõstantinus di.xcvi. Igitur non a Christo imediate habet Papa auctoritatem.

¶ Praeterea: Cardinales sua electione papam instituunt: cuius etiam auctoritatem nõnunquam restringunt. Ergo auctoritas Sũmi pontificis imediate est a Cardinalibus. Consequentia tenet: ppter ueritatem illius maximae. Quicquid est causa causae est causa causati.

¶ Praeterea: Ab eo imediate uidetur esse auctoritas Sũmi pontificis a quo est modus eligendi pontificem: auctoritas renunciandi papatui atq; omne exercitium potestatis pontificiae: Sed ab Ecclesia ista omnia fuere instituta: nam in capitulo, licet extra de electione. ordinatur: φ quicunq; se pro Pontifice gereret: nisi a duabus pãtibus electus: esset excõmunicatus. Papa quoq; potest deponi eadem institutione: Capitulo. Si papa di.xl. potest quoq; ex determinatione Ecclesiae renũciare papatui de Renũ. libro sexto capitulo primo. Igitur ab Ecclesia uidetur dependere auctoritas Sũmi pontificis: & a Christo imediate.

¶ In oppositum est quod ait Cyrillus in libro. Thesaurorum: Sicut Christus accepit a Patre Ducatum & sceptrum Ecclesiae gẽtium ex israel egrediens super omnem principatum & potestatem & super quoscunq; ut ei genua cuncta curuentur: sic & Petro & eius successoribus plenissime cõmisit.

¶ Respondeo dicendumq; circa Sũmi põtificis auctoritatem tria considerare possumus: scilicet institutionem: modum adipiscẽdi: atq; illius adeptae auctoritatis exercitium.

¶ QVANTVM AD primum fuere circa illud diuersi modi dicendi: nam quidam ordinatione apostolorum: quidam a Beato Petro: nõnulli a Generalibus conciliis: aliqui ab Imperatore Constantino: caeteri a Cardinalibus aut ab uniuersali Ecclesia habuisse immediate Sũmum pontificem auctoritatem affirmarunt: Quorum rationes ordinate in principio quaestionis arguendo posuimus. Sed haec aduersantur sanae doctrinae catholicae: nam in capitulo omnes di.xxi. dicit B. Anacletus Papa: Sacrosancta Romana Ecclesia non ab Apostolis sed ab ipso Domino & Saluatore nostro primatum obtinuit: sicut B.Petro dixit: Tu es Petrus. In capitulo uero Quamuis: eadem distinctione dicit B. Papa Pelagius: Sancta Romana Ecclesia catholica & Apostolica nullis synodicis statutis caeteris ecclesiis praelata est: sed euangelica uoce Domini Saluatoris nostri primatum obtinuit. Marsilii quoq; de Padua error in extrauaganti Io.xxii. & Ioannes Huss in Cõcilio Constantiensi cõdẽnatus fuit: affirmẽs φ Papalis dignitas a Caesare inoleuit: & Papae praefectio & institutio a Caesare emanauit. Cardinales uero aut Ecclesia uniuersalis qd non habent dare alicui nequeunt.

¶ CVM VERO potestas Papae sit diuina ab eis esse imediate nullo modo est asserendum: sed a Christo: quod quidem sequentibus rationibus etiam probatur: Tum quia ut ait B.Thomas quarto contra gen. capitulo.lxxvi. Manifestum est φ Christus Ecclesiae suae in necessariis non defecit quam dilexit: & pro ea sanguinem suum fudit: cũ & de Synagoga dicatur per Dominũ. Quid ultra debui facere uineae meae & non feci? Esaiae quinto. Non est igitur dubitandum quin ex ordinatione Christi unus toti Ecclesiae praesit. hec.f. Thomas. Tum quia Papa uices illius gerit cuius etiam gessit B.Petrus. Igitur sicut B.Petrus imediate a Christo habuit auctoritatem suae dignitatis: etiam Papa. Tũ quia prinius in aliquo ordine debet imediatae dependere ab institutore illius ordinis: Papa autem simpliciter primus est in Imperio militantis Ecclesiae a Christo instituto. Hinc Nicolaus Papa scribens Mediolanensibus in capitulo omnes di. xxii. ait: Romanam ecclesiam solus ipse fundauit .f. Christus: & supra petram Fidei mox nascentis erexit: qui Beato Petro aeternae uitae

clanigero terreni simul & cælestis Imperii iura cõmisit. Non ergo quælibet terrena substantia: sed illud uerbum quo constitutum est cælum & terra: per quod deniq; omnia cõdita sunt elementa: Romanam fundauit Ecclesiam. Hæc ille. Idem habetur in capitulo Sacrosancta eadem di. & in capitulo in nouo & in capitulo quamuis. di. xxi.

¶ EX HIS PATET auctoritatem Sũmi põtificis a nullo restringi posse nisi a solo Christo. Inde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem scribens ait: priuilegia Apostolicæ sedis nullatenus possunt minui: nullatenus infringi: nullatenus cõmutari. Quoniam fundamentum quod Deus posuit humanus nõ ualet amouere conatus. Et ꝙ Dominus statuit firmum ualidumq; consistit. illeq; potissimũ peccat qui Dei ordinationi resistere tentat. Priuilegia inq; huius sedis perpetua sunt: diuinitus radicata atq; plantata: impingi possunt: transferri non possunt. trahi possunt; euelli non possunt. Hæc ille. Neq; dicendum ut nõnulli: asserentes auctoritatem quidem Pape in se a nemine posse restringi: exercitiũ uero siue exequutionem posse moderari per Concilii patres aut dominos Cardinales. Sed hec uera minime sunt. Nam talis est actus qualis & potentia. Ideo si Pape plenitudo potestatis est etiam actus exercitiis secũdum amplitudinem illius potestatis ueri sunt & ligant: quia ab auctoritate habẽte uim ligandi proueniũt. His sic se habentibus potest Papa polliceri patribus concilii se non talia acturum quæ potest iure suæ potestatis: & tunc restricta dicitur potestas Papæ per ipsius uoluntatẽ. Quod si talia exerceret: fidei fractor foret reusq; criminis: actus uero exercitus suam uim haberet. Exempli gratia: Sũmus pontifex spondet se iuramento prestito: non daturum indulgentiam plenariam tali ecclesiæ: quam iuramenti uiolator deinde concedit. Proculdubio uera est indulgentia: quãuis crimini ascribendum sit pontifici ꝙ eam concesserit: nisi non seruandæ promissionis cogens emerserit ratio.

¶ QVANTVM AD secundum dicendũ; ꝙ adeptio Sũmi pontificatus per symoniam aut minas non est a Christo nisi permittente: quãuis uere diuinam habeant illi auctoritatẽ cæteris pontificibus datam a Christo in quorum persona dicitur per prophetam: In fortitudine nostra sumpsimus nobis cornua. Similiter quantum ad exercitium: non n. utentis apostolica auctoritate non ad uindictam malefactorum laudem uero bonorũ a Deo tale est exercitium: sed ab hominum malicia: de quibus ait Propheta: Regnauerunt non ex me: & principes astiterunt & non cognoui eos. Inde Gregorius exponens illud Iob. xxxiiii. Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi ait: Potentiam principatus & potestatem Deus tribuit: elationẽ uero potentiæ malitia nostra inuenit. Et subdit: Tumoris nãq; elatio non ordo potestatis in crimine est.

¶ Ad primum ergo dicendum est ꝙ duplex est ordinatio: instituens. s. & antecedens quæ per Christum effecta est alia est consentiens & consequens: qua Apostoli consenserunt in acceptatione Petri instituti capitis: quamuis prius aliquomodo sibi graue uideretur iuxta illud Lucæ. xxii. Facta est contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior. Inde B. Anacletus in capitulo Sacrosancta di. xxii. ait: Inter apostolos quædam fuit discretio potestatis; Deinde Licet oẽs essent Apostoli Petro tamen concessum est a Domino (& ipsi uoluerunt inter se idipsum) ut reliquis omnibus præesset Apostolis; & Cephas idest caput teneret apostolatus.

¶ Ad secundum dicendum; ꝙ proprie Papa non potest dici Vic. B. Petri; nam cum esset ipse Vicarius Christi non poterat alium facere Vicarium; Vt in capitulo Clericus extra de officio Vic. Improprie uero dicitur Vicarius idest successor; uel Vicarius idest Vicariam potestatem quam ipse Petrus gessit exercens: quod ad translationem sedis spectat. Respondetur B. Petrum transtulisse diuina inspiratione ac speciali Dei iussione sedem de Antiochia Romam: quod etiam posset quilibet alius Sũmus pontifex eiuscemodi mandato diuino singulari interueniente: alter non: ueluti dicit Petrus de Palude. Mandatum uero illud diuinum miraculis probandum esset.

¶ Ad tertium dicem est secundum glo. super capitulo Concilia: ꝙ Romana Ecclesia principaliter auctoritatem habuit a Christo: secundario uero a Conciliis. Secundario quidem non efficienter tradendo: sed declarando eam auctoritatem sibi traditam a Christo: quam declarationem ueneratione: uoce: canonum institutione: ac operibus comprobarunt. Vnde in Concilio Constantinopolitano ita scribitur: ut adducit s. Thomas in quarto di. xxiiii. Veneramur secundum scripturas

& canonum diffinitiones sanctissimi, antiq Romæ Episcoporum primum esse & maximu Episcoporum. Nicolaus quoq Papa scribes Michaeli Imperatori ait. Ista ergo priuilegia huic sanctæ Ecclesiæ a Christo sunt donata: A synodis non sunt donata: sed solummodo celebrata & ueneratæ per quæ nō tam honor q onus nobis incumbit.


¶ Ad quartum dicendum: Constantinum Romanum Imperium quod iure diuino competebat Sūmo pontifici: ubi id cognouit tradidit ut in adducto capitulo idem Constantinus confitetur.

¶ Ad quintum dicendum: q personam eligunt Cardinales siue subiectum quod est materiale in dignitate Sūmi pontificatus: electæ uero personæ confert auctoritatem Deus iuxta promissiones factas B. Petro: qui in se & in persona omnium futurorum pontificum eandem accipit a Deo auctoritatem. electa uero persona omnem habet plenitudinem potestatis iurisdictionis: ut in capitulo In nomine domini di. xxiii. licet non ordinis quousq consecretur. Quam potestatem nemo hominum restringere potest nisi ut supra dictum fuit. Formaliter igitur respondendo negatur consequentia: neq illa maxima prodest intentioni: quia Cardinales non efficiunt formale Sūmi pontificatus.

¶ Ad sextum dicendū: q licet Ecclesia possit aliquid statuere circa modum electionis Summi pontificis: non tamen potest electi potestatem restringere neq illam auctoritatem aliquo modo separare ab illo supposito: sed separatam esse declarare: sicut in renunciatione sit: ut in sequentibus declarabitur.

¶ Vtrum Romanus Pontifex conuenienter creetur per electionē.

Quæstio Tertia.



AD Tertiam quæstionem sic proceditur: Videtur q Romanus Pontifex inconuenienter creetur per electionem. Primo quidem: Maioris perfectionis est summus Sacerdos præsentis temporis q fuerit Sūmus Sacerdos ueteris legis: & q fuerit Zacharias: & Mathias qui non in summum Sacerdotem sed solum ad apostolatum post ascensionem Domini uocatus fuit. Sed summus sacerdos in ueteri lege fiebat sorte & diuina electione immediate. Nam Frondente uirga Aaron in summum sacerdotem electus est: ut scribitur Numeri. xvii. Et de Zacharia scribitur Lucæ primo q sorte exiit ut incensum poneret ingressus templum Domini. De Mathia uero scribitur Actuum primo: q cecidit sors super Mathiam & annumeratus ē cū undecim Apostolis. Igitur hoc modo uidetur creandus summus Pontifex & non per electionem.

¶ Præterea: B. Petrus elegit sibi Clementem in Sūmum pontificem: ut scribitur in capitulo si Petrus. viii. q. prima. Igitur exemplo Petri cæteri Sūmi pontifices creandi sunt: & non eligendi.

¶ Præterea: Numeri. xxvii. scribitur: Tolle Iosue filium Num & pone manum tuam super eum: ne sit populus Domini absq pastore. Ergo cum arbitrio & legibus institutis a Summo pontifice sit eligendus pontifex tali modo a Papa uiuente uidetur eligendus.

¶ Præterea: In electiōe Papæ multa cōmitti possunt quæ illam nullam efficiunt: nam di. lxxix. scribitur: Si quis pecunia uel gratia humana: aut populari uel militari tumultu: sine concordia & canonica electione Cardinalium sedis apostolicæ fuerit inthronizatus non apostolicus sed apostaticus habeatur. Igitur modus creandi Pontificem Romanum per electionem non uidetur conueniens.

¶ Præterea: Papa præest toti Ecclesiæ in temporalibus & spiritualibus: Ergo sicut eius electio debet fieri per Cardinales & clericos propter administrationem spiritualium: ita debet fieri per Imperatorem ac cæteros dominos temporales: saltem per Romanum populum cuius urbs caput mundi dicitur. Igitur electio quæ nostra tempestate per dominos Cardinales tantum non uidetur conueniens.

¶ Confirmatur per ea quæ habentur in capitulo Adrianus & in capitulo sequenti di. lxiii. ubi Carolo Imperatori concessum fuit ius & potestas eligendi Summum pontificem & ordinandi apostolicam sedem.

¶ In oppositum est consuetudo ac lex uniuersalis ecclesiæ mandans eligi Sūmum Pontificem saltem per concordiam duarum partium Cardinalium. Vnde in capitulo licet. extra de electione habetur: q si inter Cardinales plena concordia de substituendo Sūmum pontificē haberi nō potest: tunc duabus partibus cōcordantibus: si tertia pars concordare noluerit ille absq ulla exceptione ab uniuersali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur: q a duabus partibus receptus fuerit & electus.

¶ Respondeo: In hac quæstione primo probandæ sunt tres propositiones negatiuæ: dein de per quartam affirmatiuam respondendū est quæsito: tertio sunt consideranda nōnulla circa modum electionis.

¶ PRIMA PROPOSITIO est: Non debuit Summus pontifex sola electione diuina absq; hominibus eligi. probatur: Tum quia ad dignitatem Dei pertinet ut inferiora mediantibus inferioribus gubernet: Ideo dicit B. Augustinus q; homo per hominem liberatur: in Deum reducitur & ordinat. Tum quia pertinet ad dignitatem humanæ reipublicæ quæ Dei ministra est in sui capitis electione: iuxta illud Apostoli priæ ad Cor. quarto. Sic nos existimet homo ut ministros christi & dispensatores ministeriorum Dei. Tum quia hoc spectat ad spiritualem profectum ipsius electi summi pontificis: nam cum dicat B. Paulus ad hebr. quinto: Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum: ab hominibus quoq; electus suam naturam nō despiciet: & pro mēbris qui illum caput instituerunt maiori humilitate uigilabit diligens eos qui se dilexerunt.

¶ Secunda propositio: Non fuit cōueniens Summū Pontificē institui per successionem carnis. probat. Tum quia Sacerdotum hoc spirituale est ideo non carni sed uitæ meritо debetur. Inde Beatus Hieronimus in capitulo Moyses. viii. q. prima dicit: Moyses amicus Dei cui facie ad faciem loquutus est Dominus: potuit utiq; successores principatus filios suos facere & posteris propriam relinquere dignitatem: sed exterius ex alia tribu eligitur Iesus. scilicet Iosue: ut sciremus principatum in populum non deferendum esse sanguini sed uitæ. Tum quia periculosum fuisset talem principatum a quo humana ac diuina ad hominem spectantia incertæ personæ cōmittere: quod proculdubio esset si generi ac sanguini summus donaretur pōtificatus.

¶ TERTIA PROPOSITIO est: Non decuit futurum Sūmum pontificem creari per præsentis Sūmi pontificis solam electionem. Probatur: Consonum n. naturæ est ut multitudini præsit qui a multitudine quo quomodo eligitur: aut superioris ordinatione: aut prouisione. Ideo in capitulo in nomine domini di. xxiii. dicitur: Nulla ratio sinit ut illi inter Episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi: nec a plebibus expetiti. Christus quoq; de Petro solum Ecclesiæ suæ præuidit: consequens Ecclesiæ electionem futurorum relinquens: cui promiserat Spiritum sanctum paraclitum non defuturum qui eos docturus erat omnia: ac suggesturus omnia q̄ cūq; ad Ecclesiæ uniuersalis conseruationem facerent: quinimo pollicitus est Matth. ultimo. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem sæculi. hinc in capitulo Electionem di. lxxix. inquit Anacletus Papa: Electionem uero Sūmorum pontificum uel Sacerdotum sibi Dominus reseruauit: licet electionem eorum bonis Sacerdotibus & spiritualibus populis cōcessisset. Quapropter Petrus propter excellentiam sanctitatis Licet elegerit Clementem successorem: hoc tamen in facie Ecclesiæ consentientis & approbantis fecit: ut habetur ex præfato capitulo si Petrus. quod etiam confirmat: quoniam ad consensum cleri & populi eligendum erat antiquitus sic ut electio di. lxiii. c. quarto. & capitulo plures. hinc uidens B. Clemens ut ait glo. in dicto capitulo si Petrus: q; hoc esset perniciosum exemplum q; aliquis sibi eligeret successorem renūciauit papatui: & tunc electus fuit Linus: eo mortuo electus fuit Cletus: quo mortuo fuit Clemens electus. hæc glosa. idcirco sacris canonibus constitutum est ne quispiam officii sui sibi quærat successorem: ut habetur in capitulo Apostolica. viii. q. prima. In quo capitulo etiam nōnulla tanguntur de præfata institutione Clementis non trahenda in exemplum.

¶ QVARTA PROPOSITIO est: Sūmus pontifex conuenienter creatur per electionem. Quæ conclusio multipliciter persuadetur: Primo quidem propter Christi Maiestatem seruandam: Voluit n. Christus in Ecclesiæ suæ imperio esse diuersos ordines: quibus concessit ut proprios motus agendo uoluntatem Christi exerceant: quemadmodum & causæ naturales exercentes proprios motus exequuntur uoluntatem Dei. Vnde Augustinus. vii. de Ci. Dei ait: Deus sic administrat omnia quæ creauit: ut etiam ipsa proprios motus exercere & agere sinat. Quare Electores Papæ sunt cooperatores Dei. Vnde Apostolicæ admonitionis memores esse debent: qui primæ ad Cor. quarto inquit: Sic nos existimet homo ut ministros Christi: & dispensatores ministeriorum Dei.

¶ Præterea: lex Deitatis est ut inferiora p supe

riora gubernat: & quæ in imperio militantis Ecclesiæ aguntur ad hominum salutem[] et hoies exercet: q aut dignitate aut perfectio ne excellens sunt superiores. Vnde actuum.x. Angelus qui per se conuersionem operari poterat Cornelii Centurionis dixit ei: Mitte ui ros & accersiri facias Simonem quẽdam qui cognominatur Petrus: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

Adhuc: Confert is modus eligendi seruandæ ueneratione erga summum Pontificem ele/ctum: Nam ut scribiť primæ ad Thim.tertio Oportet pastorem testimonium bonum ha/bere ab his qui foris sunt. Super quo uerbo dicit Augustinus q non solum oportet Pasto rem habere testimonium a domesticis: uerũ etiam ab alienis: iudeis: gentilibus: & hereticis. ut qui detrahunt religioni saltim unæ eius de trahere non audeant. quod quidem summus Pontifex præcipue acquirit cum libera ele/ctione ab Ecclesia eligitur.

¶ Præterea: Modus electionis conuenit mo do dignitatis: est autem hoc sacerdotium uni uersale in quo non debet esse acceptio græci uel latini: serui aut liberi. quia oẽs sunt unum in Christo: ut scribitur ad galathas tertio Ea propter nullo habito respectu cuiusuis patriæ electores aptiorem eligere tenentur.

¶ CIRCA tertium prænotandum primo q secundum antiquam consuetudinem ac iura prima electio Romani Pontificis spectabat ad Romanam Ecclesiam: quæ erat congre/gatio omnium fidelium Romanorum: sicut etiam eligebantur cõiter Episcopi: ut in capi tulo Metropolitano: & in capitulo ego Ludo uicus.lxiii.di. Deinde Imperatoribus quibus dam Christianissimis concessa fuit potestas eligendi summum Pontificem pro defensione Fidei: & seruandæ pacis gratia. sicut patet in capitulo Adrianus.lxiii.di. & in capitulo se/quenti. Secundum uero moderna iura om/nes excluduntur exceptis Cardinalibus: qui assistunt summo Pontifici tãq unum corpus. Huius ratio habeť in capitulo Valentinianus lxiii.di. Cui cum dixisset synodus ut ipse de/cerneret quis dignus foret ut eligeretur respõ dit: super uos ẽ electio talis: qui diuina gratia potiti: & illius splendore fulgentes nullius po teritis eligere. Nec hoc est ascribendum leui/tati: quia uarietas temporum & noua & mores & iura mutare cogit. ut habetur Hester ultimo & extra de Consan. & affi. c. non debet.

¶ ANIMADVERTENDVM quoq: Car dinalium potestatem eligendi papam esse re strictam: nam si duæ partes non consenserint nulla est electio: si uero assenserint tertia parte etiam contradicente: ille electus ue/rus est summus Pontifex: ut habetur in ca/pitulo licet extra de electione. Nequeunt etiã hereticum publicum aut infidelem eligere: nisi abiuret heresi hereticus: & sanctam Fidem catholicam profiteatur: ac infidelis baptisma suscipit: ceu legitur de B. Ambrosio. Electio quoq; hæc debet celebrari eo modo & ordi ne: atq; forma quæ sibi imponunt seruanda canones nouissimi præcipue: in quibus tamẽ multa sunt de solẽnitate non de necessitate. Verum electio Papæ celebrata a nullo debet examinari nisi ab ipsis Cardinalibus. Exami natio.n. est ad superiorem spectans: Spiritua lis uero potestas maior est temporali. In gra/dibus uero auctoritatis spiritualis primus est Cardinalium: qui unum corpus esse censen tur cum supremo omnium summo Pontifice ut dictum est ubi casus infortunatissimus eue niret quo omnes Cardinales post Romani Pontificis obitum aut simul deficerent uni/uersalis foret ecclesia congreganda siue ge/nerale Concilium: cuius auctoritate deligere tur summus Pontifex: Tum propter scisma tol lendum: Tum ut dubia quæ oriri possunt in huiusmodi electione apud uarias mundi na tiones uniuersalis synodis approbatione tol lerentur. Neq; dubium tunc esse debet quin acta ab Ecclesia eo casu sint a Deo confirma ta: Domino promittente in eiuscemodi euen tibus: Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo ibi in medio eorum sum.

¶ Reor quoq; Concilii Generalis assentien/dum consilio ac sententia: an admitti debeant singulariter Canonici Romani: præcipue la/teranenses: ac cæteri uices gerẽtes titulorum Cardinalium in Romana urbe: quorũ esset episcopum Romanum eligere iuribus infistẽ do cõmunibus: Cuius rei gratia in totius Sy nodi exordio latius clariusq; disputandum foret: atq; imprimis apertissime determinan dum. Congregandæ autem præfatæ Synodi ministri quoq; esse debent Imperator ac Re ges: quoniam propter talia in Ecclesiæ mili/tantis imperio gladium portant. Circa eligen dum mãdant iura in capitulo in nomine do mini di.xxiii. ut eligať de ipsius Ecclesiæ gre/mio ydoneus si reperitur: uel si de ipsa nõ in uenit ex alia sumatur. An uero melior sit eli gendus an doctior an Theologus: an iurista

an Romanus:an externus:an corpore sanus: an uiciatus:determinatū nil respondere pos sumus:nisi ut aptior considerata temporum: qualitate eligatur. Aptior uero censendus est qui cōi bono reipublicæ Imperii militantis Ecclesiæ in ordine ad Christum magis profi cere posse speratur ea tempestate iudicio eli/ gentium. Hac de remulta dicit glosa in capi/ tulo in nomine domini præadducto.

¶ Demum intentio uidetur esse canonum ut electio Sūmi Pōtificis celerius perficiatur: Electoribus assidue Diuina suffragia implo/ rantibus:ac tota Ecclesia pces per singulas pe nē horas effundente. Scribitur.n. Paralippo. xx.Cum ignoramus qd per nos agere debea mus hoc solum est nobis refugii : ut oculos nostros dirigamus ad Deum.

¶ Ad primum ergo dicendum est:ꝙ nō est necesse in electione Sūmi Pontificis habere si gnum exterius supernaturale : quia sicut in Aaron ita ī Christo:imo amplius signa sup naturalia ueri sacerdotii apparuerunt. Quare nec ī successoribus Aaron talia uisa sunt In successoribus autem B.Petri aliquando pro pter ampliorē dignitatem. Ad id uero quod obiicitur de electione per sortem:respondēt Beda & S.Thomas secūda secūdæ.q.lxxxxv. ar.viii.ꝙ Mathias ante Penthecostem ordina tus sorte quæritur:quia.s.nondum erat pleni tudo Spiritus sancti in ecclesia effusa:Septem autem Diaconi postea non sorte sed electio ne discipulorum sunt ordinati. Figurabat.n. sors illa gratiam Spiritus sancti: Ad ephe.pri mo Sorte uocati sumus secundum proposi tum uoluntatis suæ.Figurato autem aduenie te cessare debet figura.

¶ Ad secundum patet responsio p ea quæ dicta sunt in probatione tertiæ conclusionis.

¶ Ad tertium dicendum Moysen id fecisse mandato Dei singulari. Inde B.Hieronymus: & habetur in capitulo Moyses.viii.q.prima ait : Moyses amicus Dei:cui facie ad faciem loquutus est Deus potuit utiq; successores principatus filios suos facere:& posteris pro/ priam relinquere dignitatem : Sed extraneus de aliena tribu eligitur Iesus:idest Iosue : ut sciremus principatum in populo non sangui ni deferendum esse sed uitæ.

¶ Ad quartum dicendum:ꝙ illa auctoritas intelligitur si Papa fuerit electus qui sit here/ ticus:aut contra uoluntatem duarum partiū Cardinalium. Neq; symonia aut quoduis cri men habet in tali casu rationē heresis proprie dictæ. Ideo prima.q.prima cum symonia appelletur nomine heresis largo modo nomē heresis ibidem intelligitur.

¶ Ad quintum & ad confirmationem patet responsio per ea quæ dicta sunt.

¶ Titulus Quartus de auctoritate Sum mi Pontificis in uniuersali.



DEINDE considerandū est de auctoritate Romani Pon tificis: & primo quidem in uniuersali:deinde in particu lari. Circa auctoritatem in uniuersali quæruntur duo/

¶ Primo:An auctoritas Ro mani Pontificis sit plenissima atq; uniuersalis potestas in imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Secundo:An potestas cæterorum prælatō rum imperii militantis ecclesiæ deriuetur ab auctoritate Papæ.

¶ Vtrum auctoritas Romani Pontificis sit plenissima atq; uniuersalis potestas in Imperio militantis Ecclesiæ. Quæstio Prima.



D Primam quæ/ stionem sic proce ditur:Videtur ꝙ au ctoritas Romani Pontificis non sit plenissima atq; uni uersalis potestas in imperio militantis Ecclesiæ. Primo q/ dem:Plenissima siue uniuersalis potestas soli Deo conuenit: Lucæ secundo Apud Deum non erit impossibile omne uerbum:igitur au ctoritas Romani Pontificis non uidetur uſis.

¶ Præterea : Plenissima potestas debet esse omnis actionis regula recta & indeflexibilis sed Papa potest errare:ut in capitulo Si Papa di.xl. Non ergo conueniens uidetur ut pote/ stas Papæ sit plenissima.

¶ Præterea : Sicut uetus sacerdotiū uocatur regale:ita & nouum quod in Papa est præsta tissimum : dicitur.n.exo.xix. sacerdotibus ꝙ sunt regnum sacerdotale. Item primæ Petri secundo dicitur : uos autem genus electum: gens sancta:regale sacerdotum. Sed sacerdo tium uetus erat subiectum regibus nō autem Reges sacerdotibus. Ergo et Sūmus Pontifex

uidetur subiectus Imperatori: & per consequens non est illius potestas uniuersalis.
¶ Praeterea: di.xlix.capitulo nullus habetur quod nullus Patriarcharum uniuersitatis uocabulo unquam utatur: & in capitulo sequenti B. Gregorius prohibet se uniuersalem uocari. Ergo Romani pontificis potestas non uidetur uniuersalis.
¶ In oppositum est quod dixit dominus Petro Matth.xvi. Tibi dabo claues regni caelorum: Et quodcunque ligaueris super terrã erit ligatum & in caelo. Quamobrem cantat Ecclesia de eodem B. Petro: Tibi traditu Deus omnia regna mundi.
¶ Respondeo: in huius quaestionis explanatione primo declarabitur quotuplex sit potestas uniuersalis: Secundo Conclusionibus satis quaesito faciemus: Tertio ex dictis manifestabitur impietas quorundam errorũ circa hanc materiam.
¶ EST ITAQVE primo aduertendum ex doctrina S. Thomae i quarto sen.di.xvii.q.iii. ar.primo. duplicem esse potestatem uniuersalem: Vna dicitur excellentiae: alia ministerii. In naturalibus n. potestas excellentiae est in solo Deo qui etiam naturae cursum mutare potest. Ministerii uero potestas uniuersalis est in corporibus caelestibus, loquendo quoque de imperio militantis Ecclesiae dicitur quod alia est excellentiae: quae potestas comparatur sicut opus creationis ad opus naturae. Hac n. potestate quae solius est Christi. Maximi instituta fuere: Fides ac sacramenta. Alia est potestas ministerii: qua fides dirigitur & sacramenta dispensantur: & haec potestas est ministrorum Ecclesiae: qui nec nouos articulos Fidei edere: nec editos remouere: nec noua sacramenta instituere: nec instituta remouere possunt. Huius potestatis plenitudo inquantum necessaria est ad regimen uniuersalis Ecclesiae ad salutem fidelium procurandam est in Sũmo pontifice Romano. Dicitur itaque uniuersalis non simpliciter: sed ad finem & secundum sufficientiam modorum acquirendi finem ad quem ordinatur: secundum similitudinem illius dicti Saluatoris Io. xvi. Cũ uenerit spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem. Omnem inquit non simpliciter: sed ad salutẽ necessariã & opportunã.
¶ SECVNDVM itaque praemissa sit prima Conclusio: Auctoritas Romani pontificis est plenissima atque uniuersalis potestas ministerii in imperio militantis Ecclesiae. Haec conclusio probatur primo sic: Accipiens potestatem super omnes indifferenter habet potestatẽ uniuersalem. Romanus pontifex ipsam accepit hoc modo indifferẽter an B. Petro: cui dixit Dominus illũ Papam instituens: pasce oues meas: pasce agnos meos. Pascere uero est eas nutrire ad finem uitae aeternae. Omnes ergo ad uitam aeternam ordinati sunt subiecti officio pastoratus B. Petri Apostoli.
¶ Praeterea: Potestas clauium concessa B. Petro fuit uniuersalis: Matth.xvi. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum in caelis: & quodcunque solueris erit solutum. Vbi glosa ait: Quemcunque indignum remissione iudicaueris dum uiuit apud Deum indignus iudicabitur. Igitur Romani pontificis potestas est uniuersalis.
¶ Roboratur praefata conclusio sanctorum doctorum attestatione: Verum quia longum esset omnes adducere doctores ac forte non necessarium quando exploratum sit Ambrosium: Augustinum: ac caeteros latinos doctores unanimiter hoc tenere: graecos adduco nonnullos: primus quidem est B. Cyrillus in libro Thesaurorum dicens: quod Christus Petro & eius successoribus potestatem plenissimae concessit. Ea auctoritas saepius a nobis in medium deducta est.
¶ Secundo Chrysostomus super actus Apostolorum inquit: Petrus a Filio super omne quod est Filii potestatem accepit: nõ ut Moyses in gente una: sed in uniuerso orbe.
¶ Tertio in capitulo suscipitis di.x. Gregorius Nazãzenus scribit Imperatoribus constantinopolitanis dicens: Lex Christi sacerdotali uos subiicit potestati: atque istis tribunalibus uos subdit.
¶ Confirmatur ab sanctis canonũ legibus nam in capitulo cum ex eo extra de pe. & remiss. Innocẽtius tertius praesidens in cõcilio generali dicit: Cum Romanus pontifex qui plenitudinem obtinet potestatis &c. Item in capitulo si duobus ut lite penden. in clemẽ. habetur: Ad Romani pontificis potestatem pertinet ecclesiarum: personarum: dignitatum: aliorumque beneficiorum plena & libera dispositio ex suae potestatis plenitudine.
¶ SECVNDA CONCLVSIO Solus Romanus põtifex in imperio militãtis Ecclesiae habet plenitudinem potestatis ministerii. Probatur primo rationibus: Tum quia solus caput ẽ Ecclesiae a Christo institutus Io. Primo: Tu uocaberis Cephas idest caput: Tu quia

in omni hierarchico ordine unus solus debet esse supremus hierarcha in quo solo residet plenitudo potestatis: ut docet B. Dionisius in tertio de ecclesiastica hier. Igitur cum Ecclesiæ imperium sit hierarchicum qui uniuersalem habet potestatem summus est asse. eiusdem hierarchiæ. Confirmatur per dicta in capitulo Nouissimæ ætate di. xi. ubi dicit: q Papa est princeps in quo totius Ecclesiæ Dominus posuit principatum. Tum quia ut probatum est in primo libro: imperium militantis Ecclesiæ est monarchicum: in quo solus primus habet plenitudinem potestatis.

¶ Huius conclusionis ueritatem testantur sancti doctores Ecclesiæ. Primo Cyrillus in libro Thesaurorum dicens: Nulli alii q Petro quod suum est plenum sed ipsi soli dedit.

¶ Secundo Chrisostomus super illud Matth. xvi. Tibi dabo. A Christo ait: Petrus & eius Ecclesia ad salutem omnium mittitur cum potestate omni super omnes: quod nulli hominum credimus esse concessum.

¶ Tertio Ambrosius: & habetur in. c. est aliud xxiiii. q. prima est aliud inquit piscandi genus: q solo genere solum Petrum piscari Dominus iubet dicens: Mitte hamum &c. Ubi glo. dicit: Per hamum intellige iurisdictionem qua Petrus præfuit aliis. Hoc genere piscandi solus Petrus piscatur: quia habet potestatem ligandi atq soluendi præ aliis.

¶ Quarto S. Thomas Aquinas in q pluribus locis hoc idem asserit: præsertim in quarto di. xix: ubi quærens an Episcopus possit dare indulgentias ait: Papa habet plenitudinem potestatis Pontificalis quasi Rex in regno: sed Episcopi in partem solicitudinis præpositi: propter quod etiam eos solos in litteris suis Fratres uocat: reliquos omnes uocat filios. Hec S. Thomas.

¶ Confirmant demum præfata pontificum sacra iura: In capitulo multum tertia. q. sexta Et in. c. decreto: & in capitulo. Qui se scire secunda. q. sexta.

¶ EX QVIBVS sequitur: q Romanus Pontifex est cæteris Patriarchis prælatus: & in omnibus quæ ad imperium militantis Ecclesiæ spectant habet prælationem. Inde S. Thomas in tractatu contra errores grecorum capitulo. lxvi. ait: legitur in gestis Concilii Calcedonensis q tota Synodus acclamauerit Leoni Papæ: Leo sanctissimus & ycomenicus idest uniuersalis Patriarcha uiuat per multos annos. Et Chrisostomus super Matheum: Filius quæ patris est: & ipsius filii potestatem uniuersalem concessit ubiq terrarum & hominum mortali omnium quæ in cælo sunt dedit auctoritatem: dando ei claues ad hoc ut esset Ecclesiam ubiq terrarum amplificet. Hec S. Thomas.

¶ VERVM QVAM sit impius error asserentium oppositum declarat idem S. Thomas ubi supra capitulo. lxi. i. dicens: Similis autem est error dicentium Christi Vicarium Romanæ Ecclesiæ pontificem non habere uniuersalis Ecclesiæ primatum errori dicentium Spiritum sanctum a Filio non procedere. Ipse enim Christus Dei filius suam Ecclesiam consecrat & sibi Spiritu sancto quasi ex suo charactere & sigillo: ut ex supradictis auctoritatibus manifeste habetur. Et similiter Christi Vicarius suo primatu & prouidentia uniuersalem Ecclesiam tamq fidelis minister Christo subiectam seruat.

¶ Ad Primum ergo dicendum est: q plenissima potestas excellentiæ soli Christo Deo competit: potestas uero uniuersalis ministerii Papæ ut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum est: q propter illam rationem fideles solummodo tenentur obedire Papæ in his quæ ad religionem Christianam & ad cathedram spectant consona iuri diuino & naturali. Ideo dicitur actuum quinto: Obedire oportet magis Deo q hominibus. Hinc B. Isidorus i capitulo Si quis. xi. q. iii. inquit: Si quis nobis prohibeat quod a Domino præceptum est: uel rursus imperat fieri quod Dominus fieri prohibet: execrabilis sit omnibus qui timent Deum. Et idem in capitulo sequenti: is qui præest si præter aut uoluntatem Dei: uel præter quod in sacris scripturis euidenter præcipitur uel dicit uel aliquid nobis imperat: tamq falsus testis aut sacrilegus habeatur. Cum itaq in his quæ consona sunt iuri diuino ac naturali ea sequendo errare pontifex: ideo indeflexibili regulæ non simpliciter sed in his quæ nobis mandare potest hæremus.

¶ Ad tertium dicendum est secundum B. Thomam in libro de regimine principum esse differentiam inter nouum & uetus testamentum: & inter comparationem ueteris & noui sacerdotii: Quia enim uetus testamentum erat adhuc carnalium & carnaliter uiuentium: ideo potestas secularis erat principalior: & Sacerdotis potestas erat minor. Et ideo signanter dicebatur in ueteri lege Regnum sacerdotale: quia sacerdotium pende

bat ex regno. Sed econtra in noua dictum primæ Petri secundo Regale sacerdotiũ: quia principalius est nunc Sacerdotium q̃ regnũ: & potestas spiritualis q̃ carnalis. sic enim cõpetebat statui gratiæ. Et hæc responsio formaliter est sancti Bonauenturæ in iiii. di. xxiiii.

Ad quartum dicendum est secundum B. Thomam in tractatu contra impugnantes religionem: q̃ cum Papa uniuersalem pontificem se prohibet nominari non hoc ideo est q̃ ipse non habeat auctoritatem imediatam & plenariam in qualibet Ecclesia: sed quia non preficitur cuilibet particulari Ecclesiæ ut proprius & specialis illius Ecclesiæ rector. Sic enim cessarent omnium aliorum pontificũ potestates. Hæc S. Thomas. Aut potest dici q̃ id factũ est gratia seruandæ humilitatis: unde & B. Gregorius se scribebat Seruum seruorũ Dei. Cuius rei causa forte fuit: quia sui pontificatus tempore Ioannes Constantinopolitanus Episcopus cõgregata synodo se scribi mandauit œcomenicum idest uniuersalem Patriarcham: cui fauebat Mauritius tunc Imperator. B. uero Gregorius constans fuit contra Imperatorem asserens ligandi atq; soluendi potestatem traditam fuisse B. Petro ac successoribus eius a Christo: Ut legitur in hystoriis temporum B. Gregorii. Neq; obliuiscaris eorum quæ ad hoc propositum in primo libro scripsimus.

Utrum potestas cæterorum prælatorum Imperii militantis Ecclesiæ deriuetur ab Auctoritate Papæ. Quæstio Secunda.

AD secundam quæstionem sic proceditur: Videtur q̃ potestas cæterorum prælatorum Imperii militantis Ecclesiæ non deriuetur ab auctoritate Papæ. Primo quidem: Apostoli potestatem suam acceperunt a Christo imediate: quorum successores sunt Episcopi: qui succedunt duodecim: & prælati minores septuaginta duobus: ut habetur in capitulo. In nouo di. xxi. & in glo. Lu. x. Igitur potestas cæterorum prælatorum imperii militantis Ecclesiæ non deriuatur ab auctoritate Papæ. Antecedens probatur ex multis dictis sacræ scripturæ atq; sanctorum doctorum: nam Matth. xviii. dixit dominus Iesus Apostolis: Quæcunq; alligaueritis super terram erit ligatum & in cælis. Item Io. xx. Quorum remiseritis &c. Item Lucæ. x. Postq̃ designauit dominus alios septuaginta duos misit illos binos ante faciem suam: quibus uerbis signatur collatio potestatis. Inde Rabanus in glo. Matth. xvi. Tibi dabo ait: ligandi atq; soluendi potestatem: quãuis soli Petro uideatur data a Domino: tamen & cæteris apostolis data est: nec nõ nunc in Episcopis & presbyteris omni Ecclesiæ. Itidem Cyprianus in capitulo loquitur. xxiiii. q. prima ait: Dominus post resurrectionem parem potestatem omnibus Apostolis tribuit.

Præterea: Quod cõpetit Sacerdotibus ex ui sacramenti sui ordinis habent imediate a Christo: Sed potestas ligandi atq; soluendi cõpetit Sacerdotibus ex ui ordinis: nam quilibet Sacerdos in susceptione sui ordinis accipit potestatem ligandi & soluendi. Igitur potestas Sacerdotum uidetur esse a Christo immediate & non a Papa.

Præterea: Prelati inferiores dicuntur Vicarii Dei: ut habetur xxiiii. q. quarta. & de penitentia di. tertia. dicitur: Eum quem sacerdos iudicat Deus iudicat: cuius personam in Ecclesia gerit. Igitur prælatorum inferiorum potestas non uidetur esse a Papa sed a Deo.

Præterea: Episcopi multi confirmantur ab Archiepiscopis: & alii inferiores ab Episcopis. Igitur illorũ potestas nõ uidetur esse a Papa.

Præterea: Potestas Papæ est ministerii ut dictum est. Igitur dirigere tantum potest ministros non conferre potestatem.

Præterea: Posita causa ponitur effectus & remota remouetur. Ergo si auctoritas cæterorum prælatorum deriuaretur a Papa sequeretur q̃ eo mortuo nullus esset prælatus in imperio militantis Ecclesiæ: quod est falsum.

Præterea: Sequeretur q̃ Episcopi nõ essent ordinarii sed Commissarii: & sic pro uoluntate Papæ ab eo omnes possent amoueri ab officiis suis: quod est falsum. nã ait Apostolus secunde ad Cor. x. potestatem quam dedit mihi Dominus in ædificationem non in destructionem. Igitur cæterorum prælatorum auctoritas non uidetur esse a Papa.

In oppositum est Nicolaus Papa: qui scribens Mediolanẽsibus: ut habetur in capitulo. Omnes di. xxii. dicit: Omnes siue Patriarchæ idest patriarchatus cuiuslibet apicem siue metropolitanorum primatus aut Episcopatuum cathedras uel ecclesiarum cuiuscuis dignitatem instituit Romana ecclesia: illã uero solus Chri-

ftus fundauit. Idem habetur in capitulo. Quis nesciat, di. xi. Et in capitulo decreto secunda, q. sexta & in capitulo. Qui se scit eiusdem quæstionis.

¶ Respondeo: in hac quæstione.

¶ Primo referam diuersas opiniones.

¶ Secundo respondebitur quæsito.

¶ Tertio prænominabuntur nonnulla pro eui dentiori solutione argumentorum.

¶ SCIENDVM ITAQVE quattuor fuisse modos dicendi circa dependentiam auctoritatis prælatorum Ecclesiæ a Papæ auctoritate: Primus fuit dicentium quod auctoritas Episcoporum aut aliorum iferiorum nullo modo a Papæ auctoritate dependeret: pro qua opinione arguit Ioannes de Poliaco quolibeto quinto, q. xiiii. & reducuntur præcipuæ horum rationes ad eas quas posuimus in principio quæstionis. Secundus modus dicendi fuit: quod in auctoritate iurisdictionis considerantur duo: primum est ipsa substantia auctoritatis iurisdictionis: alterum est exercicium siue exequutio: siue usus eiusdem. Dicit ergo quod quantum ad secundum solummodo dependet auctoritas inferiorum prælatorum Ecclesiæ a Papa. Et huius opinionis fuit Gofredus de Fontanis & Henricus de Gandauo in suis quolibetis. Tertius modus dicendi est quod Episcoporum tantummodo auctoritas a Papa dependet: non autem aliorum inferiorum sed ab Episcopis. Quartus modus dicendi is est quem sequimur: & declaratur per sequentem conclusionem quæsito satisfacientem quæ est:

¶ POTESTAS iurisdictionis omnium prælatorum Ecclesiæ deriuatur a uel Papa imediate uel imediate. Hæc conclusio multipliciter probatur. Nam a clauibus dependet omnis potestas iurisdictionis: sed claues soli Petro concessæ fuerunt: & propter Petrum equaliter insunt omnibus Romanis Pontificibus: dicitur enim Matth. xvi. Tibi dabo claues regni cælorum. Igitur omnium prælatorum iurisdictio a Papa descendit. Hinc Leo Papa sanctissimus in tertio sermone ordinationis suæ inquit: Magnum & mirabile dilectissimi habuit uiro S. Petro consortium potentiæ suæ tribuit diuina dignatio: ut si quid cum eo commune cæteris uoluit esse principibus: nunquam nisi per ipsum dedit quicquid aliis non negauit.

¶ Præterea: Ab eo est potestas iurisdictionis a quo habet quis subditos: nam talis potestas est relatiua: At secundum Aristot. in prædicamentis Relatiua posita se ponunt: & perempta se perimunt: Sed subditi sunt a Pontifice Romano mediate uel imediate: Tum quia soli Petro indistincte fuerunt commissi Io. ultimo: pasce oues meas: Tum quia unum est ouile & unus pastor: Io. x. Tum quia nullibi legitur facta commissio ceteris Apostolis. Ergo omnis auctoritas super quemcunque subiectum deriuatur a Papa.

¶ Adhec: Papa est maximus Episcoporum: supremus hierarcha Imperii militantis Ecclesiæ: princeps omnium regnorum: & ut inquit Theophylus super illud Lucæ, xxii. Tu aliquando conuersus: qui obtinuit, quod esset antistes mundi: caput & dominus omnium aliorum. Igitur ab eius auctoritate cæterorum potestas dependet & quantum ad substantiam auctoritatis: & quantum ad usum. Consequentia manifesta existit si rationes formales eorum quæ ponuntur in antecedente probentur. Quare docet B. Dionysius & in libro de ecclesiastica hierarchia & in uolumine de celesti ab ipso hierarcha in omnes hierarchiæ personas lumen irradiationis perfluere. Hinc Iustinianus Imperator in autenticis ut Romana Ecclesia ait: Legum originem antiqua Roma sortita est: & Summi pontificatus apicem & sacerdotii fontem apud eam esse nemo est qui dubitet. ergo a Romana Ecclesia auctoritas prælatorum cæterorum profluit. Idem habetur in capitulo loquitur. xxiiii. q. prima.

¶ Præterea: Hierarchia Ecclesiæ exemplata est a cælesti ut sepenumero probatum fuit: Sed in cælesti hierarchia hæc inuenitur perfectio: ut ait Beatus Dyonisius. x. celestis Hierarchiæ: quod omnes hierarchiæ sunt connexæ similiter & ordines cuiuslibet hierarchiæ. Igitur cum ad perfectionem ecclesiasticæ hierarchiæ pertineat talis connexio ibidem reperitur: nec enim Christus ut dictum est: non defecerit illi in aliquo iuxta illud Isaie: Quid tibi debui facere & non feci? Ista uero connexio secundum expositionem sanctorum præcipue S. Thomæ atque Alberti attenditur secundum ordinem: scientiam: & actionem. Secundum ordinem quidem inquantum in omnibus hierarchiis inuenitur per principium medium & ultimum distinctio. Secundum scientiam uero inquantum irradiatio extenditur procedendo a primis usque ad ultimos. Secundum actionem autem inquantum primi habent actionem hierarchicham in medios: & per medios in ultimos.

¶ CONFIRMANT prædictas rationes ea quæ Eleutherio Episcopo scribit Vigilius Pa

pa dicens: Nulli uel tenuiter scienti uel leuiter sapienti dubium est q Ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum: a qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat. Item in capitulo In illis di.lxxx. dicit Clemens Papa: q in illis ciuitatibus in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum atq primi legis doctores erant: episcopos: primates atq Patriarchas B. Petrus poni praecepit: In illis uero in quibus erant. Archiflamines Archiepiscopos institui pcepit. In singulis uero caeteris ciuitatibus singulos & non plures episcopos cstitui pcepit qui Episcoporum tantum uocabula sortirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio: sed unus praefuit omnibus. Haec Clemens. Item Magister in hystoria ecclesiastica tractans illud exodi. xviii. Moyses omnia quae Iethro ait. Sicut Moyses consilio Ietro constituit tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos: sic Romana Ecclesia plurimos uocauit in partem sollicitudinis. s. primates: Episcopos: Archiepiscopos: Archipresbyteros: & minores sacerdotes. Idē S. Thomas contra gen. Libro quarto. Capitulo. lxxvi. inquit Soli Petro promisit: tibi dabo claues regni caelorum: ut ostenderetur potestas clauium per eum ad alios deriuādā ad cseruādā ecclesiae unitatē.

CONFIRMANT quoq praefata: ueteres consuetudines Sanctissimorum pontificum Romanorum: legibus deinde canonicis infertae: nam Ecclesia Romana de nouo ordinat ecclesias cathedrales. xvi. q. prima capitulo Falix. & capitulo praecipimus. Subiicit etiā unam ecclesiam cathedralem alteri extra de offi. dele. Quod translationē: Vnit duos episcopatus in unum: & unum in duos diuidit. xvi. q. prima & temporis. Mutat sedes episcopales de uno loco ad alium locum: extra de transla. praelat. capitulo primo Inde sūmi pōtifices instituētes caeteros platos uti solent tali modo loquendi: Prouidemus & praeficimus in Pastorem &c. Quare omnes Episcopi aut alii confirmari solent a Summo Pontifice: aut a Patriarchis: Archiepiscopis: aut Episcopis habentibus a summo Pontifice auctoritatem. excōmunicat itidem: absoluit: interdicit: suspendit: absolutionem a peccatis sibi reseruat: & uotorum permutationem pro libito suo Romanus pontifex. Mittit etiam Legatos: Iudices: Confessores ac praedicatores extra de officio lega. per totum de officio ordinarii capitulo. Inter cetera. Nefandum autem esset asserere q tot summi Pontifices uiri rectissimi: eruditi: atq Christianae ueritatis cultores inocentissimi: praedicta egissent contra diuinam legem: per tot & tanta saecula Doctoribus praeclarissimis aduenientibus: ea semper unanimiter eodemq modo sic agere posse Romanum Pontificem asseuerantibus: non. n. seruus potest tollere legem domini sui: iuxta capitulum Sunt quidam. xxv. q. prima: & ea quae Dei sunt nequit Romanus pontifex imutare.

CIRCA TERTIVM nota cōmunem distinctionem Theologorum quam habes a S. Thoma in primo. sen. di. xii. Duplex est immediatio: uirtutis & suppositi. Immediatione uirtutis omnis potestas confertur immediate a Christo cuicunq habenti: quia non nisi per potestatem Christi quisq recipere potest ecclesiastcam potestatem. Immediatione suppositi immediate B. Petrus a Christo accepit & caeteri in ordine ad B. Petrum: Soli. n. Petro dictum fuit: pasce oues meas.

Aduertendū quoq: q aliud est iudicium de re prout exit a suo principio: idest qtum ad institutionem: aliud quantum ad propagationem. Nam in prima rerum institutione indiuidua prima rerum sunt facta imediate a Deo: quae deinceps per actiones causarum secundarum sunt propagata. Vnde Sol & homo nunc generant hominē qui tamen conditus fuit manu Dei sexta die: & mulier secunda aliter producta fuit q prima. Quare in prima institutione Ecclesiae a Christo aliud actum est & aliomodo q nunc. Nam imediate omnes Apostoli sunt instituti a Christo in ordine tamen ad Petrū acceperunt quoq imediate auctoritatem iurisdictionis a Christo: & ampliorem q nunc habeant successores apostolorū: puta faciendi diuinas scripturas cum approbatione tamē Petri: iuxta illud Apostoli ad Galathas. ii. Contuli cum eis euangeliūt ne forte in uanum currerē: aut cucurrissem. Et simile est sicut in politica humana nōnunq comperitur: in qua Rex a regno recessurus distponit ac diuidit regni officia: mandans ut constituto ab eo Vicario generali obediant cui auctoritatē suam relinquit. Christus pariter alta caelorū petiturus Apostolis dona gratiarum diuiserat & iurisdictionē concesserat eisdem: relinquens Petrū Vicarium generalem super omnes: quem etiam ut ait. B. Cyrillus: Apostoli habuerunt post ascensionē loco

Domini: Itaq; Apostolorum loco succedunt Episcopi: sed aliter & q̄tum ad acceptioné auctoritatis: & q̄tum ad eiusdem auctoritatis quantitaté. Non.n. Episcopi habent uniuersalem iurisdictioné sicut Apostoli: neq; auctoritatem condendi sacros codices: quibus Papa maiora concedit: aut negat prout iudicat expedire: quia ut dictum est: idem non debet esse iudicium rei quantum ad institutionem: & q̄tum ad propagationem uel gubernationem. Hinc B. Thomas in quarto di.xxiiii. ait: Quāuis omnibus Apostolis data sit cōmuniter potestas ligandi & soluendi: tamen ut in hac potestate ordo aliquis significaretur primo soli Petro data est: ut ostendatur ꝙ ab eo in alios debeat descendere: propter quod eis singulariter dixit Christus: confirma fratres tuos: & pasce oues meas: idest loco mei ut dicit Crisostomus: præpositus & caput esto fratrum tuorum: ut ipsi te in loco mei assumentes ubiq; terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & confirment.

❡ Ad primum ergo negatur consequentia propter prædicta imediate. Ideo dictum Rabani. ꝙ differenter data fuit Apostolis a Domino potestas est intelligendū. Paritas quoq; fuit inter Apostolos in ordine & dignitate cōsecrationis & apostolatus: non autem in gradu apostolatus aut in administratione plenitudinis potestatis. quia ut habetur in capitulo In illis di.lxxx. Inter Apostolos non fuit par institutio: sed unus præfuit omnibus. Hic etiā recolito ꝙ B. Paulus in bullis papalibus ponitur in parte dextra: B. autem Petrus a sinistris: quia Paulus uocatus fuit a Christo īpassibili: Petrus uero a Christo passibili: ut ait. S. Thomas super epistolam ad Galathas: ordo auté ille picturarum significat statum apostolicū secundū uocationem: secundum gradus uero claues. Ideo solus B. Petrus cum clauibus ponitur: quia in auctoritate regiminis B. Paulū excelluit: licet in exequutione illi fuerit par: teste. S. Thoma sup epistola ad Galatas tertio. Dictum etiam Io. xx. Quorum remiseritis exponitur a B. Thoma in quarto. di. xx. de potestate ordinis: nam per illa uerba dedit Apostolis potestaté cōmuniter dimittédi peccata: & hæc potestas consequitur ordiné. Vnde & Sacerdotibus quando ordinantur illa uerba dicuntur: Cum uero audis Apostolos auctoritatem iurisdictionis imediate a Christo recipisse memento illud fuisse gratiæ & priuilegii singularis: sicut fuit priuilegiū primorū parentum ꝙ fuerint imediate facti a Deo: non autem de lege cōmuni: quæ lex cōmunis seruāda est in reꝝ ꝓpagatione & gubernatiōe.

❡ Ad secundum dicitur: ꝙ omnis potestas siue ordinis siue iurisdictionis est imediate a Christo: imediatione uirtutis non auté immediatione suppositi ut nostra intelligit ꝯclusio.

❡ Ad tertium negatur consequentia: non.n. est de ratione uicem gerentis ut recipiat immediate imediatione suppositi auctoritatem ab eo cuius est Vicarius ut patet: sed imediate imediatione uirtutis: Qui etiam plærunq; dicuntur eligi a Deo non imediata institutione: sed interiori inspiratione iuxta illud Apostoli ad heb. quinto. Ne quis sibi honorem assumat: sed uocatur a Deo.

❡ Ad quartum dicitur: ꝙ qui confirmant Episcopos aut inferiores prælatos hoc auctoritate apostolica faciunt: ꝙ si secus efficeret tota confirmatio irrita foret & inanis.

❡ Ad quintum negatur consequentia: quia Dei minister est Papa habens auctoritatem a Christo instituendi sub se alios ministros: Vnde in capitulo decreto & in capitulo sequenti secunda. q. vi. Romana ecclesia dicitur impartiri & largiri uices suas aliis ecclesiis.

❡ Ad quintum dicendum: ꝙ posita causa in esse & in conseruari & naturali ponitur effectus: & remota remouetur. Papa uero est causa per uoluntaté iurisdictionem & potestaté tribuens: ideo perseuerant instituta a papa donec ipse uoluerit. Quapropter moriente Papa eius statuta: officia & gradus perseuerant ipso sic ordināte: ut patet. xxv. q. ii. per totam causam. Vel dicendum: ꝙ licet hoc suppositum cui coniuncta est auctoritas papalis moriatur: sedes tamen papalis nō moritur. De rescriptis: Si gratiose libro sexto.

❡ Ad sextum negatur prima consequentia: pro cuius intellectu aduertendū: ꝙ ordinarium ab ordine dicitur: unde quod secundū cōmuné ordiné est reipublicæ ordinariū uocatur. Quāobré i Ecclesia sancta Dei potestates ꝯpetétes statibus & gradibus cōmuniter institutis ad regendum populū catholicum ordinarie dicunt: & q̄bus ille potestates conferuntur ordinarii: ut sunt Patriarchæ: Archiepiscopi: Episcopi & parrochiales. Cōmissarii uero ii sunt qui ab ordinariis auctoritaté accipiunt. Differunt ergo inter cætera ordinarii a cōmissariis: quia cōmissarii non cōmittunt alteri: ordinarii uero cōmittunt. Ad secundam consequentiam: quando ulterius inferebatur

ꝙ pro uoluntate Papæ oẽs possent amoueri ab officiis: respõdeẽ uerũ esse q̃tũ ad iurisdi/ctionẽ nõ q̃tũ ad ordinẽ: qa teste S.Thoma ĩ iiii.di. xix. põtas Papæ se habet ad potestates epõrũ: sicut potestas regis ad põtates Iudicũ ɔstitutoꝶ per singulas ciuitates. Idẽ ĩ fine secũ di sniarũ ait. Ita se habet potestas Papæ ad potestates inferiorũ: sicut potestas Imperato/ris se habet ad potestatẽ pro consulis. Neq; sequitur ꝙ talis potestas sit in destructionẽ: quia etiam si reperiretur malus Papa præfata auctoritate intendens destructionẽ Ecclesiæ nequiret Christo Maximo impediente: qui curam principalẽ uniuersalis status Ecclesiæ gerit ut supra dictum fuit. Si quis obiiceret er go posset dari episcopus sine iurisdictione: Respondeẽ utiq; illud nõ esse inconueniens: quoniam differentia est inter Sũmum Pon/tificem & alios Episcopos: qa iurisdictio nec/cessario ɔsequiẽ Papã: Christo dicente Pasce oues meas: alios uero Episcopos nõ: sed illã so lũ habet quam Romanus Põtifex ɔcedit illis.

℄ Titulus Quintus de Auctoritate Summi pontificis respectu Sa/cramentorum Ecclesiæ.



POST cõsiderationẽ aucto ritatis Romani Pontificis in uniuersali determinandũ est de eadẽ in pñticulari: & prio quidẽ respectu alioꝶ: secũdo respectu sui ipsius. Prima ɔsi deratio erit duplex: Primo nãq; disputabiẽ de auctoritate Sũmi põtificis in spũalibus: secundo in tẽporalibus. Prima quoq; doctrina trifariã diuideẽ: Primo.n. de terminabitur de auctoritate Romani pontifi cis respectu sacramentoꝶ Ecclesiæ: secundo respectu iurisdictionis: tertio respectu eoꝶ q̃ ueritatẽ & iusticiam ɔcernunt Imperii militã tis Ecclesiæ. Itaq; circa auctoritatẽ Sũmi põti ficis respectu sacramentoꝶ erit unica q̃stio.

℄ Vtrum Auctoritas Sũmi Pontificis re/spectu sacramentorum sit uni/uersalis. Quæstio Vnica.



D hanc quæstionem sic proce ceditur: Videtur ꝙ auctoritas Sũ mi pontificis respectu sacramen torum Ecclesiæ sit uniuersalis: Primo quidem sacramenta fue runt ab Apostolis promulgata: Sed Papa po test facere contra Apostolos: ut dicit S.Tho/mas in quarto di.xviii.in solutiõe cuiusdam argumenti. Igitur par ratio uideẽ ꝙ agere pos sit q̃cũq; uoluerit circa sacramenta Ecclesiæ & per consequẽs respectu sacramentorum illius auctoritas uidetur uniuersalis.

℄ Præterea: Si potestas Papæ respectu sacra mentorum nõ esset uniuersalis sequeretur ꝙ non posset imutare ministros sacramenta cõ ferentes: sed hoc potest: nam solus Episcopus potest potestate propria & auctoritate confir mare: quod etiam potest facere Sacerdos sim plex ex cõmissione Papæ: ut probat S.Tho/mas in quarto di.vii.q.iii.ar.primo in solutiõe q̃stiũculæ tertiæ. Idem dicit de collatiõe quat tuor ordinũ minoꝶ. Igitur Videẽ ꝙ potestas Papæ sit uniuersalis respectu sacramentorũ.

℄ Præterea: Non minoris ẽ auctoritatis Papa circa sacramenta q̃ fuerunt cæteri Apostoli: Sed cæteri Apostoli uidentur habuisse pleni tudinem potestatis super sacramenta: quod patet in B.Iacobo Apostolo institutore sacra menti extremæ unctionis. Igitur Papæ aucto ritas uniuersalis uidetur esse circa sacramẽta.

℄ Præterea: Si Papæ auctoritas respectu sa/cramẽtoꝶ nõ esset uniuersalis ideo esset: quia illa sunt iuris diuini: sed hoc non obstat quia Romanus Põtifex uidetur posse dispensare in omni uoto: Votum autẽ ẽ de iure diuino. Igitur Romani pontificis auctoritas uidetur esse uniuersalis respectu sacramentorum.

℄ In oppositum est quod habetur Actuum quarto: Obedire Deo magis oportet q̃ homi nibus. Item in. capitulo Quæ cõtra mores di. viii.& in glosa eiusdẽ habeẽ ꝙ id quod Deus ɔcipit pferẽ ɔsuetudini uł ɔstitutiõi cuiuscũq;.

℄ Respondeo dicendũ: ꝙ potestas respectu sacramentoꝶ est triplex: q̃dã est auctoritatis: q̃dam excellentiæ: & q̃dam ministerii. & hæc duplex: alia.n. est habens plenitudinem pote/statis: alia non. Pro quorum clariori intellectu aduertendũ secundum S.Thomã in.iii.parte. q.lxiii.ar.tertio ꝙ Deus operatur in sacramen tis per auctoritatẽ: humanitas uero Christi ꝑ modum instrumenti principalis. tamẽ ut ɔiũcte quod est diuinati ɔiunctum: homo uero ope ratur ad interiores effectus sacramentoꝶ me/ritorie & efficiẽter: sed instrumẽtaliter. Et ideo sicut Christus inq̃tum Deus habet potestatem auctoritatis in sacramentis: ita inq̃tum homo habet potestatem ministerii principalis siue potestatem excellentiæ q̃ cõsistit in quattuor:

Primo qdem quia uirtus eius operat̄ in sacramentis: & qa uirtus passionis copulat̄ nobis per fidē secundum illud ad Ro.iii.Quē proposuit nobis propitiatorē per fidem in sanguine eius:quā fidem per inuocationē nominis Christi protestamur: ideo secundo ad potestatē excellentiæ quā Christus hēt i sacramētis ptinet:q̄ i eius noīe sacramenta sanctificātur:Et qa institutione sacramenta uirtutē obtinēt:inde tertio ad excellētiā potestatis Christi ptinet q̄ ille q dedit uirtutē sacramentis potuit istituere sacraméta.& qa eā nō dependet ab effectu sed eōtra: ideo quarto ptinet ad excellentiā potestatis Christi q̄ ille potuit cōferre effectum sacramenti sine exteriori sacramento.Potestatē ergo excellētiæ Christus potuit hoībus cōmunicare qua istituere possent sacra.Noluit āt pp fideliū unitatē ne in hoīe spē ponerent:Et ne essent diuersa sacraméta ex qbus diuisio in Ecclesia orireť:sicut apud illos q dicebant.Ego sum Pauli:ego āt Apollo:ego uero Cæphæ:ut dicit̄ priæ ad Cor.iii. Potestas ministerii habens plenitudinē solius est Romani Pontificis:cui ēt soli data est clauium plenitudo:reliqua potestas cæteris Ecclesiæ ministris conuenit quis difformiter.

CONSIDERANDVM quoq̄ q̄ in sacramentis aliqua sunt pertinentia ad essentiā siue substantiā sacramentoꝝ sicut materia:forma:ac ministerialia ad solēnitatē:sicut benedictio materiæ:orationes: determinata loca: tēpora:aut istrumenta.Quæ uero ptinent ad essentiā sunt illa qbus positis ponit̄ sacramentū:& qbus remotis remouet̄. & hæc repiunt̄ in duplici differentia secundū mētē S.Thomæ:quedā.n.primarie & principaliter ptinēt ad necessitatē sacramenti:sicut sunt forma & materia a Christo instituta:qdā uero secundarie & minus principaliter:sicut chrisma benedictum in ɔfirmatione:aut forma eiusdē ɔfirmationis: neutro.n.legitur q̄ Christus determinate usus fuerit.pariter dicit̄ de oleo sancto quod necesse ē esse benedictum p Epm.

Considerandum demum:q̄ potestas plenitudinis ministerii respectu sacramentoꝝ soli Papæ est cōmissa: Quia ipse solus est uices Christi gerens in imperio uniuersalis Ecclesiæ.& ideo nō auctoritate ꝓpria sed ex cōmissione Christi spāli uel generali implicita uel explicita habet præfatam plenitudinem.

EX QVIBVS apparet potestatē Pape respectu sacramentoꝝ habere quidē plenitudinē & uniuersitatē ministerii:nō tamen esse potestatē excellentiæ maiorēq̄ esse potestate cuiusuis alterius iferioris.Potest itaq̄ Papa ex plenitudine potestates in oīa q̄ sunt de solēnitate sacramentoꝝ:ēmutādo augēdo:minuendo prout Spiritus sanctus illum docet.Plenitudine quoque suæ potestatis pōt primo istituere circa materiā sacramentoꝝ aliquā determinationē uel ɔditionē:aut circūstantiā ita necessariā sacramento q̄ eius cōmissio facta ab inferioribus Papa reddet sacramētum nullum:sicut dictum est de chrismate & oleo infirmoꝝ:idē dicitur de forma ɔfirmationis.Pariter dicit̄ de gradibus ɔsanguinitatis in qbus ɔtrahentes matrimonium est nullum summi Pontificis institutione:ut hēs singulariter a S. Thoma in.iiii.di.xl q.prima.ar.quarto.Secundo pp cōplementum & plenitudinē suæ potestatis aliquā ɔditionē ministri sacramentoꝝ necessariā sacramento collato ab iferioribus Papa pōt facere nō necessariā:ut patet de ministro ordinis & ɔfirmationis: Pōt.n.simplex Sacerdos ex cōmissione Papæ solius ɔfirmare & minores ordines ɔferre:ut probat idē S. Thomas in quarto di.yii.q.iii.ar.primo in solutione tertiæ q̄stionis.Cōceditur ēt q̄ oīa instituta ab aliquo sūmo Pontifice circa materiā aut formā sacramētoꝝ aut ministroꝝ possē imutari p successorē. Secus est de istitutis circa sacramenta p Xp̄m:in qbus ea q̄ sunt necessaria nullus minister Ecclesiæ pōt reddere nō necessaria sine Christi uero & expsso aut iterptatiuo & equi pollēti mādato ut dictum fuit circa sacramēta ɔfirmatiōis & minoꝝ ordinum.Circa quorū cōmissionē Papa spālē potestatē accepit qua Petrus usus fuisse credit̄ & multi sui successores potissime B.Gregorius:& mos Romanæ Ecclesiæ sic habet.

EXCEDIT itaq̄ Romanus pontifex ceteros Epos quia pōt cōmittere Papa nō ɔsecrato in Epm ea q̄ sunt epalis ɔsecrationis: imo ēt nō sacerdoti:nisi illa q̄ includunt missæ celebrationē:quia talia sunt d iure positiuo.Cōmittere uero hoc mō nō pōt simplex Eps.Nequiret tamen Papa nō sacerdoti cōmittere q̄ posset ɔferre ordines minores:aut ɔfirmare: quia character sacerdotalis est potētia actiua ad conferendum ea.

Papa ergo hēt plenitudinē potestatis quātum ad consecratione:in qua ēt alii non sibi æquātur: Quia licet oīa sacramenta possint alii Episcopi ɔferre sicut ipse:tamen in sacramentis cōferendis alii tenentur ad modos cōsecrādi ad quos ipse nō tenetur.Item in mul

tis cōsecrationibus ipse habet potestatem ex⸗cellentiæ:qa sine illis pōt res cōsecrare:ex quo consecratio est per institutionem Ecclesiæ.

¶ Verum pro declaratiōe dictorū cum legeris B.Thomam de mente cuiussunt pfata:in.iii. parte.q.lxiiii.ar.secundo ad secundū dicentē φ oīa instituta ab hoībus in sacramentis sunt de solēnitate nō de necessitate:intellige ab ho minibus excepto Papa:q solus habet plenitu dinē potestatis hierarchicæ in Ecclesia:quod elicere potes ex dictis eius circa determina⸗tionem graduum consanguinitatis:& circa ministrum confirmationis.

¶ Ad primū ergo dicendū est:φ ōtra Aplos ut pmulgatores legis diuinæ Papa facere nō pōt:sed pōt facere ōtra eos ut institutores legis positiuæ.Ideō circa sacramenta ab Apostolis promulgata uice Christi nihil Papa potest im mutare:nisi eo modo quo dictum est.

¶ Ad secundū patet rñsio p ea q dicta sunt.

¶ Ad tertium dicēdum est:φ Christus oīa sa cramenta instituit & qdā p se ipsum pmulga uitq̄ sunt maioris difficultatis ad credendū: qdā āt Aplis pmulganda reliqt:sicut extremā unctionē.& cōfirmationē.Quare dicunt ab Aplis esse instituta qa p doctrinā Apl'orum nobis promulgata est eius institutio:ut ait.S. Thomas in quarto.di.xxiii.

¶ Ad quartum dicendū:φ Papa dispensans in uoto nō dispensat i pcepto iuris naturalis uel diuini:sed determinat id quod cadebat sub obligatione deliberationis humanæ:q nō potuit oīa circūspicere.Ideo nō est similis ra tio de uotorū dispensatione & innutatione sa cramentorum:ut eorūdem noua institutiōe.

¶ Titulus Sextus de Auctoritate Ro⸗mani Pontificis respectu iurisdictionis.



DEINDE determinandū est de auctoritate Romani Pontificis respectu iurisdi ctionis:Cuius gratia quæ⸗runtur duo.

¶ Primo: An Romanus Pontifex sit immediatus prælatus & iudex omnium fidelium existentium in imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Secūdo: An plenitudo potestatis respectu clauiū pcipue iurisdictionis sit amplior in Ec clesia uniuersali q̄ in Romano Pontifice.

¶ Vtrum Romanus Pontifex sit īmediatus platus & iudex oīum fideliū existen⸗tium in Imperio militantis Ec⸗clesiæ.Quæstio Prima.



AD primā qstionē sic pcedif: Vi detur φ Romanus Pōtifex nō sit imediatus platus & iudex oīum fidelium existentium in imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Primo qdē: Papa ē imediatus platus Ec⸗clesiæ Romanæ utpote illius Eps pprius:cæ⸗teræ uero urbes proprios habēt epos.Igif Pa pa nō uidetur esse imediatus platus oīum.

¶ Præterea Quæ sunt diuersoꝝ graduū im possibile ē cōiungi uni prio imediate:sicut et: diuersa mēbra nō imediate uniunt capiti:& spēs nūeroꝝ nō æqualr sunt ppiq unitati q̄ ē primū numeri:sꝫ gradus i Ecclia sunt distin cti & quodāmō se hēntes sicut numeri:ut pꝫ i Curatis:Epis:Archiepis:ac Papa.Igif nō ap paret quomō rōnabilr possint imediate ɔiun gi Papæ:ita ut Papa sit imediatus eoꝝ platus.

¶ Præterea:Immediatus Cōfessor uidet esse imediatus platus:sꝫ imediatus Cōfessor nō ē Papa sed Curatus q est pprius siue imediatus Cōfessor utpatet i capitulo.Oēs utriusq; sexꝰ. extra de pe.&re.Ergo Papa non uidetur di⸗cendus imediatus prælatus omnium.

¶ In oppositū est qd dixit Dūus Petro:Pa sce oues meas Io.ultio:ubi Chrisostomꝰ ait: idest loco mei ppositus esto caput frm tuoꝝ.

¶ Respōdeo dicēdū:φ i hac qstione sunt p bāde duæ ɔclusiones:ex quaꝝ pbatiōe mani festꝰ illico fiet qdā error nō pui momēti nisi ex toto succidat i ipio militātis Ecclæ. Pria Cōclusio hec ē qsito respōdēs affirmatiue:Pa pa ē imediatus platus & iudex oīum ac i toto terraꝝ orbe facere pōt qcqd iferiores plati fa cere possunt.pbat multiplr:Tū qa Papa ē pri ma causa respectu oīum iferioꝝ nō egēs se⸗cundis cāis necessario ut istrumentis ut supra dictū fuit:Tum qa Papa est supmus hierarcha i Eccla.In ordine āt hierarchico qcqd pōt uir tꝰ iferior pōt & supior.Inde B.Dyoni.i.qnto cele.hier.ait:Diuiniores uirtutes cū ppriis hūt subiectas:idest subiectoꝝ siue iferioꝝ opatio nes:Tū qa soli Petro data ē cura oīum & ime diate:cæteri uero sunt uocati i partē sollicitu dinis:Tū qa pōtas Papæ ē sicut pōtas Impa⸗toris siue Regis respectu suoꝝ iferioꝝ ut su pra dictū est:Cuius figurā gessit Moyses qui lxxii.senes secū iudices delegit: Numerus.xi. Tum qa gerit locum Dei & Christi in terris:

qui p se oia facere pôt:& oium est imediatus iudex & platus. Huic ɔclusioni ɔsentiunt uerba Dyonisii in.vii.capitulo ce.hier.dicentis: Is q secundum nos est sũmus Sacerdos:p suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans ipse dicitur purgare aut illuminare aliis i ipsum reponẽtibus ꝓprias sacras operatiões.

SECVNDA conclusio:ꝓter Romanum Pontificẽ sunt in Imperio militãtis Ecclesiæ necessarii alii prælati. Probatur:qnimo per se manifesta est:si ɔditio humana in Romano Pontifice cõsideretur. Repugnat.n.humanæ fragilitati ut totus populus Christianus & q̃tũ ad oia:ab uno solo hoie gubernet:hoc ẽt pertinet ad essentiã:pfectionẽ ac dignitatẽ regni monarchichi ꝑcipue:quẽadmodum ẽt in gubernatione totius uniuersi intuemur. Hoc idẽ exigeret amplior utilitas gubernatoꝝ ac ornatus regiminis. Hinc B. Gregorius in capitulo Singula di.lxxxix.inq̃t: Sicut uarietas mẽbrorum p diuersa officia & robur corporis seruat & pulchritudinẽ rẽpsentat:ita uarietas personaꝝ p diuersa nihilominus officia distributa & fortitudinem & uenustatem sanctæ Dei manifestat Ecclesiæ. Ad hoc etiam proposi tum est capitulum singula eiusdem di.

EX HIS ELIDITVR impius error dicẽtium: ꝙ penitẽtes oẽs tenent ɔfiteri propria peccata suis curatis nec possunt sup hoc dispensari ab Epo: uel ẽt a Papa: & soli Curati sunt suoꝝ subditoꝝ imediati plati & iudices in spũalibus. Aduersus quẽ errorẽ est Io.xxii. In extrauaganti incipiente Vas electionis.

Ad primum ergo dicẽdũ estut ait S.Thomas in quatto di.xvii. Inconueniens esset ꝙ duo æqualiter sup eãdẽ plebẽ ɔstituerent:sed ꝙ duo quoꝝ unus est principalior alio super eãdẽ plebẽ ɔstituantur nõ est incõueniens:& secundum hoc sup eãdẽ plebẽ sunt sacerdos parrochialis:Eps:& papa. Et qlibet eorum potest cõmittere ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia.

Ad secundum dicẽdum:ꝙ maior illa uera est in ordine naturaliter instituto. Ordo uero Impii militãtis Ecclesiæ est uoluntarius: Ideo non est omnimoda similitudo iter ipsum ac mẽbra corporis & rerum species.

Ad tertium dicendum:ꝙ imediatus Confessor & proprius oium est Papa:principalis quoq;. Ideo proprius Sacerdos in illa decretali adducta accipitur ut diuiditur contra extraneum siue alienum:non autem ut diuiditur contra principalem.

Vtrum plenitudo potestatis respectu Iurisdictionis sit ãplior in Ecclesia uniuersali q̃ in Romano Pontifice: Quæstio Secũda.

AD secundam quæstionem sic proceditur: Videtur ꝙ plenitudo potestatis respectu iurisdictionis sit amplior in Ecclesia uniuersali q̃ in Romano Pontifice. Primo quidem: Cõmunis animi conceptio est ꝙ Omne totum est maius sua parte: Sed Ecclesia est quoddam totum: Papa uero eius pars ac membrorum. Non ergo uidetur ꝙ amplior sit plenitudo potestatis Papæ q̃ totius uniuersalis Ecclesiæ.

Confirmatur hec ratio auctoritate B. Hieronymi in capitulo Legimus di.xciii. Si auctoritas inquit queritur: Orbis maior est urbe. Vbi glo.colligit ꝙ statutum Concilii præiudicat statuto Pape si contradicant.

Præterea: Ecclesia uniuersalis est finis propter quẽ auctoritas collata fuit Papæ a Deo: iuxta illud prime ad Cor.x. cui etiam maior sapientia & Charitas donata desuper creditur q̃ Papæ. Rationabiliter ergo dicendum uidetur ꝙ Ecclesiæ uniuersalis auctoritas sit amplior q̃ auctoritas Papæ.

Præterea: Nomina dignitatum q̃ maiorem importãt auctoritatem attribuũtur in sacris litteris Ecclesiæ uniuersali non aũt Papæ Igiẽ uidet ꝙ etiã auctoritas illius sit amplior q̃ auctoritas Papæ. Antecedens probatur: Nã Ecclesia uniuersalis uocat Mater omniũ. Et per consequens ecclesiastici.xxiiii. Ego mater pulchræ dilectionis:quo nomine quoq; sæpenumero utuntur canones: Papa uero nõ dicit pater Ecclesiæ sed potius filius: psal. xliiii. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: cõstitues eos pricipes super omnẽ terrã. Vocatur domina: Trenoꝝ primo Domina gentiũ. Itẽ B. Bernardus in fine quarti Libri de cõsideratione ait: Consideres autẽ super omnia sanctam Romanã Ecclesiã cui Deo auctore pes matrẽ esse nõ dominãte nõ dominũ Episcoporũ:sed unũ ex eis. Vocat Regina & sponsa Christi ut supra dictum est:quæ nõ uidentur conuenire Papæ. Nam Matth.xx.dicit: Quicunq; uoluerit inter uos maior fieri sit uester minister. Itẽ B. Bernardus ubi supra: Papa nõ est sponsus sed paranimphus sponsæ.

Præterea: Supremæ potestati & ampliori cæteris uidetur hoc conuenire ut possit cæteros dirigere:ꝙ ipsa sit rectitudo indeclinabilis

siue indeuiabilis: sed sola uniuersalis Ecclesia est talis ut supra dictum fuit. Igitur uidetur ꝙ potestas Ecclesiæ uniuersalis sit amplior q̃ potestas Papæ.

¶ Præterea: Augustinus super psalmo .cviii. ait: Quædam dicuntur quæ & si ad Apostolū Petrum proprie pertinere uideantur: non tamen habent illustrem intellectum nisi referātur ad Ecclesiam: sed nōnulla dicta de Petro designant in eo plenitudinem potestatis. Igitur magis sunt referēda ad Ecclesiam: & tunc eorum illustris erit intellectus.

¶ Confirmatur. præfata ratio auctoritatibus B. Augustini: & Prima habetur in capitulo Quodcunq; .xxiiii. q. prima. Si ergo inquit hoc in Ecclesia fit Petrus quando claues accepit Ecclesiam sanctam significauit: Vbi Archidiaconus exponit: idest sub signo & noīe Ecclesiæ Petrus claues accepit eādē sententiā ponit idem B. Augustinus in quodā sermone Apostolorꝫ Petri & Pauli: Itē in libro de unico baptismo: Item super Io. Sermone .cxxiiii.

¶ Si dicatur ꝙ nomine Ecclesiæ non intelligantur omnia membra eius cōiunctim: sed nomine Ecclesiæ signatur aliqua persona in ecclesia existens: Contra hunc intellectū militant multa: Et primo id quod habetur .xxiiii. q. prima Capitulo Omnibus: Inquit B. Hieronimus: Omnibus ꝯsideratis puto me non temere dicere aliquos ita esse in domo Dei ut ipsi sint eadē domus Dei quæ dicitˀ ædificari supra petrā. Et post pauca: Quæ domꝰ ēt claues accepit atq; potestatē ligandi & soluendi.

¶ Præterea: Omnis potestas collata Petro a Christo fuit etiam collata cæteris: nō minus limitate. Ergo dicendum est ꝙ in tota Ecclesia quā Apostoli significabant & representabant sit amplior potestas respectu clauium q̃ in Petro Antecedentis probatˀ prima pars: Auctoritate B. Augustini super Io. sermone .x. Cū esset idem numerus duodenarius idest quadripartitus in ternos: & omnes essent interrogati: solus Petrus respondit: Tu es Christus filius Dei. Et ei dicitur: Tibi dabo claues regni cælorum: tāq̃ ligandi atq; soluēdi solus acceperit potestatē: cum & illud pro omnibus dixerit: & hoc cum omnibus tāq̃ gerens personam ipsius unitatis accepit. Idem B. Augustinus in libro de Agone Christiano ait: Huic. n. Ecclesiæ claues datæ sunt cum Petro datæ sunt: Et cum ei dicitur ad omnes dicitur: Amas me? pasce oues meas. Idē asserere uidetur B. Ambrosius in principio Pastoralis sui dicens: A domino dicitur Petro. Petre amas me? Et ille: Tu scis quia amo te. Et cum responsio fuisset subsequuta: repetitum est a Domino Pasce oues meas: Quas oues & quem gregem non solum tunc suscepit B. Petrus: sed & nobiscum eas suscepit: & nos cum illo eas suscepimus omnes. Secunda pars antecedentis probatur: quia cum Petro dictū fuit: Quodcūq; ligaueris super terram in singulari loquutus est Dominus: cum uero omnibus collata est dixit in plurali. Quæcūq; alligaueritis: Math. xviii. Tāq; minus plena ꝓ gnetur auctoritas q̃ uniuersalis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Plenissima potestas semp debet in Ecclesia manere: sed solius uniuersalis potestas manet cū Papa moriatur. Igitˀ uidetˀ ꝙ potestas uniuersalis Ecclesiæ sit amplissima.

¶ Præterea: Deus non minus Ecclesiæ uniuersali defecit q̃ rebus naturalibus: sed rebus naturalibus uirtutē & potestatē indidit qua se regant & gubernent per totum periodum suæ durationis: Igitur & Ecclesiæ uniuersali uidetur collata potestas qua se regat usq; in finem sæculi. Ergo hec maior esse debet q̃ cuiuscunq; Papæ qui determinatis annis regere habet Ecclesiam.

¶ Præterea: potestas clauium est Papa sicut in subiecto: in tota Ecclesia sicut in fine: in Concilio sicut in repræsentante totam Ecclesiam: sed dignior est finis his quæ ad finē ordinantur. Igitur potestas Ecclesiæ uniuersalis uidetur esse amplior q̃ potestas Papæ. Quod autem Tota Ecclesia sit finis auctoritatis Papæ patet ex sententia Apostoli secunde ad Cor. x. & ultimo Capitulo. Nam potestatē dedit mihi Dominus in ædificationem & non in destructionem.

¶ In oppositū est quod Chrisostomus ait super illud Math. xvi. Tibi dabo claues regni cælorum: A Christo inquit Petrus & eius Ecclesia ad salutem omnium mittitur cum potestate omni super omnes: quod nulli hominum credimus esse concessum.

¶ Respondeo dicēdū: Quāuis titulus quæstionis præsentis dubitet oppositum secundæ conclusionis probatæ in prima quæstione tituli quarti huius libri: tamen quia hæc materia difficilis est & ex principalioribus eorum q̃ pertinent ad imperium militantis ecclesiæ: Cuius ēt determinatio prīa radix ē dicēdorū in sequenti libro: dicenda sunt quoq; tria in presentiarum: Primo. n. prænotabo nonnulla: Secundo probabuntur plures ꝯclusiones

Tertio explanabitur uerus itellectus illius propositionis qua sepænumero sancti doctores usi sunt.s.ꝙ ecclesiæ uniuersali datæ sunt claues: Erit deinceps talibus pmissis uia facilior ad argumenta dissoluenda nonsolum existenter sed etiam apparenter.

¶PRAENOTANDVM itaq primo ꝙ Regimen Imperii militantis Ecclesiæ est Monarchicum ut in primo libro probatum fuit cuius sceptra tenet principaliter Christus: cuius prouidentia impossibile est etiam naufragantem Ecclesiam submergi. Lex uero illius in sacris litteris ac in cordibus fidelium existentium in charitate indeflexibilis est: perpetua & imutabilis: iuxta illud: Hic est.n.calix noui & æterni testamenti: cui legi subiecti sunt omnes de Ecclesia: compiunturq si defecerint in foro conscientiæ & secundum ordinem charitatis: qua charitate motus B.Paulus restitit Petro in facie: ut habetur ad Gala.secūdo.

¶Memorandum quoq ꝙ nomine uniuersalis Ecclesiæ potest intelligi collectio omnium fidei iunindifferenter: ut in capitulo Ecclesia de conse.di.prima aut uniuersitas tamtūmodo clericorum.

¶Non obliuiscēdum tertio ꝙ Ecclesia uniuersalis quāuis dicatur corpus mysticum ad similitudinem corporis humani: iuxta illud Apostoli ad Ro.xii. Multi unum corpus sumus in Christo: tamen duplex differentia reperitur inter corpus mysticum & naturale: Vnā quidem secundum S.Thomam in tertia p.ꝙ membra omnia corporis naturalis sunt omnia simul: membra aut corporis mystici non sunt omnia simul nec q̄tum ad esse naturæ: nec q̄tum ad esse gratiæ: ut patet.

¶Secūda differentia: ꝙ omnes partes corporis naturalis constituunt unum totum subiectum capax alicuius forme eiusdēnumeralis: non sic autem tota Ecclesia. Nec obstat ꝙ una multitudo habeat successiue auctoritatem sibi eligendi dominum: aut aliqua alia faciendi: quæ tamen multitudo simul nō erit nec q̄tum ad esse nature aut q̄tū ad esse gratiæ: Quia maior repugnantia est uniuersitate totius orbis q̄ inuicem & in unum colligere: longitudo temporis: inter capedo locorū: imbecillitas humanæ carnis prohibent. Neq rationabiliter uideretur data auctoritas uni toti secundum aggregationem: quod uia humana totum simul aggregari impossibile ē. Cum autem soleat dici ꝙ Ecclesia uniuersalis una est unitate Fidei: spei & charitatis: intelligitur ꝙ Ecclesia sit una nō unitate suppositi sicut ut patet: sed unitate obiecti: qa.s.omnes fideles q numero & merito sunt in Ecclesiæ corpore idem credunt: idem sperant: idem amant: sicut dicit S.Thomas in tertio di.xiii.

¶CVM AVTEM pateat ꝙ clauium ordinis potestas sit data non toti Ecclesiæ: idest oibus membris: de quorum numero sunt fœminæ seculares: & idiotæ: sed solis Sacerdotibus: ut exploratissimum est apud omnes Theologos: ponende sunt aliquę conclusiones: quibus quæstionis titulus clarus fiat. Quarum prima est. Potestas clauium iurisdictionis non est data uniuersali Ecclesiæ: ita ꝙ singulis membris diuisim fuerit concessa. Patet quia non feminis. Hinc Ambrosius in libro de pe.inquit: Ius ligandi & soluendi solis sacerdotibus permissum est: Quæ uerba habentur a Magistro sententiarum in quarto di.xix. & a Gratiano de pe.di.prima.§.Nemo ita dicentis. Inde eam Dominus Apostolis tantummodo concessisse legitur Io.xx. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

¶Secunda cōclusio: Potestas iurisdictionis non est data uniuersali Ecclesiæ si uniuersalis ecclesiæ nomine omnia mēbra simul iuncta intelligantur: probatur: Tum quia Imperium militantis Ecclesiæ est monarchicum. Tum quia solus Petrus factus est pastor Io. ultimo: Duas autem supremas potestates imperiuum sapienter ac recte gubernatum non patitur: Tum quia teste B.Hieronymo quod de sacra scriptura firmitatem nō habet: eadem facilitate contēnitur qua probatur. Nullibi uero legitur apud diuinas litteras talē potestatem concessam Ecclesiæ uniuersali si sana interpretatione eædem exponantur Tum quia tale subiectū præcipue q̄tum ad maiorem partem uidetur inhabile ad talem tantamq auctoritatem accipiendam exequendamq. Vnde in capitulo Bene quidem di.xcvi.tota Sinodus protestatur ꝙ laycis personis nulla facultas data est de disponendis Ecclesiasticis officiis.

¶EX PROBATIS sequitur: ꝙ pars quæsiti negatiua est uera: uidelicet ꝙ plenitudo potestatis iurisdictionis nō sit amplior in uniuersali Ecclesia q̄ in Papa: Cū nullam habeat potestatē iurisdictiōis a Deo Ecclesia uniuersalis. Quare nec subiectiue nec radicaliter: nec fundamētaliter plenitudo pōtis clauiū asserenda est esse in Ecclesia uniuersali: Quin pa

nus cum sacris Theologis ac legibus omnibus affirmandum est: quod ait B. Gregorius scribens ad Mauritium Imperatorem: Cunctis namque euangelium scientibus liquet: quod uoce dominica sancto & omnium apostolorum principi Petro Apostolo totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quippe dicitur: Petre amas me? Pasce oues meas. Hæc Gregorius.

¶ NON IGITVR cum dicunt sancti Patres quod ecclesiæ uniuersali datæ sunt claues erit uerus intellectus quod datæ sunt omnibus membris diuisim aut coniunctim: sicut accidit in principatu Politico: sed ideo dicuntur datæ claues uniuersali Ecclesiæ: quia datæ sunt primum Petro capiti atque apostolis in ordine ad Petrum: a quo Petro ad successores Apostolorum ac alios prelatos deinceps transitent usque ad finem sæculi: & in his locis in quibus coleretur Christus Maximus. Inde B. Hieronymus & habetur in glo. Math. xvi. Datæ sunt claues omni ecclesiæ in Episcopis & presbyteris. Ideo Apostolus loquens de gradibus Ecclesiæ quibus potestas iurisdictionis data fuit a Deo ait: Dedit quosdam quidem pastores. Iudem ad Ro. xii. postquam dixit Apostolus Multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra: subinfert: Habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei: siue ministerium: glo. ecclesiasticum. Ex quibus uerbis habetur quod auctoritas ministerii Ecclesiæ non datur aut fuit data toti Ecclesiæ idest omnibus membris: sed singularibus membris: ut essent qui ministrarent & quibus ministrarentur: Et qui præessent & quibus. Quam obrem quo profundius intelligas quomodo uniuersali Ecclesiæ concessum dicatur quod Petro ac sacerdotibus & prelatis cæteris per Petrum memento uerborum glose psalmi. xvii. quæ originaliter sunt B. Augustini dicentis: Attende regulam unitatis capitis & corporis: Quasi enim una persona est caput & corpus: Ideoque una uoce utitur caput cum membris: licet ea quæ dicuntur ad diuersa referantur. Quædam enim soli capiti conueniunt: quædam solis membris: quædam capiti & membris. Item quæ membris conueniunt quædam præteritis: quædam præsentibus: quædam futuris: quædam perfectis: quædam imperfectis conueniunt: & tamen in tanta diuersitate una uox est & quasi una persona loqui uidetur. Hæc glosa. Vnde Archidia super illud Ecclesiæ charitas de conse. di. iiii. dicit: Ecclesia dicitur facere quod eius ministri faciunt secundum instituta: puta paruulos baptismo offerre baptizare peccata dimittere.

¶ Ad primum ergo dicendum est quod illa communis animi conceptio uera est in toto integrali: non autem uera in toto potestatiuo. Vnde Magister sententiarum in primo di. iii. comparando partes imaginis ad inuicem & unam ad omnes alias dicit sicut quælibet non solum singula singulis: sed singula omnibus. S. Thomas ibidem in fine illius distinctionis tertiæ argumenti quod una potentia animæ non sit æqualis omnibus arguit: Omne totum est maius sua parte. Cui respondens ait: Hoc uerum est de totalitate quantitatis dimensiuæ uel numeralis quæ eiusdem sunt rationis: & non de totalitate quantitatis uirtualis. Potest enim contingere quod una uirtus potest in tot obiecta quot aliæ plures. Potestas uero iurisdictionis non est sicut totum quantitatiuum sed uirtuale. Neque Papa se habet sicut pars aut membrum respectu potestatis iurisdictionis: quin omnem potestatem Ecclesiæ in se uirtualiter continet cæteris communicando. Est autem membrum & pars Ecclesiæ ut Ecclesia est quoddam totum aggregatum ex multitudine hominum diuersa fide saltem uel spe ac charitate uiuentibus. Vide nullitatem huius consequentiæ: Papa est membrum Ecclesiæ uniuersalis: ergo est minor potestate iurisdictionis. Christus est membrum Ecclesiæ uniuersalis: ergo est minor potestate iurisdictionis: quod est erroneum omnino. Tum quia Christus Deus: Tum Math. ultimo dicitur: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Antecedens uero probatur: primæ ad Cor. xii. Vos estis corpus & membra de membro glo. dependentia de membro idest Christo capite. Item Ad ephe. primo dicitur: Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius.

¶ Ad Confirmationem respondetur: quod dictum B. Hieronymi est intelligendum tantummodo de auctoritate consuetudinis: quæ tanto maioris esse consuetudinis dicitur quo generalior est. Loquebatur enim ibi de consuetudine urbis præferente diaconos presbiteris: Vnde dicebat: Quid mihi unius urbis profers consuetudinem? &c. Glosæ uero dictum non est assertiuum sed argumentatiuum: Vnde remittit se ad dicta. ix. q. iii. capitulo Nemo: Vbi dicit quod concilium non potest contra Papam iudicare: sed neque totus mundus.

¶ Ad secundum dicendum: q finis est duplex. s. agentis & actionis. Finis agentis est finis ultimus: qui semper est nobilior. Finis uero actionis est finis immediatus: qui nonnuq est indignior agente: sicut Angeli beati missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis sunt digniores hominibus. Itidē Christus dilexit Ecclesiā ut dicitur ad ephe. v. & tradidit semetipsum pro ea ut illam sanctificaret: nihilominus Christus dignior est & maior ecclesia perfectione & auctoritate. Nec obstat q maior sapientia & charitas de super creduntur donata Ecclesiæ q Papæ: Tū quia habitus non conferunt potentiam sed habilitatem ad bene uel male operandum. Tum quia error est secūdum diuinas literas q maiorem habenti charitatem & sapientiā maior a Deo conferatur potestas iurisdictionis quoniā Math. xxiii. dicitur: Super Cathedram Moysi sederunt scribe & pharisei. Ideo uicinus est errori Vualdēsium, & Ioannis Vicleff. condēnati in concilio Constantiensi. Fauent huic responsioni ea quæ habentur in capitulo Nouit q̄dam de penitentiis & remis.

¶ Ad tertium dicendum: q antecedens est falsum: & consequentia nullā habet efficaciā: etiam existente antecedente uero. Nam nomina dignitatum attribuuntur uniuersali Ecclesiæ non ratione auctoritatis: sed ratione alicuius alterius inclusi in significatis talium nominum. Nam Ecclesia dicitur mater quia per aquā regenerant ministri Ecclesiæ baptismo fideles. Augustinus super psalmo. cxxvii. dixit quomodo: mater eius est Ecclesia: & misi quia ipse Christus est in Christianis quos per baptismū gignit parit Ecclesia: secundū quē modum etiam Papa uocatur filius Ecclesiæ. Vocatur quoq Regina Ecclesia: sicut & aīa rationalis pp uirtuosum regimē: iuxta illud: Si bene te rexeris es dignus nōīe Regis. Aīas uero ratiōales uocari Reginas habet. Can. vi. Sexaginta sunt Reginæ: De Ecclesia uero sequit̄ imediate: Vna est columba mea: Vbi glosa Haymonis ait: Vna columba mea: hæc est una catholica per uniuersum orbem diffusa ecclesia: quæ ex Regina & adolescentibus constat. De his satis dictum fuit in primo libro. Quod uero nomina talium dignitatum attribuantur Papæ probatur: Nam dicitur Pater patrum uocans in suis literis cunctis fideles filios. Inde Augustinus & habetur in capitulo Quorum uices di. xviii. ait: Pro patribus nati sunt tibi filii: patres missi sunt Apostoli: Pro Apostolis filii nati sunt & constituti Episcopi: Hodie. n. Episcopi qui sunt per uniuersum mundū unde nati sunt? ipsa Ecclesia patres illos appellat. Hæc Augustinus. B. uero Bernardus scribens uniuersitati Pisanæ de Innocentio Papa inquit: Honorantium & uniuersitatis patrem. Quod si inferatur ergo Papa erit pater & filius Ecclesiæ. Respondetur: Papam esse patrem Ecclesiæ auctoritate: filium uero generatione spirituali. Huic responsioni consentit glosa in capitulo præadducto. Nec mirum: nam Christus dicitur filius Dauit & pater eius: & Eps uocat̄ & est filius naturalis alicuius mulieris cuius erit pater spiritualis. Verum q Ecclesia uocetur domina non sufficienter probatur: nam secundum solum sensum literalem sacræ scripturæ sumitur efficax argumentum ut ait B. Augustinus: Propheta uero i loco præadduc. deplorabat ruinam Hierusalem urbis quam uocabat dominum. At Synodus uniuersalis uocat Ecclesiam Romanā dominam & per consequens Papam dominum in capitulo oportet: di. lxxix. Ad dictum B. Bernardi respondetur: q Papa non est dominus Episcoporum ut dominus refertur ad seruum: quia eorum frater: sed est dominus Episcoporum ut dominus refertur ad subiectum quoquomodo. Idem dicit̄ de Romana Ecclesia. hic quoq dominatus uocatur ministerium ratione utilitatis prouenientis in subditos propter talem dominatum. Quæ uero dicuntur de sponso proposito non conferunt.

¶ Ad quartum dicendum est: q Papæ potestas est indeuiabilis propter tria: primo propter legem euangelicam: secundo propter assistentiam Christi ut dictum fuit: tertio propter promissionem factam soli Petro: Lucæ xxii. Rogaui pro te ut non deficiat fides tua: & hoc q̄ū ad spectantia ad fidem: sufficit uero hæc rectitudo indeclinabilis supremæ potestati. Quod si uniuersalis Ecclesiæ consideretur in membris diuisim uel coniunctim acceptis potest in cæteris declinare: sicut & Papa.

¶ Ad quintum respondetur: q notanter textus dicit quædam: non. n. omnia dicta Petro possunt referri ad Ecclesiam uniuersalem: sicut est illud Math. xvi. Beatus es Symon Bariona: q caro & sanguis reuelauit tibi. Itidē illud lucæ. xxii. Tu quersus pfirma fratres tuos. Et illud Io. Vltimo: Symō Ioānis pasce oues meas. Demū nec illd uenite post me faciā uos fieri piscatores hoīum. Referēda ergo sūt ad

ecclesiam idest ad successores Petri per totum Ecclesiæ decursum: ut eorum illustris sit intellectus.

¶ Ad confirmationem respondetur: quod aliquid significare: siue figurare: siue repræsentare aliud contingit multipliciter: primo modo secundum naturæ identitatem ut dicitur ad hebr. primo de filio Dei: Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.

¶ Secundo secundum proprietatis similitudinem: ut Ecclesiam archa Noe.

¶ Tertio secundum acceptæ auctoritatis potestatem: sicut prætor Imperatorem: Vicarius Episcopum: Legatus Papam: ut in capitulo Sane de offi. dele. & Papa Christum. Inde Ho. iii. in capitulo Quanto: extra de traslat. prælat. dicit: quod Papæ & Christi idem consistorium est.

¶ Quarto propter procurationis impositionem: Vnde is dicitur agere cuius procuratorio nomine agitur.

¶ Quinto secundum similitudinis repræsentationem: ut agnus paschalis Christum: & uetera quæ sunt noui testamenti secundum illud primæ ad cor. x. Hæc omnia in figura contingebant illis.

¶ Sexto secundum acceptionem alicuius potestatis aut dignitatis pro se ac suis successoribus: quomodo recipiens castrum a Rege pro se ac filiis suis dicitur figurare uel repræsentare filios suos.

¶ Septimo secundum successionem dignitatis: hoc modo Episcopi dicuntur figuram gerere. xii. Apostolorum: & præsbyteri lxxii. discipulorum: iuxta glo. Lucæ decimo: & iuxta c. in nouo di. xxi.

¶ Octauo secundum unitæ auctoritatis potestatem: quomodo Rex repræsentat regnum & caput corporis membra: hoc modo quicquid facit Papa caput Ecclesiæ dicitur facere ecclesia: ut in capitulo pia: de except. libro Septimo.

¶ Nono secundum similitudinis expræssionem: ut senatus populum: hoc modo collegium Reuerendissimorum dominorum Cardinalium quod est quasi senatus uniuersalis Ecclesiæ iuxta capitulum ecclesia. xvi. q. prima dicitur repræsentare uniuersalem ecclesiam.

¶ Decimo secundum electionis facultatem: sicut capitulum sedem Episcopi sede uacante: ut in capitulo in his extra de ma. & obe. hoc modo collegium Reuerendissimorum dominorum Cardinalium dicitur repræsentare Papam. sede uacante in aliquibus: ut in capitulo in nomine domini: di. xxiii. & in capitulo Ne Romani de elec. in cle. Hæc uero prænotauimus. ut clarior habeatur intellectus illorum uerborum: Petrus quando claues accepit Ecclesiam sanctam significauit. Non n. dicendum est: quod omnibus prædictis modis significauerint ut patet consideranti: sed sexto septimo & octauo modis. Nam datæ sunt claues Petro pro se ac suis successoribus ac uniuersis prælatis. Et hunc sensum si diligenter aduerteris sonat capitulum Quodcunque præaductum. Non ergo dicendum est quod auctoritas aliqua iurisdictionis sit data uniuersali Ecclesiæ pro omnibus membris: sed solummodo pro personis determinatis ut Episcopi & curati: ac reliqui sacerdotes pro uoluntate Petri. Inde Ambrosius in libro de penitentia loquens de potestate ligandi atque soluendi ait. Recte ergo Ecclesia utrunque uendicat quæ ueros sacerdotes habet. Nec obstat quod Ecclesia in similibus auctoritatibus dicatur uniuersa siue uniuersalis siue omnis: quia ista uniuersalitas non est accipienda respectu membrorum: sed locorum: temporum: ac eorum quæ dicta fuere in libro superiore.

¶ Ad sextum dicendum est: quod cum Petrus pro se & omnibus prælatis claues accepit dicitur quoque easdem claues ecclesiam quæ est ipsa domus Dei accepisse: Tum propter unitatem capitis ac membrorum Ecclesiæ: Tum quia potior pars Ecclesiæ claues accepit. Datæ n. sunt ut ait B. Hieronimus: Ecclesiæ in Episcopis & præsbiteris. Tum quia datæ fuerunt succedentibus per uaria tempora in Ecclesia. Inde dicuntur claues ecclesiæ: quia per eas patet ingressus in ecclesiam: & quia fides Ecclesiæ multum operatur in ipsis quomodo & sacramenta dicunt ecclesiæ.

¶ Ad septimum dicendum est quod antecedens est falsum: ut patuit supra in responsione ad secundum. Inde B. Augustinus in sermone quodam apostolorum Petri & Pauli ait. Hic est Petrus in illa cælestium discipulorum schola præcipuus ac primus ydoneus: qui uerba uitæ ex Christi ore suscipiens interpres legis: assertor gratiæ: destructor synagogæ: Ecclesiæ reparator. & ideo solus inter Apostolos meruit audire: Amen dico tibi Tu es Petrus: & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meã. Hec Augustinus. Ad probationem primæ partis respõdetur quod Petrus pro se & uice omniũ accepit: sed differenter: Nam ipse secundum

plenitudinem & excellentiā claues accepit &
ut caput: princeps: & Rex: Cæteri uero in or-
dine ad ipsum: & ut coadiutores & tāq̃ uoca
ti a Deo medio Petro in partē sollicitudinis.
Nec mirum: Nam cū principalior Petrus fue
rit in confessione: ita principalior in remune
ratione: & qui pro omnibus accepit & ꝑ om
nibus. Inde glo. sup uerbis ꝑfatis inquit Quia
ꝑ cæteris confessus est ꝑ cæteris collatis claui
bus donatus est. Et B. Ambrosius: ut habetur
in capitulo fidelior di. l. ait: Fidelior factus est
Petrus postq̃ fidē se perdidisse defleuit: ac ideo
maiorem gratiam reperit: ut qui sibi ante in-
firmus fuerit fieret omnibus firmamentum:
ut qui se interrogationis tentatione mutaue-
rat: cæteros fidei stabilitate fundaret. Confir-
mat præfatam responsionem B. Bernardus
ad Eugenium libro secundo scribens: Tu es
cui traditæ sunt claues regni cælorum: cui oues
creditæ sunt. Sunt quidem & alii cæli ianito
res & gregum pastores: sed tu tanto glorio-
sius quanto differentius utrūq̃ ꝑ cæteris no-
mē hereditasti. Habent alii assignatos greges
singuli singulos: tibi uniuersi crediti sunt.
Vnus uni nonmodo ouium sed & pastorum:
tu unus omnium pastor. Vnde id probem q̄
ris? ex uerbo Domini. Cui. n. non dico Epi-
scoporum sed etiam aliorum Apostolorum
sic absolute & indistincte totæ commissæ sunt
oues? Si me inquit amas pasce oues meas.
Hæc Bernardus. Ad secundum partem ante
cedentis dicitur: q̄ sincathegorema uniuersa
le additum termino transcendenti idem si-
gnificat ex parte rei siue significati: siue adda
tur in singulari numero siue in plurali. Idem
n. significat omnis res & omnes res: similiter
quodcūq̃ ens & quæcūq̃ entia.

¶ Ad octauum dicendum est: q̄ potestas su
prema semper manet in Ecclesia in Christo
uniformiter sedente in imperio militantis Ec
clesiæ: ut in quarto libro probabitur. De Chri
sto. n. dicitur: Dan. vii. Potestas eius potestas
æterna: & regnum eius quod non corrūpet.
Manet quoq̃ secundum diuinam ordinatio
nē: sicut & sedes Episcopi mortuo Episcopo
secundum ordinationem Papæ: sicut & pri-
uilegium reale quod in hoc distinguitur a
personali: quia non extinguitur cum perso-
na. l. sicut. ff. Quod cuiusq̃ uniuersitas. & in l.
proponebatur. ff. de iudi. Perseuerat idem in
apostolica sede q̄ nūq̃ morit: Extra de rescri.
capitulo si gratiose li. vi. Vnde sedes mortuo
Papa non dicitur deficere: sed uacare. Hinc
Leo Papa in sermone secundo suæ consecra
tionis ait: In sede Petri uiuit potestas & exce-
lit auctoritas: Viuit demum uirtualiter & per
seuerat: quia manet semper potestas ad eligē
dum. Possumus etiam respondere potesta-
tem supremam remanere deficiente Papa in
effectu: nam ut in capitulo ꝑadducto Ne Ro
mam in cle. Collegium Cardinalium potest
exercere multa que Papa quando talis ur-
geret necessitas q̄ nouam Romani pontificis
electionem expectare nimis damnosum fo-
ret. Remanet etiam officium camerarii uel pe
nitentiariorum Papæ eo mortuo: ubi supra &
in capitulo Vbi periculum eo ti. in sexto.

¶ Ad nonum dicendum est: q̄ teste diuo
Thoma in prima. i. q. ciiii. ar. secundo in c. du-
pliciter aliquid conseruat aliquā rem in esse.
Vnomodo indirecte & per accidens: per hoc
q̄ remouet uel impedit actionem corrumpē
tis. Alio modo directe & per se: quia ab eo de
pendet esse alterius: sicut a causa dependet
effectus. Vtroq̃ modo aliqua res creata inue
nitur esse alterius conseruatiua: sicut sal impe
dit carnes a putrefactione: & philosophus di
cit in secūdo metaph. q̄ primus motus est cau
sa continuitatis generationis. Hos modos cō
seruandi habet Ecclesia: Christum quidem
q̄tum ad utrūq̃ de quo propheta cecinit di-
cens: Nisi dominus custodierit ciuitatem fru
stra uigilat qui custodit eam. Angelos q̄tum
ad primum Esaie. lxii. Super muros tuos Hie
rusalem constitui custodes tota die ac nocte.
Glo. idest Ecclesiam. Hinc Bernardus super
cant. homelia lxxviii. dicit: Bene tecum agitur
o Mater Ecclesia: bene tecum agitur in loco
peregrinationis tuæ: de cælo & terra uenit au
xilium tibi: Qui custodiunt te non dormitāt
neq̃ dormiunt custodes tui Angeli: spiritus &
animæ iustorum. Non errat qui te ab utrisq̃
sentit custodiri.

¶ Habet quoq̃ potestatem iurisdictionis se
cundum quam & directe & indirecte aliquo
modo Ecclesia se custodit. Vnde Bonifacius
martyr & habetur in capitulo. Si papa di. xl.
ait: Pro statu perpetuo Papæ uniuersitas fide
lium tanto instantius orat q̄to salutem suam
post Deum ex illius incolumitate animaduer
tit propensius pendere. Conseruat etiam se in
instinctum gratiæ Dei: sacrarum litterarum le-
ctione: sacramentorum efficacia. Et hæc ma-
gna est conseruatio & magnum regimen sin
gulorum membrorum Ecclesiæ uiuorum in
q̄ ac uerorum: utpote q̄ fide: spe ac charitate

Christo sunt iuncta. Seneca: Vis regnū? Do tibi magnū: Rege teipsum. Nō igit̄ imaginādū est esse uirtutē ɔseruatiuā in Ecclesia uniuersa si a pdictis distinctam.

Ad decimū: Videt̄ q̄ modi essendi i alio si cut i subiecto sicut i fine & sicut in repsentāte sunt diuersarū rationū. Ideo non eis cōpetere possunt ut sic ea q̄ ɔsequunt̄ modū essēdi: si cut i subiecto: nā certū est q̄ ymago repsentās regē nequit exercere opera regis. Propterea male ɔcludit̄ potestas iurisdictionis est in Papa sicut in subiecto: & in aliis sicut in fine uel figura. Ergo habet auctoritatē Papæ digniorem modo: qui totum oppositum sequitur: ut patet bene ɔsiderāti diuersitas illas rōues modorū essendi in. Quæ dicta sunt i responsione ad secūdū suffragant̄ quoque solutione pñtis rationis.

Titulus Septimus de Auctoritate Sūmi Pōtificis respectu eorū q̄ ueritatē & iusticiā ɔcernūt Imperii militātis Ecclesiæ.



DEINDE ɔsiderādum est de auctoritate Sūmi Pontificis respectu eorū q̄ ueritatē & iustitiā ɔcernūt Imperii militātis Ecclesiæ: Circa quā quæruntur tria.

Primo. An ad summum Pontificē pertineat leges ɔdere ac diuinas litteras interpretari.

Secundo. An iudicium Romani Pontificis sit irrefragabile.

Tertio. An ad solum Romanum Pontificem spectet canonizatio sanctorum.

Vtrum ad summum Pontificem pertineat leges condere ac diuinas litteras interpretari: Quæstio Prima.



D primā q̄stionē sic proceditur. Videt̄ q̄ ad summum Pontificem nō pertineat leges ɔdere aut diuinas litteras interpretari: Primo q̄dem: leges pcipue ɔdūtur propter iudicia: & ad repellendas fraudes & iniurias: Sed propter hæc nō uidetur licere ɔdere leges iuxta illud Matth. v. Si q̄s uoluerit tecum in iudicio ɔtendere & tollere tunicā: dimitte ei & palliū: it dicit̄ Apostolus prime ad Cor. vi. ait. Quare nō magis iniuriā accipitis & fraudē patimini? ergo nō est ad sūmū Pōtificē spectare leges ɔdere.

Præterea: Determinare ea q̄ sunt Dei uidet̄ esse solius Dei: sed diuinæ litteræ sunt Deo solo dictante cōpositæ: scribit̄. n. prime Petri primo: Nō. n. uolūtate humana allata ē aliquādo prophetia: sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Igit̄ nō uidet̄ spectare ad summum Pontificē interpretatio siuæ determinatio intellectus diuinarum litterarum.

Præterea: Ad ea q̄ sunt Fidei nō ē Romani Pōtificis addere uel minuere: iuxta illud Apoc. ultimo. Si q̄s aliq̄d apposuerit ad uerba hæc, apponet Deus super illū plagas scriptas in libro isto: & si q̄s diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partē eius de libro uitæ. Sed diuinæ Litteræ sunt Fidei: Igit̄ nō spectat ad Romanū pōtificē addere uel minuere ad eas: quod fit per interpretationē.

In oppositum est quod habet̄ in capitulo ideo. xxv. q. pria. Itē ait Felix Papa i capitulo Cōstitutiōes di. x. Cōstitutiões inq̄t ɔtra canones & decreta psulū Romanorū uel bonos mores nullius sunt momenti. Itē. xxiiii. q. prima. capitulo quotiens Innocētius Papa dicit: Quotiens ratio Fidei uentilat̄ arbitror oēs fratres & coepos nostros nōnisi ad Petrū idest sui nominis & honoris auctoritatē referre debere.

Respōdeo dicēdum: Huic q̄stioni satis nō nullis ɔclusionibus faciendum est: Quas secundū canones ac sacros Theologos pcipue S. Thomam probare conabimur.

PRIMA CONCLVSIO: Ad sūmū Pontificē pertinet leges ɔdere. Hæc pbata fuit in prio libro: q̄a Rex: princeps ac pastor omniū. Hinc i capitulo ideo. xxv. q. pria. §. his dicit: Sacri q̄dē canones ita aliq̄d ɔstituūt̄ut sue interpretationis auctoritatē: sanctæ Romanæ ecclesiæ reseruēt: & ratione subiungit. Ipsi nāq̄ soli canones ualēt interptari q ius ɔdēdi eos habēt.

Secunda cōclusio: est de necessitate salutis subesse Romano Pōtifici. Hanc S. Thomas in libro de erroribus græcorū capitulo lxxii. sic declarat: Ostendit̄ etiā q̄ subesse Romano Pōtifici sit de necessitate salutis: dicit. n. Cyrillus i libro Thesaurorū: Itaq̄ fratres mei sic Christū imitemur: ut ipsius oues uocē audiamus: Manētes in Ecclesia Petri nō inflemur uento superbiæ: ne forte tortuosus serpēs pp̄ter nostrā ɔtentionē nos eiiciat ut Euā olim de Paradiso. & Maximus in Epistola orientalibus directa dicit: Coadunatam & fundatam supra Petrā ɔfessionis Petri dicimus uniuersalē Ecclesiā se

plenitudinem & excellentiã, claues accepit & ut caput: princeps: & Rex: Cæteri uero in ordine ad ipsum: & ut coadiutores & tãq̃ uocati a Deo medio Petro in partẽ sollicitudinis. Nec mirum: Nam cũ principalior Petrus fuerit in confessione: ita principalior in remunératione: & qui pro omnibus accepit & p̃ omnibus. Inde glo. sup uerbis p̃fatis inquit Quia p̃ cæteris confessus est p̃ cæteris collatis claui bus donatus est. Et B. Ambrosius: ut habetur in capitulo fidelior di. I. ait: Fidelior factus est Petrꝰ postq̃ fidẽ se perdidisse defleuit: ac ideo maiorem gratiam reperit: ut qui sibi ante infirmus fuerit fieret omnibus firmamentum: ut qui se interrogationis tentatione mutaue rat: cæteros fidei stabilitate fundaret. Confirmat præfatam responsionem B. Bernardus ad Eugenium libro secundo scribens: Tu es cui traditæ sunt claues regni cælorũ: cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alii cæli ianitores & gregum pastores: sed tu tanto gloriosius quanto differentius utrũq; p̃ cæteris nomẽ hereditasti. Habent alii assignatos greges singuli singulos: tibi uniuersi crediti sunt: Vnus uni non modo ouium sed & pastorũ: tu unus omnium pastor. Vnde id probem q̃ris? ex uerbo Domini. Cui. n. non dico Episcoporum sed etiam aliorum Apostolorum sic absolute & indistincte totæ cõmissæ sunt oues? Si me inquit amas pasce oues meas. Hæc Bernardus. Ad secundum partem ante cedentis dicitur: q sincathegorema uniuersale additum termino transcendenti idem significat ex parte rei siue significati: siue addatur in singulari numero siue in plurali. Idem n. significat omnis res & omnes res: similiter quodcũq; ens & quæcũq; entia.

¶ Ad octauum dicendum est: q potestas suprema semper manet in Ecclesia in Christo uniformiter sedente in imperio militantis Ecclesiæ: ut in quarto libro probabitur: De Christo. n. dicitur: Dan. vii. Potestas eius potestas æterna: & regnum eius quod non corrũpet. Manet quoq; secundum diuinam ordinationẽ: sicut & sedes Episcopi mortuo Episcopo secundum ordinationem Papæ: sicut & priuilegium reale quod in hoc distinguitur a personali: quia non extinguitur cum persona. I. sicut. ff. Quod cuiusq; uniuersitas. & in. I. proponebatur. ff. de iudi. Perseuerat itidem in apostolica sede q̃ nũq̃ morit: Extra de rescri. capitulo si gratiose li. vi. Vnde sedes mortuo Papa non dicitur deficere: sed uacare. Hinc Leo Papa in sermone secundo suæ consecrationis ait: In sede Petri uiuit potestas & excellit auctoritas: Viuit demum uirtualiter & perseuerat: quia manet semper potestas ad eligẽdum. Possumus etiam respondere potestatem supremam remanere deficiente Papa in effectu: nam ut in capitulo p̃adducto Ne Romam in cle. Collegium Cardinalium potest exercere multa que Papa quando talis urgeret necessitas: q nouam Romani pontificis electionem expectare nimis damnosum foret. Remanet etiam officium camerarii uel penitentiariorum Papæ eo mortuo: ubi supra: & in capitulo Vbi periculum eo ti. in sexto.

¶ Ad nonum dicendum est: q teste diuo Thoma in prima I. q. ciiii. ar. secundo in c. duppliciter aliquid conseruat aliquã rem in esse Vno modo indirecte & per accidens: per hoc q remouet uel impedit actionem corrumpẽtis: Alio modo directe & per se: quia ab eo dependet esse alterius: sicut a causa dependet effectus. Vtroq; modo aliqua res creata inuenitur esse alterius conseruatiua: sicut sal impedit carnes a putrefactione: & philosophus dicit in secũdo metau. q primus motus est causa continuitatis generationis. Hos modos cõseruandi habet Ecclesia: Christum quidem q̃tum ad utrũq; de quo propheta cecinit dicens: Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam. Angelos q̃tum ad primum Esaie. lxii. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die ac nocte. Glo. id est Ecclesiam. Hinc Bernardus super can. homelia lxxviii. dicit: Bene tecum agitur o Mater Ecclesia: bene tecum agitur in loco peregrinationis tuæ: de cælo & terra uenit auxilium tibi: Qui custodiunt te non dormitãt neq; dormiunt custodes tui Angeli: spiritus & animæ iustorum. Non errat qui te ab utrisq; sentit custodiri.

¶ Habet quoq; potestatem iurisdictionis secundum quam & directe & indirecte aliquo modo Ecclesia se custodit. Vnde Bonifacius martyr & habetur in capitulo. Si papa di xl. ait: Pro statu perpetuo Papæ uniuersitas fidelium tanto instantius orãtq̃ salutem suam post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere. Conseruat etiam se in instinctum gratiæ Dei: sacrarum litterarum lectione: sacramentorum efficacia. Et hæc magna est conseruatio & magnum regimen singulorum membrorum Ecclesiæ uiuorum in q̃ ac uerorum: utpote q̃ fide: spe ac charitate

Christo sunt iuncta. Seneca: Vis regnũ: Do tibi magnũ: Rege teipsum. Nõ igitur imaginãdũ est esse uirtutẽ ꝯseruatiuã in Ecclesia uniuersali a pdictis distinctam.

¶ Ad decimũ rñdetur: q modi essendi i alio sicut i subiecto sicut i fine & sicut in repsentãte sunt diuersarũ rationũ: Ideo non eis cõpetere possunt ut sic ea q̃ ꝯsequuntur modũ essẽdi i: sicut i subiecto: nã certũ est q ymago repsentãs regẽ neqt exercere opera regis. Propterea male ꝯcludit: potestas iurisdictionis est in Papa sicut in subiecto: & in aliis sicut in fine uel figura. Ergo habet auctoritatẽ Papæ digniori modo: qm totum oppositum sequitur: patet bene ꝯsideranti diuersas illas rõnes modorum essendi in Quæ dicta sunt i responsione ad secũdũ suffragant quoque solutione psentis rationis.

¶ Titulus Septimus de Auctoritate Sũmi Põtificis respectu eorũ q̃ ueritatẽ & iusticiã ꝯcernũt Imperii militãtis Ecclesiæ.

DEINDE ꝯsiderãdum est de auctoritate Sũmi Pontificis respectu eorũ q̃ ueritatẽ & iustitiã ꝯcernũt Imperii militãtis Ecclesiæ: Circa quã ꝗrunt tria.

¶ Primo. An ad sũmum Pontificẽ pertineat leges ꝯdere ac diuinas litteras interpretari.

¶ Secundo. An iudicium Romani Pontificis sit irrefragabile.

¶ Tertio. An ad solum Romanum Pontificem spectet canonizatio sanctorum.

¶ Vtrum ad sũmum Pontificem pertineat leges condere ac diuinas litteras interpretari: Quæstio Prima.

AD primã q̃stionẽ sic proceditur: Videtur q ad sũmum Pontificem nõ pertineat leges ꝯdere aut diuinas litteras interpretari: Primo qdem: leges pcipue ꝯduntur propter iudicia: & ad repellendas fraudes & iniurias: Sed propter hæc nõ uidetur licere ꝯdere leges iuxta illud Math. v. Si qs uoluerit tecum in iudicio ꝯtendere & tollere tunicã: dimitte ei & palliũ: itidẽ Apostolus prime ad Cor. vi. ait: Quare nõ magis iniuriã accipitis & fraudẽ patimini: ergo nõ nisi ad sũmũ Põtificẽ spectare leges ꝯdere.

¶ Præterea: Determinare ea q̃ sunt Dei uidetur esse solius Dei: sed diuinæ litteræ sunt Deo solo dictante cõpositæ: scribitur. n. prime Petri primo: Nõ. n. uolũtate humana allata ẽ aliquãdo prophetia. sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Igitur nõ uidetur spectare ad sũmum Pontificẽ interpretatio siue determinatio intellectus diuinarum litterarum.

¶ Præterea: Ad ea q̃ sunt Fidei nõ ẽ Romani Põtificis addere uel minuere: iuxta illud Apoc. ultimo. Si qs aliqd apposuerit ad uerba hæc. apponet Deus super illũ plagas scriptas in libro isto: & si qs diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partẽ eius de libro uitæ. Sed diuinæ Litteræ sunt Fidei: Igitur nõ spectat ad Romanũ pontificẽ addere uel minuere ad eas: quod fit per interpretationẽ.

¶ In oppositum est quod habetur in capitulo ideo. xxv. q. prima. Itẽ ait Felix Papa i capitulo Cõstitutiões di. x. Cõstitutiões inqt ꝯtra canones & decreta psulũ Romanorum uel bonos mores nullius sunt momenti. Itẽ. xxiiii. q. prima. capitulo quotiens Innocẽtius Papa dicit: Quotiens ratio Fidei uentilatur arbitror oẽs fratres & coẽpos nostros nõnisi ad Petrũ idest sui nominis & honoris auctoritatẽ referre dẽbere.

¶ Respõdeo dicẽdum: Huic q̃stioni satis nõ nullis ꝯclusionibus faciendum est: Quas secundũ canones ac sacros Theologos pcipue S. Thomam probare conabimur.

¶ PRIMA CONCLVSIO: Ad sũmũ Pontificẽ pertinet leges ꝯdere. Hæc pbata fuit in prio libro: qa Rex: princeps ac pastor omniũ. Hinc i capitulo ideo. xxv. q. pria. §. his dicitur: Sacri qdẽ canones ita aliqd ꝯstituerunt sue interpretationis auctoritatẽ: sanctæ Romanæ ecclesiæ reseruẽt: & rationẽ subiungit: Ipsi nãq soli canones ualẽt interpretari q ius ꝯdẽdi eos habẽt.

¶ Secunda cõclusio: est de necessitate salutis subesse Romano Põtifici. Hanc S. Thomas in libro de erroribus græcorum capitulo. lxxii. sic declarat: Ostendit etiã q subesse Romano Põtifici sit de necessitate salutis: dicit. n. Cyrillus i libro Thesaurorum: Itaq fratres mei sic Christũ imitemur: ut ipsius oues uocẽ audiamus: Manẽtes in Ecclesia Petri nõ inflemur uento superbiæ: ne forte tortuosus serpẽs ppter hostiã ꝯtentionẽ nos eiiciat ut Euã olim de Paradiso. & Maximus in Epistola orientalibus directa dicit: Coadunatam & fundatam supra Petrã ꝯfessionis Petri dicimus uniuersalẽ Ecclesiã se

cundū diffinitionē Saluatoris:in q̄ de necessitate salutis aīarū ī starū ē manere & ei obedire sui seruātes fidē & ꝯfessionē. Hæc S. Thomas.

¶ Tertia ꝯclusio: Hereticū est dicere nō esse obediendū legibus papalibus. Hanc ꝓbat S. Tho. ꝑ capitulū oēs di.xxii. Itē auctoritate Cyrilli Alexandrini Epi dicētis i libro secundo Thesaurorum: Vt mēbra maneamus i capite nro apl̄ico Throno Romanorum pōtificū: a quo nostrū est q̄rere q̄d credere: q̄d tenere debeamus: ipsū uenerantes: ipsum rogantes ꝑ oibus. Quoniā ipsius solius est rephēdere: corrigere: statuere: disponere: soluere & i loco illius ligare q̄ ipsum edificauerit: & nulli alii quod suū est plenum sed ipsi soli dedit: cui oēs iure diuino caput inclinant: & primates mundi tāq̄ ipsi domino Iesu obediunt. Hæc Cyrillus.

¶ Quarta ꝯclusio: Nō obedientes Romano pōtifici sunt scismatici. Hanc ꝓbat S. Tho. in iiii. senci.xiii. ceu latius dictū fuit i libro supiore Titulo ultimo q̄stione octaua. Quomō uero excusent legibus Papæ nō obedientes hēs singulariter ea S. Tho. i quolibeto prio.q.xix.

¶ Quinta ꝯclusio: Papa nō potest nouos articulos facere aut editos remouere. probat hanc idem S. Thomas in quarto di.xviii.quia hoc est potestatis excellentiæ:q̄ soli xp̄o debet.

¶ Sexta ꝯclusio: Ad Papā ptinet determinare ea q̄ sunt fidei: & principaliter. Hanc ꝓbat idē S. Thomas ꝯtra errores græcorum capitulo.vii. Auctoritatibus sanctorum atq̄ hac ratione: q̄ ei Dominus dixerit Lucæ.xxii. Ego rogaui ꝑ te ut nō deficiat fides tua. Itē pp meritū ꝯfessionis Fidei quā primus Petrus ꝯfessus est: ut habet Math.xvi. Idem probat in.xxii.q xi.ar.iii.

¶ Septima ꝯclusio: Ad summum Pōtificē ptinet ordinare simbolum Fidei. Hanc ꝓbat S. Thomas i secunda secundæ.q.pria.ar.ultimō. Rationibus iam potestatis. Probat quoq̄ sententiā synodi ꝓhibentē nouam editionē symboli nō ligare summum Pontificē sed solūmō priuatas ꝑsonas: ad quas nō spectat determinatio eorum q̄ sunt Fidei: Hinc Romana & apostolica sedes ꝑ sanctos patres magistra ac mater Fidei noīatur: ut patet i capitulo oēs di.xxii.

¶ Octaua ꝯclusio: Ad summum Pontificē ptinet iterpretari diuinas litteras & dubia declarare quæ emergunt circa ius naturale siue diuinum: pateat q̄uis hec ꝯclusio ꝯsiderātis ꝓ rationibus pcedentium: tamen adhuc roboratur auctoritatibus sacrorū canonum ac sanctorum exēplis. Cōfirmat.n.xxiiii.q.pria capitulo Quotiens: & i multis aliis capitulis ibidē. Fauet dictis capitulū oēs di.xxii.& capitulū cuiuero di.xix. Exēplū uero priūm est i B. Paulo: qui quæstionem legalium detulit ad Petrū Q. uare B. Hieronymus in epl̄a ad Augustinum q̄ incipit: Simul tres epl̄as ait: Tantæ Petrus auctoritatis fuit ut Paulus i epl̄a sua scripserit: Deinde post ānos tres ueni hierosolymam uidere Petrum: & mansi apud eum diebus quīndecim. Rursum i ꝯsequentibus: Post annos quattuor decim ascendi hierosolimā cum Barnaba assumpto & Tito: Ascendi āt secundū reuelationem: & exposui eis euangeliū quod ꝑdico inter gentes: ostendens nō habuisse securitatem euangelii ꝑdicandi nisi Petri & q̄ cū eo erant snia roboratū fuisset. Statimq̄ sequit: Seorsum āt his q̄ uidebantur esse aliq̄d: ne forte i uanū currerem aut cucurrissem. Hæc Hieronymus. Exēplum secundū ē eiusdē Hieronymi: ut habet i capitulo. Hæc ē fides.xxiiii.q.pria. Cōfirmanē ꝑdicta auctoritatibus B. Augustini pria eplam fundamenti dicentis: Euangelio nō crederē nisi me catholicæ Ecclesiæ cōmoueret auctoritas. Item in libro de.q.ueteris & noui test q.lxxxix. ait: Sicut i Saluatore erāt omnes causæ Magisterii: ita & post Saluatorem oēs ꝯtinētur in Petro B. quoq̄ Hieronymus libro q̄nto de uiris illustribus capitulo.viii. iquit: Marcus discipulus & interps Petri iuxta quod Petrum audierat referentē rogatus Romæ a fratribus breue scripsit Euangelium: quod cū Petrus legisset approbauit: & ecclesiis legendum sua auctoritate tradidit. Hæc ille. Demum B. Augustinus ꝯtra Manicheos: & habet i capitulo. Palam di.xi. ait: Palam est q̄ in re dubia ad fidem & certitudinē ualet auctoritas Ecclesiæ catholicæ: q̄ ab ipsis fūdatissimis sedibus Apostolorum usq̄ in hodiernum diem succedētium sibimet episcoporum serie & tot populorum cōsensione confirmatur. Hæc Augustinus.

¶ Ex his sequitur q̄ ad summum Pontificem pertinet approbare uel iprobare dicta & opuscula doctorum singulorum in his q̄ ad fidem pertinent: iuxta capitulum si Romanorum di.xix. Iddem sequitur q̄ ad eundem pertinet interpretari oīa iura: oēs canones: oēs doctores catholicos: nam unde ius prodiit ab eo interpretatio requiritur: ut extra de sententia excocapitulo inter. memēto uero in p̄sentiarum eorum q̄ dicit glosa in capitulo sicut.xi.q.prima de multiplici interpretatione: nam quædam est magistralis probabilis sed non necessaria: ut magistri: ut. C. de profess.q in urbe Constantino Lunica. quædā est probabilis & necessaria

ut principis. C. de legibus. l. i. & l. ultima.

¶ Vltima ɔclusio est: Decretales epl'æ oẽs siue i Cõcilio factæ siue nõ: siue i corpore iuris i sertæ siue nõ: sunt ab oĩbus uenerabiliter susci piendæ: & studiose exequutioni mandandæ. probatur per Capitulum: Si Romanorũ di. xix. quod & pbat & explanat cõclusionẽ psentem. Ad idẽ est capitulũ si decreta: capitulũ decreta les. di. xx. Idẽ pbat dominus Aluarus Archieps Remensis i libro suo de synodis capito tertio.

¶ Ad primum ergo dicendũ est: q̃ uerba Sal uatoris sunt itelligẽda secundum pparationẽ animi: licet. n. clericis et quod suum est i iudi cio repetere: cum modestia tamẽ & pietate: ne quod iuste licet modo repetendi iniquum effi ciatur. Apostolus uero persuadet Christianum magis iniuriam pati & fraudem q̃ inferre.

¶ Ad secundum respondetur: q̃ sicut Deus tradidit nobis diuinas literas per hoĩes: ita per hoĩes uult easdẽ interptari: nõ necessaria qdẽ interptatione sed utili p doctores: quos Deus uult esse i Ecclesia iuxta sniam B. Pauli i aedi ficationẽ corporis Christi: necessaria uero in terpretatione per Papam.

¶ Ad tertium dicendum est: q̃ minuere in di uinis literis nũq̃ licet: qa singula uerba sacra mentis nõ carent: apponere iplicita declaran do: obscura i lucem deducendo ut faciunt glo sæ doctorũ licet: qui uitæ æternæ singulariter ẽ meritorium. Ecclesiastici. xxiiii. Qui elucidant me uitam æternã habebunt. Verum apponere aut minuere cum impendio nepharium est: & poenæ cõminatæ a Beato Ioanne emeritus impius censetur.

¶ Vtrum Iudicium Romani Pontificis sit irrefragabile. Quæstio Secũda.

AD secundã q̃stionem sic proceditur. Videtur q̃ iudicium Romani Põ tificis nõ sit irrefragabile. Primo quidem: Romanus Pontifex potest errare in fide: ergo illius iudicium nõ est irrefragabile. Ante cedens pbatur: Tum qa uiator est: Tum quia hoc habetur in capitulo. Si Papa. di. xl. Tum quia hoc experimento comprobatum est in Marcellino & Anastasio secundo.

¶ Si dicatur q̃ hoc non põt fieri iudicialiter. Contra arguitur: Possibile est q̃ Romanus Põ tifex icidat i heresim: quã diffiniat cum cõpli cibus suis. Igitur nõ est dicendum q̃ illius iu dicium sit irrefragabile etiam iudicialiter.

¶ Præterea: Quod nulla fulcitur auctoritate diuina cum sit super naturale: ea facilitate cõ temnitur qua pbatur: sed iudiciũ Papæ esse irre fragabile nulla fulcitur auctoritate. Ergo non uidetur dicendum irrefragabile.

¶ Præterea: Arguitur ex declaratione facta p Anastasium secundũ in capitulo. Secundũ ec clesiæ ɔsuetudinem di. xix. i qua quos Acha tius post sniam i se ppalatam sacerdotes uel le uitas ordinauerat Anastasius acceptis benefi ciis rite fungi debere decreuit. Hæc aũt rescripta dicit Gratianus illicita & nõ canonicæ sed cõ tra decreta suorum prædecessorum esse data. Vnde uidetur Papa tunc errasse.

¶ Præterea: Legit de Stephano Papa q̃ colle cto Cõcilio Formosum Papã ɔdẽnauit: & oẽs ordinatiões eius irritas esse decreuit. Ioãnes aũt nonus collecta synodo Rauẽnæ synodũ quã fecerat Stephanus ɔtra Formosum reproba uit. Igitur non uidetur dicendum q̃ Papæ iu dicium sit omnino irrefragabile.

¶ Præterea: Ioãnes. xxii. i declaratione quadã q̃ icipit. Cum inter nõnullos: determinauit q̃ pertinaciter asserere Redẽptorem nrm & Do minum Iesum eiusq̃ Aplos i speciali nõ ha buisse aliqua in cõi est hereticum. Huius oppo situm determinauit Nicolaus tertius i decretali icipiente exiit q seminat iserta libro sexto de cretalium: ubi sic hẽtur. Dicimus q̃ abdicatio proprietatis huiusmodi oĩum rerũ tã i speciali q̃ i cõmuni pp deum meritoria est & sancta: quã & Christus uiã ostendens docuit & exẽplo firmauit: quãq̃ primi fundatores militantis ec clesiæ prout ab ipso fonte hauserunt ita uolen tes pfecte uiuere p uitæ atq̃ doctrinæ ipsorum alueos deriuarunt. Hæc ibi. Igitur alter horum summorũ pontificum errauit cum ɔfirmauerint contradictoria: & per consequens iudicium Papæ non uidetur esse irrefragabile.

¶ Præterea: Idem Dominus Io. xxii. uidetur reuocasse in ɔstitutione snaleca quæ determina uit Dominus Nicolaus tertius uidelicet q̃ fra tres minores i rebus oblatis eis nihil iuris & do minii habent nisi solum usumfructum denu datum ab omni iure & dominio ac pprietate tã i speciali q̃ in cõmuni: igitur irrefragabile nõ uidetur iudicium Romani Pontificis.

¶ Præterea: Pius secundus ascribens cathalo go sanctorũ Diuam Catherinã Senẽsem asser uit eandem passam fuisse stigmata diuinitus ad instar Saluatoris: quod uidetur fuisse reuo catũ p Sixtum quartũ. Ergo errauit alter eorũ.

¶ In oppositum ẽ quod habetur Lucæ. xxii. Ego rogaui p te Petre ut nõ deficiat fides tua.

Inde Diuus Bernardus scribēs Innocentio Pape ait: Oportet ad uestrū referri apostolatum pericula quęq & scādala emergentia i regno Dei: ea presertim q de fide pungunt: Dignum nāq arbitror ibi potissimū resarciri dāna fidei ubi Fides defectum habere nō potest. Hęc quippe prerogatiua ē huius sedis: Cui n. alteri dictū ē: ego rogaui p te Petre ut nō deficiat fides tua.

RESPONDEO: q necesse est dicere iudicium Romani Pōtificis ueri & idubitati exercentis iudicialiter & actu ea q ad Fidē aut salutem populi fidelis spectant esse irrefragabile. Pro cuius clariori intelligētia B. Thomas i quolibeto octauō articulo ait: Aliqd pōt iudicari i possibile secundum se ɔsideratum: quod relatum ad aliqd extrinsecū possibile inuenit. Dico igit q iudiciū eo4 q psunt Ecclesię errare in quibuscūq si eo4 psonę respiciantur tantum possibile est: Si uero ɔsideret diuina prouidentia q Ecclesiam suā spū sancto dirigit ut non erret sicut ipse pmisit Io. xiiii. q sps scūs doceret eos oēm ueritatē de necessariis ad salutē: certū ē q iudiciū uniuersalis Ecclesię errare nō potest i his q ad fidem ptinent. hoc n. impossibile est. Vnde magis est snię Papę stan dum ad quē ptinet determinare de fide: quā in iudicio proferret: q quorūlibet hoium sapientum i scripturis expto4 cū Cayphas quis nequā tamen qa Pontifex legit iscius pphetasse Io. xi. I ti aliis uero scientiis q ad facta particularia pertinent ut cum agit de possessionibus uel de criminibus: uel huiusmodi: possibile est iudicium Ecclesię errare propter falsos testes. Hęc S. Thomas.

PERSVADENT & sniam s. Thomę multa priuilegia Sedis Romanę Aplice a Deo cōcessa: Tum qa Romani Pontificis est determinare ea q sunt Fidei: Formidaret uero semper interius credere assentiens determinatis a Romana Sede nisi psuasum haberet illam errare non posse. Fauet huic rationi longi temporis idest mille & qngentorū fere annorum experientia unde in capitulo i sede. xxiiii. q. prima inqt Eusebius Papa i sede apostolica extra maculam semper est seruata religio. Ad idem faciunt capitulum memoo: & capitulū. Hęc ē fides eiusdē causę & quęstionis. Itē capitulū Quāuis di. xxi. Tum quia hoc uidemus debuisse esse i ecclesia ad tollēda scismata ut. s. semper esset unus cuius sententię isallibili staretur in imperio militātis Ecclesię ut probat s. Thomas quarto cont gēti. cap. lxxvi. Hoc idē comprobarunt uerbis & operibus sanctorū patrū cōcilia ut patet in actis cōciliorum. Vnde Reuerēdissimi Episcopi in Concilio Calcedonē si clamauerunt ut leo sic credimus: qui cōtra dicunt anathema sunt.

INDE quoq Beatissimi ac sanctissimi doctores Ecclesię Augustinus Hieronymus Anselmus Bernardus: ac Thomas submiserūt uolumina sua corrigenda Romano Pontifici: Beatus etiā Ambrosius se in omnibus seq magistram Sanctam Romanā Ecclesiam profitetur ut habetur in cap. Omnis. di. xxii. Iidem Beatus Maximus in epistola oriētalibus directa dicit: Omnes fines orbis qui Deum sincere receperūt & ubiq terrarū catholici Christi fidem cōfitentur in ecclesiā Romanorū pontificum tanq in solem respiciunt & ex ipso catholicę & apostolicę fidei recipiunt ueritatē. At canones idipsum semper docētes i mediū adducere amplius superfluū est. Vnde doctores preclari exponētes illud Lucę. xxii. Ego rogaui pro te ut nō deficiat fides tua aiūt Illud itelligi dēre nō solū d fide Petri psonali simaliter: sed & Ecclesię Romanę cuius successor est illius Eps: Vnde Magnus doctor Albertus super Lucā: exponens uerbum pdictum ait: Vt nō deficiat Fides tua. s. finaliter. Hic argumentū efficax pro Fide Christi & successore ipsius qa Fides ei9 finaliter nō deficiet. Naq prio. Nō adiiciet ultra ut ptranseat p te Belial uniuersus interiit. Item dominus Vgo Cardinalis sup eundē locum ait: Argumentū pro Ecclesia Romana. Itē glo. i capitulo Q dcūq xxiiii. q. pria dicit Nisi erraret Ecclia Romana qd nō credo posse fieri qa Deus nō pmitteret.

Ad primum ergo dicendum est q solutio data recta est: nam Papa ut persona singularis errare pōt: ut uero pastor uniuersalis & exercens spectantia ad fidē minime. Et hoc pp assistentiā Christi Dei: propter efficaciā orationū S. Aplorum Petri & Pauli ac alio4 Romanorum Pontificū Fide ac sanctitate Deo acceptissimo4: pp pmissionē Saluatoris ac maturitatē ɔsilii. Inde in caplo. Si cdi. xix. dic tur: Sic oēs aplicę sedis sanctiōes accipiēdę sunt tāq ipsi9 diuina uoce firmatę. Super quo dicit Archidiaconus: Caute dicit Apostolicę sedis & nō dicit aplici: Sedis autē aplicę sanctiones siue sententia in iudicio prolata a Romano Pontifice intelligitur non quę occulte maliciose: aut inconsulte per solum Romanū Pontificē aut etiā quę per ipsum quā paucis sibi fauētibus aliis in fraudem cōtemptis siue nō uocatis ad partem proferturi sed quę a romano Pō

tifice qui maturo & graui uirorũ sapiẽtum & maxime dominorũ Cardinalium primo Concilio digesta & matirata sancitur & proferrur iuxta Capitulum Aplicæ sedis.xxxv.q.ix.

Ad secundũ (quæ est ratio cc ntra datam responsionẽ) respondet: q Pontifex lapsus in heresim factus est minor cũctis fidelibus: ideo cadens a fide Petri illico cecidit a sede: & per cõsequens auctoritate iudicandi priuatus est: ut in.c.factus:& i.c.Nouatianus.vii.q.i.& extra de offi.uic.c.Nos.Prælatio autẽ ut ait Archidiaconus in cap.quis di.xxi.consistit in tribus: In iudiciis: ut in.c.inferior. In præceptis: ut i.c. nunc aũt in sentẽtiis: ut in.c.deniq; ea.di.

Ad tertiũ patet respõsio per ea q̃ dcã sunt.

Ad quartũ dicendum pro declaratione huius materię q tesibus Magistro sentẽtiarum i quarto di.xxiiii.&.s.Tho.quatuor sũt opiniones. An heretici & pcisi uera sacramẽta conferant. Prima est: q non cõferunt: & hæc non tenetur. Secunda est dicentiũ q conferunt: sed p modo non recipiunt: hæc etiam opinio non tenetur. Alia opinio est q possint cõferre: dũtamen Ecclesiæ formam seruent & intentionem & quantũ ad primum effectum qui est collatio sacramenti:& quantũ ad ultimum qui est collatio gratiæ. Sed hæc opinio etiam stare nõ potest: quia ex hoc q aliquis cõmunicat heretico præciso ab ecclesia in sacramentis peccat. & ita fictus accedit: & per cõsequens gratiã cõsequi non potest: nisi forte in baptismo in articulo necessitatis. Alia opinio est: q heretici uera sacramenta cõferunt: sed cum eis gratiã nõ dant: non propter inefficaciã sacramentorum sed propter peccata recipientium ab eis cõtra ecclesiæ prohibitionẽ. Anastasius igitur secũdum hanc quartam opinionẽ determinauit: ut u; hii quos ordinauerat Achatius essent ordinati: quæ determinatio recta fuit. Archidiaconus uero ait Gratianum fuisse illius opinionis q uera sacramenta non essent apud hereticos & præcisos. Quapropter error potius ascribendus est Gratiano q̃ Anastasio Papæ.

Ad quintum dicendum est: q Altercatio inter Stephanum & Formosum nõ fuit circa ea quæ erant iuris diuini aut fidei: sed circa ea q̃ erãt facti: dum Stephanus credidit Formosum non fuisse uerum Papam. Ioãnes uero nonus oppositum sensit: unde & illius acta confirmauit. Papa uero in his quæ sunt facti errare põt ut dictum est. Vnde.s.Tho.in quarto di.xli.ait Quãuis Ecclesia dono & auctoritate diuina fulciatur: tamen inquantũ est hominum congregatio aliquid ex defectu humano in actibus suis prouenit quod non est dicẽdum.

Ad sextum dicendũ est: q determinatio Ioannis uigesimisecundi non opponitur determinationi Nicolai tertii: nam Io.xxii. determinauit esse hereticum asserere Saluatorem nostrum aut eius Apostolos nunq̃ habuisse aliqd in cõmuni neq; in particulari. Habetur enĩ Io. xiiii. Christum dixisse Iudæ: quod facis fac citius. hoc autẽ nemo sciuit discũbentiũ: ad quid dixerat. Quidam.n. putabant quia loculos habebat Iudas q dixisset ei Iesus. Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis aliquid daret. Super quo dicit.S. Augustinus super Ioannem:& habetur in cap. habebat.xii.q.i. Habebat ergo & dominus loculos a fidelibus oblata conseruans & suorũ necessitatibus & aliis indigẽtibus tribuebat. Itẽ Actuũ quarto de primitiua Ecclesia legitur. Multitudinis autem credentiũ erat cor unũ & anima una: nec quisq̃ eorum quæ possidebant suum esse dicebat: sed erant eis omnia cõmunia. Nicolaus autem tertius asseruit. Christum ac apostolos aliquando nihil habuisse nec in cõmuni nec in particulari: iuxta illud Matth.x. Noli te possidere aurũ: nec argẽtum: nec pecuniam ne ut ait glo. Sancti Hieronymi causa lucri & non causa salutis prædicare uiderẽtur. De xpo etiam Matth.viii.dicitur. Filius hominis nõ habet ubi caput suum reclinet. Glosa Hieronymi: Quid me propter lucra seculi uis sequi: cũ ita pauper sim: ut nec hospitiolum quidem habeam: nec necessario utar tecto. Duplicem ergo paupertatem approbauit: unam pro prędicatoribus aduentus Saluatoris apud iudeos: alteram pro permãsuris in congregatiõe. Vtrãq; autem asserunt primam Ioannes uigesimussecundus secundã Nicolaus tertius. Quare nec contradictoria nec falsa quisq̃ eorum determinauit aut asseruit.

Ad septimum respondetur dupliciter primo q Io.xxii. potius declarauit q̃ reuocauerit: nã in rebus in quibus usus separatur a proprietate & dominio declarat Io.xxii. q fratres minores nullum habent ius sed subiiciuntur immediate Papæ: in his uero quorum usus non separatur a Dominio habent ius. Secundo respondetur q Io.xxii. potest reuocare ea quæ fecerunt prædecessores sui: Propterea posset dici q Papa Io.xxii. dicendo ea uerba reuocauit determinata per Nicolaum tertium.

Ad octauum dicendum Pium Papam in officio ac quibusdam carminibus asserere Di

uam Catherinam Senẽsem fuisse passam stigmata ad instar Saluatoris: quod nullus Pontificum sequentium negasse aliquando legitur aũt eius oppositum in litteris apostolicis affirmasse: quamuis ad se dandos tumultus exortos fuerit prohibitum per litteras apostolicas ac capitulum generale ordinis nostri ne a prelatis ordinis figuræ Beatæ Catharinæ depingerẽtur ad instar figurarum Sancti Francisci cũ stigmatibus. Quibus peractis in Italia mira ostendit Deus circa mulieres multas professionis & habitus Diuæ Catharinæ Senensis quæ uiros præclaros in admirationem ingentem deduxerunt. Patenter & oculata fide innumeris uidentibus & stigmata & maiora in talibus fœminis. Neq; non magni ponderis sunt hæc cum Leo Papa decimus preses nouissimi Cõcilii lateranensis instituerit festum fieri in diocesi Mãtuanã Beate Osannæ uirginis: de qua mira leguntur uiris non solum in ordine prædicatorũ & doctrina & moribus præclaris: sed etiam aliarum religionum ea scribentibus fidemq; perhibentibus.

Vtrum ad solum Romanum Pontificem spectet canonizatio Sanctorum
Quæstio Tertia

AD tertiam quæstionem sic proceditur: Videtur q canonizatio sanctorum non spectet ad solum Romanum Pontificem. Primo quidem: Canonizatio est approbatio fidei: charitatis: ac operum laude dignorum: quibus aliquem donatum a Deo uita æterna fideles certi esse possunt. Sed nullus esse certus potest d hoc: quia nullus ita potest certus esse de statu alicuius sicut ipsemet: quia quæ sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est: ut dicitur prime ad Cor. primo. Sed nemo potest esse certus de seipso: utrum sit in statu salutis: Ecclesiastes nono. Nemo scit utrum dignus sit odio uel amore: Igitur uidetur q Papa neminem possit canonizare.

Præterea in primitiua Ecclesia non omnes sancti canonizabantur per Papam: Igitur exẽplo primitiuæ ecclesiæ. ecclesia sequens potest adorare ut sanctos eos qui non sunt per Papam approbati. Igitur ad solum Romanum Pontificem non spectat canonizatio sanctorum.

Præterea: Episcopi in suis dioecesibus possunt instituere festiuitates sanctorum: ut habetur in cap. Pronunciandum. de consecra. dist. iii. & in cap. ultimo extra de feriis. Igitur etiã sanctos possunt canonizare.

Præterea. approbatio sanctitatis debet fieri per sanctos & non per peccatores. Tum quia dicitur prime ad Cor. tertio. Non enim est cõuentio Christi cũ Belial: aut lucis ad tenebras: Tum quia in primo ethycorum ait Aristoteles unusquisq; bene iudicat ea quæ nouit: & horum bonus est iudex. Sed Papa potest esse peccator. Igitur ad eum non uidetur canonizatio sanctorum spectare.

In oppositum est quod habetur extra de reliq. & ue. sanc. Si per hominem miracula fierent nõ liceret nobis ipsum profecto absq; auctoritate Romanæ Ecclesiæ uenerari.

Respondeo Quattuor pro huius quæstionis dilucidatione sunt dicenda. Primum est quid sit proprie canonizatio sanctorum.

Secundum propter quas causas aliqui sint canonizandi: Tertium erit responsio ad quæstionem. Quartum declaratio modi & ordinis qui cõmuniter consueuit obseruari in canonizatione sanctorum.

CIRCA primum Secundum doctrinam Theologorum ac canonistarum possumus eã sic diffinire. Canonizatio est approbatio sanctitatis alicuius regulariter facta per Ecclesiã qua per Papam nomen illius ascribitur sanctorum cathalogo: ac declaratur quonammodo officium de eo fieri debeat: de Martyre. Confessore uel uirgine: hæc descriptio eadem fere est secundum sententiam cum ea quam tradit Innoc. in ca. extra de reliq. & uene. sanc. Et perfecta ẽ: quia dat per oẽs cãs iuxta doctrinã philosophi i primo de anima Nam causa materialis est sanctitas alicuius: formalis est approbatio: causa efficiens est Papa: causa finalis honor Dei: ac uirtutum sancti canonizando: qui honor continetur in uerbo officium. Modus quoq; designatur: cum dicitur regulariter facta per Ecclesiãm ut infra dicetur.

Pro cuius ampliori noticia animaduertendum: q præces & laudes aliquæ sunt solẽnes & publicæ: ut sunt illæ quæ dicuntur in missarum solemniis ac reliquis officiis diuinis: pariter ad hæc reducuntur dedicatio templi uel sacelli sub titulo sanctitatis: secus uero si non apponatur ut dicere solemus Basilicam Constantini: item erectio altaris & similia: aliæ sunt particulares: ut sunt orationes secretæ uota & huiusmodi. Non itaq; licebit quenquã uenerari precibus & laudibus solennibus sine Romani Pontificis licentia: ut habetur in ca. pri.

extra de reliq.& uen.san.Precibus autem particularibus licet:decet ac utile est uenerari uiros sanctitate conspicuos:quos nouimus mortales mortalia contempsisse:& sancto fine diem clausisse extremum.Donare quoq; tales uiros sepulchro uenerabili decens est:atq; cera ac tabellas pro uotis oblatas pium etiam sanctūq; ē circumquaq; affigere.Rationem etiam non uideo quare non liceat perpetuo lampadem ardentem appendere:cum etiam ad sepulchra nobilium soleant per aliquot dies in locis aliquibus cerea accensa remanere.

¶CIRCA secundum.Aduertendum:ꝙ Canonizatio est testimonium bonitatis. Est autē aliquid bonum simpliciter & secundum quid Bonus homo simpliciter dicitur propter bonam uoluntatem:quæ inferiores potentias dirigit & gubernat.Charitas autem informat uoluntatem in ordine ad Deum.Vnde qui ē bonæ uoluntatis informatæ charitate bonus simpliciter dicitur.& huic soli bonitati canonizatio perhibet testimonium principaliter.Bonitas uero secundum accidens est bonitas in cōparatione:sicut dicimus bene intelligere: bene audire:his etiam perhibet testimonium canonizatis ut charitate informantur.Discretio uero inter bonitatem primam & secundam:& p consequens inter uirum sanctum & non sanctum potest dupliciter euenire.Primo per donum spiritussancti iuxta illud prime ad Cor. xiiii.Alii discretio spirituum.Secundo per indicia a fidedignis habita:quomodo discernitur per Papam:iudicialiter.Quapropter non ē aliquis canonizandus propter solam litterariā peritiam:aut uerbi diuini famosam predicationem:aut propter prudentiam excellentem in gubernando ecclesiam aut propter famam solam sanctitatis:quæ tamen una ex principalioribus causis mouentibus esse debet : aut propter prænunciationem futurorum:quia a Diabolo esse potest iuxta illud.B.Augu.xii. super Gen.ad litteram dicentis:Cum malignus spiritus arripuerit homines:aut demoniacos eos facit.aut arrepticios.aut falsos prophetas:non ꝙ multa uera non prenuncient : sed quia semp talia dicunt intentione fallendi:aut propter solam euidentiam miraculorum.Tū quia a malis hominibus fieri possunt portenta magna:ut ste Beato Augustino:qui in libro de sermone do.in monte ait.Qui dicunt per iniquos homines uisibilia miracula & miraculorum signa fieri non posse:legant quanta fecerunt resistentes Moysi famulo Dei magi egyptiorum per inuocationem demonum:Tum quia nō sunt certa sanctitatis illius qui talia agit signa.Mat. xx.Domine nonne in nomine tuo prophetauimus:& demonia eiecimus:& uirtutes multas fecimus?Quibus dicitur:nescio uos.Postremo sola fides:etiam si magnus feruor fidei ac mirabilis in homine aliquo innotuerit : causa sufficiēs minime est ut quis canonizetur. Chrisostomus:Quandoq; homines sancte uitæ & conuersationis honestæ contingit non tātam fidem habere sicut habent prauæ uitæ hoīes.

¶HIS prænotatis:satis quæstioni faciēdo dicitur:ꝙ ad solum Romanum Pontificem spectat canonizatio sanctorum:aut illorum ueneratio acta precibus solemnibus : ut dictum est. hæc conclusio quāuis pateat per primum capitulum extra de re.& uen.san.tamē illam probat glo.de re.& uen.sanc.in vi.multis rationibus:Prima:quia ista est una de maioribus causis:quæ inter Christianos proponi possint : & sic ad apostolicam sedem referenda: extra de baptismo cap.Maiores.Secunda quia miracula attribuuntur fidei Hæc igitur quæstio cum sit de fide.præcipue est ad sedem apostolicam referenda.xxiiii.q.i.Quotiens:Hic cautus esto ꝙ canonizatio sanctorum secundum Beatū Thomam non est simpliciter de pertinētibus ad fidem.sed medium iter causas fidei & causas cæteras iudiciales : ut paulopost dicemus. Tertio:quia ad Papam spectat declarare dubia scripturarum:Qui fi.sint legi.cap.per uenerabilem:multo fortius dubia sanctitatis quia circa maiora maius periculum uertitur. supra de elec.ubi periculum.Quarto ne propter multorum Episcoporum simplicitatem populum decipi contingat.supra eo.ti.c.i.& ii. Quinto: ne in infinitum contingat sanctos multiplicari:& sic deuotionem refrigescere & sanctitatē uilescere.lxxx.di.Episcopi.Hæc glosa.

¶CIRCA modum & ordinē ne tādū canonizandi ut elicitur a canonum doctoribus: Innocen.Hostien.extra de re.& uen.sanc.ac glo. in sexto eo.ti.cæteris:ꝙ aliqua debent precedere:non nulla cōcomitari:quædam sequi immediate.Præcedere ergo debēt necessario tria canonizationem cuiuscunq;:prio celebris fama sanctitatis.Oportet enim hoc præsenti testificatione prædicari & bonæ famæ præconiis non taceri.xii.q.ii.c.quattuor.Secundum est diligens inquisitio ueritatis:quæ fieri debet per testes fidedignos ac publicos:nā ut ait Augustinus in lib.de penitentia:Ecclesia nō profert iudicium de aliquo nisi sit informata pu-

blicis testibus & publicis documentis. Inde so let Pontifex constituere uiros præclaros iudi-ces ad inquirendum de uita ac moribus cano nizandi P. ior. n. uita testimonium præbeat p laboribus multis: moribus: castis. a cribus stre-nuis. Ixi pria di. miramur. Tales itaq; iudices in quire. e debent de simplicitate: quoniam eam mandauit Christus dicens: Estote ergo simpli ces sicut columba: de humilitate: quia Deus su perbis resistit: humilibus dat gratiam. Item di-cit glo. in yi. de re. & uen. san. An in uita perfe-quutiones passus fuerit. yii. q. i. omnes qui ibi. Adunati: & An passus fuerit ex charitate. i. q. i. uide. Quærendum & de miraculis ueris. Hæc glo. nam canonizatio est ad confirmationẽ fi dei & exemplum ac auxilium Christi fidelium Adeo in canonizandis debet apparere senten tia Saluatoris: Mar. ultimo: Signa autem eos q ceciderint hæc sequentur. In nomine meo de monia eiicient: linguis loquẽtur nouis & c. Eui dens quoq; certitudo salutis eternæ canonizã di est: cum repertus fuerit ecclesiæ unitatem di lexisse: cuius capita etiam non bonæ famæ ue neratus est amore & mandato capitis primi Ie su Christi. Huius ratio: quia membra uiua to-tis uiribus semper unita esse cupiunt toti: putri da uero faciliter separanẽ a toto. Tertium ẽ pu ra expressio siue relatio cognitæ ueritatis: quã ueritatem Papa cõmuniter discutit corã Col-legio Cardinalium qui sibi assistunt tanq̃ mi-nistri: coadiutores: ac consultores. ut supra dic tum est.

¶ His peractis. Publicanda est futura canoni-zatio: atq; assignanda dies canonizationis eius In qua Papa cum omnibus assistentibus ge-nuflectens rogat primo Deum ne in hoc ne-gocio permittat Ecclesiam suã decipĩ uel er-rare: deinde referuntur miracula ac opera san cti laude digna: conscribiturq; nomen sancti ĩ cathalogo sanctorum.

¶ Sequentia autem sunt: quoniam Papa alta uoce & intelligibili dicit: Sancte. N. ora pro no bis: deinde in honorem canonizati cantatur missa. Verum ubi martyr canonizandus est: li-cet sit modus seruandus qui dictus est: inqui-renda tamen sunt duo principaliter: primum est causa patiendi: secũdum est modus passio nis: quia multi heretici & apostatæ patiuntur: & etiam ut quandoq; dicunt pro Christo: qui doctrinæ & præceptis eius aduersantur. Vbi p dicta duo explorata extiterint: non multa inq renda sunt in reliquis: cum Martyrium equipo leat Baptismo & multis aliis preclaris opibus.

¶ An uero Pontifex possit errare in canoniza tione sanctorum: pie credendum est q; nõ: In de. s. Tho. in ar. ultimo quolibeti octaui ait: Ca nonizatio sanctorum medium est inter hæc duo: Quia tamen honor quem sanctis exhibe mus: quædam protestatio est fidei quo ad sã-ctorum gloriam: pie credendum est q; nec in his etiam iudicium Ecclesiæ errare possit. Idẽ tenent sacri canonum Doctores.

¶ Ad primum ergo dicendum est: ut S. Tho. loco præadducto immediate: q; Summus Põ tifex cuius est canonizare sanctos potest certi-ficari de statu alicuius per inquisitionem uitæ per attestationem miraculorum: & precipue p instinctum spiritussancti: qui omnia scrutatur etiam profunda Dei. Hæc S. Thomas.

¶ Ad secundum dicendum: q; primitiua Ec-clesia sanctos ad cælum trãsmittebat per mar-tyrium: ut plurimum: Non requirintur autem tã ta examinatio propter canonizationem Mar-tyris. uigebant quoq; Apostoli ac eorum suc-cessores: quorum uita ac miracula sole clario-ra fulgebant: ideo Papam non oportebat sibi soli reseruare canonizationem sanctorum. at nunc uidendum est ut dicit Augustinus in li-bro de uera religione: quibus de diuinis credẽ dum est: potissime cum Angelus Sathane pos sit se transfigurare in Angelum lucis.

¶ Ad tertium respondet glo. in yi. de re. & uẽ sanc. dicens: Illud intelligitur de sanctis iã ca-nonizatis: non enim omnium festa ubiq; co-luntur. Hoc autem consequitur sanctus per ca nonizationem: q; Ecclesia pro eo solemniter & pro aliquo solemni dicit officium ut hic. Itẽ inter alios sanctos in letaniis nominatur & in-uocatur. Hæc glosa.

¶ Ad quartum dicendũ est: q; approbatio san ctitatis decenter debet fieri per sanctos nõ au tem necessario: quia etiam malus minister uo luntatem domini sui exequi potest: Certitudo uero sanctitatis per indicia haberi potest: etiam a non bono: & plerunq; maior q̃ a bono: bo-nus autem per donum spiritussancti clarius in tuetur sanctitatem q̃ bonus. Potest ergo Papa etiam sanctitate carens ministerialiter auctori tate clauium Ecclesiæ sanctum canonizare & q̃uis esset peccator.

¶ Titulus octauus de auctoritate Romani Pontificis in temporalibus.



AT nunc de Romani Pontificis auctoritate in temporalibus disputandum occurrit. Erit autem huius considerationis unica quæstio.

¶ Vtrum auctoritas Romani Pontificis in temporalibus sit uniuersalis in toto Imperio militantis Ecclesiæ. Quæstio unica.



AD hanc quæstionem sic proceditur: Videtur q auctoritas Romani Pontificis in temporalibus nõ sit uniuersalis in toto Imperio militantis Ecclesiæ: primo quidem: Eã auctoritatem habet Romanus Pontifex quam sibi tradidit Christus. Sed nullam potestatem uidetur christus tradidisse Petro in tẽporalibus: nã Matth. xvi. exprimitur potestas Papæ: Tibi dabo claues regni cælorum: non autem dicit terrenorum. Igitur Romani Pontificis i temporalibus: nulla esse uidetur accepta a Christo.

¶ Præterea Papa in exercitio suæ auctoritatis debet sequi Christum: Vnde Christo postq Petrum instituit Papam: immediate legitur ei dixisse Sequere me: ut habetur Io. ultimo. Sed Christus nunq uoluit exercere auctoritatem temporalem: sicut patet ex multis locis in euangelio: nam Luce. xii. habetur: Magister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatẽ cui christus respondit: homo quis me constituit iudicem & diuisorem inter uos? Item Io. vi. Iesus cum cognouisset quia uenturi essent: ut rapẽrent & facerent eum regem: fugit iterum i mõtem ipse solus. Igitur nec Papæ auctoritas in temporalibus esse aliqua uidetur.

¶ Præterea: Sicut habetur in cap. Cum ad uerum. di. xcvi. Christus actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusq discreuit: sed in Imperatore ac Regibus est auctoritas uniuersalis in temporalibus: ut probatũ fuit in primo libro: Igitur auctoritas Romani Pontificis in temporalibus non est uniuersalis in Imperio militantis Ecclesiæ.

¶ Præterea: Si potestas Papæ in temporalibus esset uniuersalis sequeret q Reges & principes subiicerentur Papæ quantum ad recognitionem temporalium: item q posset instituere de nouo Reges ac principes ac destituere pro libito suo: sed uidemus q principes aut hereditario iure principibus potiuntur: aut ab Imperatore accipiunt recognitionem: itẽ noua regum institutio aut depositio non fit auctoritate sola Pontificis. Vnde dicit Vguuo q Zacharias Papa deposuit Regem Franciæ cũ consensu Baronum & Comitum regni. Igitur potestas Papæ in temporalibus non uidetur esse uniuersalis.

¶ In oppositum est: quod habetur i. cap. oẽs. di. xxii. Beato Petro uitæ eternæ clauigero terreni simul & cælestis Imperii iura cõmisit: ubi glo. inquit. Argumẽtum q papa habet utrũq gladium spiritualem. s. & temporalem. lxiii. di. ubi domino & xv. q. vi. alius: & c. Nos sanctorum. & c. iuratos.

¶ Respondeo dicendum. In hac quæstione in qua saluo iudicio rectius sentientium: intendo dicere quid sentiam: sequens uiamut opinor. s. Thomæ: etiam inquam. iuribus: rationibus ac sacris Doctoribus conformem: tria facienda occurrunt.

¶ Primo. n. præmittenda est quædam distinctio: quæ fundamentum est omnium opinionũ in hac materia. Secundo sunt deducendæ in mediũ diuersæ opiniones. Tertio conabor explanare ac pbare qd mihi dicendũ uideať.

¶ PRAENOTANDVM itaq formas naturales esse in aliquo primo in potentia tantum ut in materia prima dicuntur esse omnia entia naturalia quia eorum potest recipere formas secundæ formaliter tantum: ut ignis formaliter in se hẽt caliditatem. Tertio uirtualiter ut sol uirtualiter hẽt caliditatẽ & nõ q formaliter eam hẽbit. Quarto modo eminenter. ut cum aliquod ens naturalem habet unã formam formaliter & alias in uirtute: sicut sol formaliter est lucidus i cuius lucis uirtute formæ per ipsam producibiles continentur. Et sicut dictum est in naturalibus pariter dicẽdum de potestate iurisdictionis: Regia. n. potestas formaliter est una spẽs pricipatus: eminẽtẽr uero oẽs sibi inferiores quas instituer põt & destituere.

¶ Loquẽdo itaq d põtate iurisdictiõis formaliter dicta dixerũt nõnulli romanũ Pontificẽ nullã habere auctoritatẽ a xpo in tẽporalibus: sed si quã habet illã fideliũ principũ donatiõe uel permissione habere. Huius opinionis sunt rationes primæ in principio quæstionis positæ.

¶ Alia opinio opposita huic omnino est dicentiũ romani Pontificis auctoritatẽ esse formaliter spũalẽ ac tẽporalem atq utrũq pariter hẽre uniuersa quia oium principũ iurisdictiona

lis põtas ꝑfluxit: queadmodum de auctoritate spūali in supioribus dictū fuit. ¶ Tertia uia ac tertius modus dicēdi ē: Papatus est dignitas formalr spūalis: eminēter uero tēporalis: quē admodū de sole dictū fuit: q formalr ē lucid⁹ eminēter uero multa alia. Quiobrē cōparatur scdm Canones auctoritas pontificis Soli. Vna ita q est auctoritas papalis instituta a xp̄o Deo formlr spūalis: pp sui uero eminētiā oēm aucto ritatē i se cōtinēs: etiā tēporalē. Successor. n. est xp̄i Papa. de quo dicit Matth. ultio. Data ē mi hi oīs põtas I celo & I terra. Et hic modus dicē di nō ē ille quo qdā dicūt Papā habere aliquo modo iurisdictionē i tēporalibus: idest pro bo no spūali cōseruādo ipsius & alioꝝ: iquātū ne cessitas exigit: aut debitū pastoralis officii: nam hic modus dicēdi solūmodo explicat cōuenie tia exercitii ac finē pp quē datur põtas papa lis: nō aūt itrinsecā rōnē dignitatis eiusdem.

¶ QVOD aūt hæc sit intētio canonū ac s. Tho. ꝑsuadēt mihi ea q sequūtur. Primū qdē ē dictū B. Aug. i sermone de s. Aplis Petro & Paulo dicētis. O mira potētia & ineffabil gra tia Saluatoris. Quis plebeiū piscatorē facile cre deret principē: & regibus obsistere: reges sancti ficare: regnis oībus imperare: mundū fremare le gibus: demones calcare pedibus: iubere ulmu: tibus: cælum hominibus aperire.

¶ Item. de. c. Solite. extra de ma. & obe. Innocē tius tertius ait. Potuisses aūt ꝑrogatiuā sacerdo tii ex eo: itelligere potius: quod dictū ē non a quolibet sed a Deo: nō Regi sed Sacerdoti: nō de Regia stirpe sed de sacerdotali ꝓsapia de scendēti. de sacerdotibus uidelicet q erant in Anathot. Ecce cōstitui te super reges & regna: ut euellas & dissipes: ædifices et plantes.

¶ Bonifacius quoq octauus i extrauagāti in cipiente. Vnā sanctam ait. In hac equidē. s. Ro mani Pontificis põtate duos eē gladios spūa lem. s. & tēporalē euāgelicis dictis instruimur. Nam dicentibus aplis: ecce duo gladii hic &c. Hanc uiā s. Tho. opinor q̄ sine scdi suiarum sic ait: Nisi forte põtati spūali et secularis põtas cōiungatur: sicut i Papa q utriusq põtatis api cem tenet. s. spūalis & secularis: hoc illo dispo nente q est Sacerdos & Rex: Sacerdos I æter num scdm ordinē melchisedech. Rex regum & dominus dominātiū: cuius põtas nō ausere tur: & regnū nō corrūpetur. Hæc. S. Thomas.

¶ ROBORATVR quoq præfatus modus dicendi rōnibus. ¶ Primo: quia in omnibus actionibus ordinatis q ultimo fini imperat pri cipatur et cæteris ordinibus ad finē ultimum

queadmodū i artificiatis usus nauis ē ultimus finis nauis: ideo gubernator nauis: q usui: impe rat dominat: naui factori: ac ꝑparanti materiā pariter ꝑtor paret ꝓcōsuli. oībus aūt imperat cæsar: qa imediate ꝑest uniuerso regimini. Sed Papa ut supra dictū fuit: est ulis princeps oium spūaliū imperii militātis ecclesiæ ad quæ spūa lia: oīa tēporalia ordinātur: ut patet. Igitur eius auctoritas ꝑest oībus tēporalibus ac spūalibus Quæ cū una existat & formalr sic spūalis pp eminētiā: tēporalē põtatē et i se cōtinebit.

¶ Præterea: Cōcesso alicui aliquo officio aut regimine censentur et cōcessa ea sine qbus of ficium siue regimen recte expediri nō põt. ex tra de offi. deleg. c. i. & c. ꝑterea. huius ꝓpositio nis et oppositū oīno irrationabile est: sed B. Pe tro indistincte fuit cōcessa cura oium: igitur et indistincte accepit auctoritatē tēporaliū. Hinc Innocētius tertius in. c. Solitæ. extra de maio. & obe. scribens Impatori Cōstantinopolitano ait. Nos & si nō increpando scripsimus: potuis semus tamē rōnabilr icrepare: nobis. n. in. B. Pe tro sunt oues xp̄i cōmissæ: dicēte domino: Pa sce oues meas: nō distinguēs inter has oues & alias: ut alienū se a suo demonstraret ouili: q Petrum & successores ipsius magistros nō re cognosceret & pastores: Hæc Innocentius.

¶ Præterea romano Pontifici tradita fuit au ctoritas cognoscēdi & iudicādi de oībus Mat. xvi. Quodcunq ligaueris sup terrā: erit ligatū & i cælis. Igitur & ulem accepit auctoritatē in tēporalibus. Inde. xi q. i. Quæcūq dicit. Quæ cūq cōtētiones iter xp̄ianos ortæ sunt ad Ec clesiā deferent: & ab ecclesiasticis uiris termi nabunt: Et si obedire noluerint: quousq obe diāt a liminibus Ecclesiæ excludātur Hæc ibi. Neq sequitur cōfusio i iudiciis: cū Roma Pon. ordinate gubernata non itendat destruere. Alia quoq est poena illata ab eccl̄ia: alia a iu dice mere terrenō: Si obiiciat cap. Si duobus. extra de appel. ubi ad q̄stionē qua q̄rit: si a ci uili iudice ante iudiciū ue: post ad Papā fue rit appellatū: an huiusmodi appellatio teneat. rīdet Papa: Tenet qdē i his q sunt nostræ tē porali iurisdictiōi subiecti: in aliis uero & si de cōsuetudine Ecclīæ teneat scdm iuris rigorē credimus nō tenere. rīdetur: scdm iuris ꝓ põ tificii non diuini. Et hoc bene nota.

¶ SED cōtra ꝑfatā determinationē instatur. ¶ Prio qdē auctoritate Diui Bernardi: q I li bro de cōsideratiōe ad Eugeniū Papā ait. Pla nū ē: aplis interdicit dominatus. Istū quo tu & tibi usurpare audes: aut dominās apostolatum

aplatus dominatū? Plane ab alterutris phibe-ris. Si utrūq; simul hēre uolueris pdes utrunq;. ¶ Secūdo: si papalis auctoritas eēt uīs seqref q ab ipsa eēt impium terrenū: qd est falsum ut hētur C. de uet. iure enu. i princ. Deo inqt Imperator: auctore nostr gubernāte ipeiū quod nobis a cælesti mayestare traditū est. Manifestū est et īperiū ante romanū pontificatum fuisse. ¶ Tertio s. Tho. i scda scdæ. q. c. ar. i. dicit q̄ q̄uis res ecclie sint Papæ ut principalis dispēsa toris nō tamē sunt eius ut domini & possesso ris. ¶ Ad hæc respōdet: & ad primū qdē: q simpliciter Aplus nō īterdixit principatū sed administrationē imediatā tēporaliū pp pdicationis officiū: quare ī eodē libro. B. Bernardus uocat papā patrē Regū: ut dictū est ī phemio huius secūdi. Huic quoq; obiectiōi respōsum fuit in prīo libro. ¶ Ad secūdū dicendū: q ipeiū initium habuit a Deo imediate: nūc uero xpo ordinante papæ auctoritate ordinat: & ab eo ē. ¶ Ad tertiū dicendū: q illa principalis dispensatio nō tollit uīem primatū: sicut nec dominatum simplr: Q uāuis. n. Papa nō sit dominꝰ principalis imediatus: qa scdm legē Dei debet spiritualia & nō tēporalia imediate dispēsare nisi i ordine ad spūalia: nō tamē ita ē dominus: sicut sicut pater noster dominus erat ruris sui aut suæ pecuniæ quas pro libito dispensare poterat nulla existēte causa.

¶ Ex dictis explorata reddit ueritas seqntiū ppositionū. Prima: papa nō ē dicēdus Imperator uel Rex terræ: sed pastor: sicut nec sol siccus: qa nō ē formalr sed eminēter. Pastor autē est fortr. Io. ultio. Pasce oues meas. ¶ Secūda ppositio: papa nō semp licuit auctoritate tēporali uti. sicut nec nunc semp licet: nā ait Augustinus quādo tyrāni phibiere nōnunq̄ et deuiti Ecclesiam nō exercere talē auctoritatē: ne Ecclesia notā incurreret cupiditatis. In psentia tū et nō debet: qa spūalibus itendere debet tēporalia Imperatori ac cæteris principibus relinquēs: nisi i aliqbus q Ecclia imediate administrat ad uindictā malorū: laudē uero bonorū. Itidē ut Ecclia i maiori habeatur ueneratiōe. ¶ Tertia ppō: papa pōt eos demeritis exigētibus Imperatorē ac reges deponere: ut hētur in c. Alius. xv. q. vi. & etiā dicere administratorem regni: ut i. c. Grādi. de sup. negli. pla. li. vi. Pōt et absoluere uasallos a iuramēto. xv. q. vi. nos san ctorum & in. c. iuratus. ibidem. ¶ Q uarta ppositio: papa ubi opus fuerit pōt congregare exercitū. xxiii. q. viii. ergo & c. hortatu & c. qui dem. Idem tenet s. Tho. scda scdæ. q. xl. arti. ii. ¶ Q uinta ppō: papa pōt legitimare ad seculares dignitates & honores: extra Q ui sint filegi. c. per uenerabilē. ¶ Sexta ppō: Papa pōt facere iusticiā oībus secularibus iniuriam patientibus extra de foro competenti. capi. licet. ¶ Septima ppō: Papa pōt dare ius & modū eligendi Imperatorē: ut in. c. uenerabilē. extra de electione. Inde et uacante imperio exercet iurisdictionem in tēporalibus. De re iudic. pastoralis in Cle. ¶ Octaua ppō. Papa pōt auferre dominium siue ius quod habēt infideles super fideles. Hoc idem probat S. Thomas i scda scdæ. q. x. ar. x. ¶ Nona ppō. Papa pōt punire iudeos delinquentes pœna temporali & spiritualiter in cap. postulasti: extra de iudeis. Itidē cap. Sæpe. xxviii. q. i. Decima ppō: Oīa pōt papa quæ Imperator: quis ea oīa exercere nō deceat, nec liceat semper. Abuteref. n. pōtate con cessa: neq; difficile est percipere ac claro intuerti ingenio dependentia pfatarū ppōnū ex modo dicendi quē nos probauimus.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q cum tēporalia ordinent ad spūalia: Formalē potestatem spiritualis imperii necesse est sequi potestatem tēporalē. Vnde uli sincathegorematice usus ēēsi nihil oīno excludēs: sed oīa icludēs ¶ Ad scdm negat minor: nā licet ante passionem noluerit exercere pōtatē tēporalē exercuit tamē post resurrectionē. Inde resurgēs dixit. Data ē mihi oīs pōtas i cælo & i terra: quare & post resurrectionē Petrū papā istituit: uerba uero adducta ex. ix. cap. Lucæ dicta sunt in terrogatiue: q interrogatio abstrahit ab affirmatione & negatiōe. Magno et misterio talia respondisse xpo affertur diuini iterptes. Hinc gl. ibidē ait: Non sum dissensionis Deus: sed pacis & unitatis: q ueni hoīem pacificare cū angelis ut multi unū corpus & aīam unā hēant: nō ut diuidant: sed ut hēant oīa cōīa: ne q̄s sit egens. Iter illos: ille q nō colligit mecū ē fraternitatis diuisor: dissensionis auctor. hæc glo. Fugit aūt xps ne fieret rex: ut ess. Thoma i expōne illius loci ne derogaret dignitati sue ab alio regnū accipiēs. & ne pīudicaret doctrinæ suæ: ac ut nobis exemplum præberet.

¶ Ad tertiū dicēdū: q sicut nō supfluūt scdæ cāequis pria cā otineat eminēter eēm tīnitē īferiorē & sicut nō supfluit pcōsul aut pses psente Cæsare: ita manet discretio tpralis pōtatis a spūali: Prima spirituali dignitate omnes alias in se continente propter eminentiam. ¶ Ad quartum dicendum: q Reges ac principes immediate recognoscentes Imperatorem

mediate recognoscunt Papam. Moris quoq; est omnium principum Christiani Imperii nouum Pontificem aut per se aut per suos nuncios solemnes uenerari atq; adorare: Nouos autem Reges instituere & ueteres deponere si necausa est potestate concessa abuti:& principatum uerum i tyrandem uertere. Data est.n. potestas Ecclesiæ in ædificationem & non in destructionem.

Titulus Nonus de auctoritate Romani Pontificis respectu sui ipsius.



POST considerationem eorum quæ pertinent ad potestatem Romani Pontificis respectu aliorum: determinandum est de eiusdem auctoritate respectu sui ipsius. Est.n.& ipse uiatoratq; inter oues Christi enumeratur. Erit autem huius considerationis unica quæstio.

Vtrum Romanus Pontifex possit quoquomodo habere superiorem in terris. Quæstio Vnica.



AD hanc quæstionem sic proceditur: Videtur q; Romanus Pontifex quoquomodo possit habere superiorem in terris. Primo quidem: Ecclesia uniuersalis Christo instituente est supremus Iudex omnium Matth.xviii. Dic Ecclesiæ: & tunc Christus loquebatur Petro. Igitur Summus Pontifex in terris habet supiorem aliquo modo.

Præterea: Papa nõ est magis exemptus a iurisdictione ac supioritate Imperatoris q̃ fuerit Christus ac cæteri Apostoli. Sed Christus dixit Pilato Io.xix. Non haberes potestatem aduersum me ullam nisi esset tibi datum desuper. B. etiam Paulus Cæsarem appellauit. Igitur Cæsar aliquo modo in terris uidetur superior Romano Pontifice. Confirmatur per capitulum. Nos.ii.q.vii. ubi Leo Papa scribens Ludouico Imperatori ait: Nos si incompetenter aliquid agimus & in subditis iustæ legis tramitẽ non seruauimus uestro ac missorum uestrorũ cuncta uolumus emendare iudicio.

Præterea: B. Petrus Papa existens superiorẽ quoquomodo habuit nam Paulus apostolus restitit ei in faciẽ:ut scribitur ad Galathas secundo. Idẽ legitur de multis discipulis Actuũ. xi. Igitur Romanus Pontifex pariter dicendus est habere superiorem in terris.

Præterea: Si Papa infamatur per uiros prouidos & honestos de aliquo crimine unde Ecclesia scandalizatur: quæro an Papa teneatur se purgare de hoc an non. Si dicas q; non: Contra: Qui tenetur uitare scandalum tenetur suscitatum tollere & sedare: si potest ergo debet se purgare: sicut legitur de Papa Damaso accusato a subditis de adulterio: ut refert B. Hieronymus de uiris illustribus. Sed purgatio pertinet ad sententiam superioris. Ergo sequitur q; in terris Papa habeat iudicem superiorem.

Præterea Ex determinatione Concilii Constantiensis habetur: q; Papali etiam dignitate Decretum autem illud reassumptum fuit tam in secunda q̃ in duodecima sessione. Igitur in terris Papa quoquo modo superiorem habet.

Præterea: Papa tenetur confiteri si in crimina labatur mortalia: Ergo Confessor in eo casu erit superior Papa in terris.

In oppositum est determinatio facta in Concilio Romano cui præfuit S. Siluester Papa: cuiq; interfuerunt Constantinus Imperator & Helena mater: subscripseruntq;. Legitur uero ibidem sic: Nemo iudicabit primam sedem: quoniam omnes a prima sede iusticiam desiderant temperari: quoniam nec ab omni clero nec ab oi populo iudex iudicabitur. Hanc eandem sententiam & quasi sub eisdem uerbis affirmauit Innocentius Papa: ut habetur in capitulo Nemo ix.q.iii.

Respondeo dicendum: Q. nam uis consideranti probata in superioribus imediate manifestum existat Papam non habere superiorẽ in terris tamen pro ampliori dilucidatione huius materiæ: cuius ignorãtia sæpius uiros boni consilii alias & bonæ intentionis magnis inuoluit laqueis: atq; imperio militantis Ecclesiæ magnos attulit turbines et iactura in presentiarum discernens: Primo.n. Roborabitur titulus quæstionis pars negatiua quæ est: Papa non habet superiorem in terris in foro exteriori. Secundo probabitur specialiter de Imperatore. Tertio declarabit quid possit agere ipsemet Papa propria uoluntate.

CIRCA Primum: Interim multiplici uia manifestatur Primo quidem ratione: Nam Suprema potestas simpliciter in terris Christo ita

mediate subiecta nullo modo habere potest iu. dice. h in terris in foro exteriori. Sed Romani Pōtificis potestas est imediate uicina Christo: suprema simpliciter ut supra pbatum est. Igitur non habet aliquo modo superiorem in terris saltem in foro exteriori. In foro. n. Dei alta tatio est ut infra dicetur. Confirmatur haec ratio per dictum glosae illud psalmi. Tibi soli peccaui. Quia inquit rex est omnibus superior ideo a Deo tantum qui est maior eo puniendus est. Si quis de populo errauerit: & Deo peccat & Regi. Rex uero non habet hominem qui sua facta diiudicet: & ideo ait: Tibi soli peccaui. Inde in capitulo Aliorum. ix. q. iii. ait Symachus Papa: Aliorum hominum causas uoluit Deus p homines terminari: sed sedis istius Praesulem suo sine quaestione reseruauit arbitrio. Voluit B. Petri Apostoli successores caelo tantum debere inocentiam. Inde a Papa ad aliquem alium siue plures: etiam si totus esset orbis simul excepta causa heresis: appellatio nulla est. Nam omnis appellatio est ab inferiori ad superiorem: ut habetur ii. q. vi. placuit. Fulciunt praefatā sententiam: ea quae de Dauid leguntur: qui Saul Regem quamuis reprobatū a Deo: semper ueneratus est. Vide capitulum plerūq; secunda. q vi. Hanc sententiam catholicam approbarunt ipsi Romani pontifices: etiam illi qui exemplo christi non rapinam arbitrati sunt esse se Vicarii Dei: sed pro fide catholica martyrium sustinuerunt. Hinc Bonifacius Papa & martyr ut habetur in capitulo. Si Papa. huius inquit s. Romani Pontificis culpas redarguere praesumit nullus: quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus: nisi deprehēdatur a Fide deuius. Ad idem est Anacletus Papa & Martyr in capitulo Electionē di. lxxix. Ad idem est capitulum Ipsi sunt. ix. q. tertia. item capitulum cuncta. itidem capitulum oues. ii. q. vii. & capitulum Inferior di. xxi. Hanc eandem sententiam patres sanctissimi in conciliis unanimiter confirmauerunt: ut patuit in concilio congregato occasione Marcellini Papae: qui idolis timore ductus thurificauerat: de quo habetur in capitulo Hunc autem di. xxi. Idem egit Concilium Calcedonense: ut in capitulo Tantum di. xxi. Idem asseruit Concilium congregatum per Theodericum Regem Longobardorum. de quo habetur di. xvii. Idem Alexander. iii. ut in capitulo Licet extra de elec. Et demum patres Concilii Constantiensis operibus ac uerbis approbarunt. Hanc eandem ueritatem Christianae religionis & tenent & probant clarissime doctores Parisienses solemnes sanctitate & doctrina conspicui S. Thomas de Aquino S. Bonauentura. Diuus Albertus magnus: ac plerīq; & sacrae Theologiae ac iurium gnari. Docuere temporum superiorum pericula per tot annorum curricula hanc esse doctrinam ueram & apostolicam: quoniam oppositum sentientes aut a Deo percussi leguntur cum exemplo aliorum: aut sententiam mutauerunt. Dicamus igitur cum B. Hieronymo ut in capitulo Non afferamus. xxiiii. quaestione prima. Non afferamus stateras dolosas: nec appendamus: quod uolumus pro arbitrio nostro dicentes: hoc graue: hoc leue est: sed afferamus diuinam staterā ex scripturis sacris tāq de thesauris dominicis: & in illa quid sit grauius appēdamus.

¶ IMPERATOREM pariter subesse & non praeesse Romano Pontifici Christo instituente quamuis praefata concludant: neq; dubium super fit nisi uolenti ac sine ratione efficaci cōpleni dubitare: tamen huius sententiae fuisse pclarissimos Caesares probare libet: Nam in capitulo Continua. xi. q. prima legitur Constantinum Synodo Nicene dixisse: Vos a nemine diiudicari potestis: quia ad Dei solius iudicium reseruamini: ex quibus uerbis concludit Nicolaus Papa. in. c. Satis. di. xcvi. dicens: Satis est euidēs a seculari potestate nō solui prorsus nec ligari Pontificem: quem constat a Pio principe Constantino: quem longe superius nominauimus Deum appellatum: cū nec posse Deum: ab hominibus iudicari manifestum. sit. Haec ille. Valentianus uero ac Theodosius quanti fecerint iudicium Ecclesiae non facile dixerim. Hoc etiam manifestari potest si consideremus spiritualibus naturali ordine subiecta esse corporalia. Inde ait Apostolus primae ad Cor. ii. Spiritualis homo omnia iudicat: & ipse a nemine iudicatur. Itidem Imperator si ouis est Christi etiam pastori a Christo instituto subiici debet: ut in cap. si Imperator di. xcvi. Quamobrem multi canones auctoritatem Imperatoris restrinxerunt: ut in. ca. Placuit. xi. q. i. Huic fauent ea quae habētur in. c. Quis dubitat di. xcvi. & i. c. Solitae. extra de maio. & obe.

¶ CIRCA tertium dicendum: q quis Papa possit ac debeat diuersorum sententias ac rationes intelligere in determinandis: nullius tamen iudicio tanq superioris subiicere se debet sed nec potest. Probatur. Tum quia derogaret assistentiae Christi Dei. Tum quia uideretur esse oppositio in adiecto: quia Supremo nil

est superius: Tum quia non constat qua auctoritate posset sibi superiorem constituere: quia ut dicitur in capitulo Sola.xiiii.q.iii.Sola Romana Ecclesia sua auctoritate de omnib9 ualet iudicare:de ea uero nulli iudicare permittitur:Tum quia derogaret dispositioni Christi:qui Papam solum uoluit esse supremum iudicem: nam causas præsulis Romani Deus reseruauit arbitrio suo:ut in capitulo. Aliorū. xxiiii.q.iii.Et capitulo Facta. Cum præfatis dicimus Romanum Pontificem posse cōmittere causas aut lites uertentes inter Sedem apostolicam aut curiam & aliquos principes:puta de iure alicuius castri aut ciuitatis. Hoc.n. nō est habere superiorem in terris:sed ad Romanæ pietatis iudicium permissio est ut alter proferat sententiam:quā Sūmus Pontifex seruare non debet nisi clauium Petri auctoritate media fuerit firmata.Sic itaq; & apostolica pietas ac rectitudo & innocētia manifestabuntur: & Romanæ potestatis maiestas seruabitur.

¶ Ad primū ergo dicendum est cum dei adiutorio:Supponendo tria:primum est concessum ab omnibus expositoribus sacrarum litterarum:& est formaliter B.Augustini: Quod ex solo sensu litterali sacræ scripturæ sumitur efficax argumentum.Secundum est:ꝙ ille dicendus est esse uerus intellectus litteræ quē asserunt sancti Doctores præcipui rectæ rationi ac praticæ sanctorum patrum cōformē.Tertium est ꝙ in illis uerbis duplex ordo describitur.s.charitatis & fori exterioris. Primo ordini omnes indifferenter subiiciuntur quia omnes sunt fratres. A secundo ordine solus Papa simpliciter excipitur: quia ipse non est frater sed Pastor indistincte omnium institutus a Christo:Io.ultimo:Pasce oues meas.Dicitur itaq; ꝙ nomine Ecclesiæ non potest intelligi Ecclesia uniuersalis: Tum quia nullus sanctorum ita exponit:Tum quia impossibile mandaretur: atq; onus importabile īposuisset Deus humeris fidelium.Non.n.possibile est de facili uniuersalem Ecclesiā congregare:quottidie autem & sine numero euenit talis denunciatio facienda per fideles toto orbe dispersos & a uiris & a feminis quas non decet ad Ecclesiam uniuersalem accedere:Et per consequens hæc expositio esset contra illud Saluatoris: Iugum.n.meum suaue est & onus meū leue.Matth.xi.Tum quia hoc nūq̄ habuit pratica sanctorum patrum.Non ergo intelligi debet:Dic Ecclesiæ uniuersali tanq̄ iudici.

¶ Expōitur uero dupliciter: uno modo dic Ecclesiæ idest prælatis Ecclesiæ. Alio modo dic Ecclesiæ idest multitudini.

¶ Pro cuius intelligentia. Aduertendum: ꝙ hæc doctrina de correctiōe fraterna cogit ad sui obseruantiam subditos & prælatos ex ui præcepti:& ideo tradita fuit.B. Petro ut prælato:& ut representanti totam Ecclesiam. Cum uero alius status sit prælati:alius subditi:alio & alio modo terminatur correctio per utrunq;: quare terminus correctionis fraterne est prælatus qui Ecclesiæ nomine intelligitur:terminus autem correctionis fraternæ factæ per ꝓlatum est multitudo: quæ tunc nomine Ecclesiæ intelligitur.Quod uero nomine Ecclesiæ intelligatur prælatus: Probatur:primo quidem secundum expositionē Doctorum:Nam Chrisostomus super Matth.& habetur in glo. continua: exponit sic Dic Ecclesiæ: idest his qui Ecclesiæ presunt. Iidem Glo.decreti in capitulo.Si peccauerit.ii.q.prima ita habet:Dic Ecclesiæ:idest Sacerdoti. Pariter interpretatur sedes apostolica in capitulo. Nouit.extra de iudi.Eadem expositio est S. Thomæ in quarto.di.xix.& in secunda secundæ.q.xxxiii.& in tractatu de correctione fraterna: Item super Matth.Eodem modo exponunt.Dominus Altisiodorensis: Dominus Vgo Cardinalis: Dominus Albertus Magnus: Nicolaus Gorram: & Nicolaus de Lyra.Hoc idem pratica sanctorum patrum tenuit ab exordio nascentis Ecclesiæ.Quod etiam nomine Ecclesiæ ubi prælatus corrigit intelligatur multitudo:probatur similiter:nam S.Thomas super Mattheum sic ait:Dic Ecclesiæ:idest multitudini:ut confundatur. Et qui noluit sine confusione corripi: cum confusione corripiatur. Est.n.confusio adducens gratiam.Dominus quoq; Vgo Cardinalis ubi supra:ita ait: Si personam Ecclesia corripit sic est exponēdum:dic Ecclesiæ:idest coram prælato eum conuince per testes quos noluit audire corripientes: Si uero prælatus corripit sensus est:dic Ecclesiæ:idest coram Ecclesia.s.congregatione fidelium excōmunica. Superfluum est autem cæteros adducere.Idē probatur per praticam continuā Ecclesiæ:cuius prius obseruator fuit B.Petrus:Qui absq; uniuersali Concilio Ananiam & Saphyram eius coniugem sua auctoritate damnauit.

¶ Ad secundum dicendum:ꝙ Christus uoluntaria subiectiōe fuit Imperatori ac Pilato subiectus:non autem ordinaria.Oblatus est.n. qa ipse uoluit:Esaie.liiii. Ex opere uero super erogationis non arguitur debitum in commc

in eius Vicario: nec in eius discipulis. Permissiua itaq; illa potestas fuit nō ordinaria Io.xix. Non haberes in me ullam potestatem nisi tibi datum esset desuper. Non etiā ē par ratio omnino de B.Petro ac cæteris apostolis. Dicitur quoq; Paulum ad Cæsarem appellasse tanq̄ ad iudicem eorum a quo iniusticiam patiebatur. Item posset dici q̄ ante diuisionem fidelium ab infidelibus non erat extincta prælatio temporalis ordinaria: quemadmodum dictum est in libro primo de Constantino Cæsare. Huic respōsioi fauet S.Tho.se.da secūdæ q.x.ar.x. Inde Alexander de Ales ait: Leonis Papæ submissionem quam fecerat Ludouico Imperatori fuisse opus supererogationis: quod præcipue decet superiores exercere cum iniuriantur ab inferioribus: ut bona opera considerantes resipiscant; non.n.gladius euaginandus est nisi ubi cetera sanctitatis opera nō profuerint.

¶ Ad Tertium dicendum est q̄ in defensione Fidei Apostoli erant pares ut supra dictum fuit; Discipuli uero non ex auctoritate officii sed propter uirtutem spiritus sancti reprehenderunt Petrum; quam reprehensionem sola dispensatione humilitatis sustinuit: ut habetur in capitulo Petrus.ii.q.vii.

¶ Ad Quartum dicendum q̄ Papa diffamatus ex debito ɔsciētiæ debet se purgare ad tollēdū scandalū sed non coram superiore: sed corā confratribus epis aut aliis religiosis uiris. sicut de Leone Papa legitur in capitulo Auditum secunda.q.vii. De Sixto pariter legitur in capitulo Mandastis.ii.q.v. Idem fecit Damasus Papa coram.xlii.episcopis: ut habetur in capitulo Nos.ii.q.vii.

¶ Ad Quintum dicendum est q̄ Ecclesia nō certificata de uera electione secūdum sacros canones pontificis potest repellere Pontificem: sicut creditur factum in Concilio Constantiensi. Vnde illa Concilii determinatio nō est uniuersalis sed dicit hæc sacrosancta synodus. Tenet itaq; in materia & tempore scismatis. De his longior erit consideratio in libro sequenti. Quæ uero inducuntur de Concilio Basiliensi non sunt magnæ auctoritatis: ut late probat Dominus Io.de Turre cremata in secundo libro de potestate ecclesiastica capitulo Centesimo.

¶ Ad Sextum dicēdum ut S.Thomas i quarto di.xix.q.ix. Potestas inquit clauium quantum est de se extendit se ad omnes: sed q̄ in aliquē sacerdos non possit uti potestate clauium cōtingit hoc q̄ eius potestas ad aliquod specialiter est limitata. Vnde ille qui limitauit potest extendere in quem uoluerit. Et propter hoc etiam potest sibi dare potestatem in seipsum: quis ipse in seipsum uti potestate clauium nō possit: quia potestas clauium requirit pro materia aliquem subiectum & ita alium. Sibi.n. ipsi aliquis esse subiectus non potest. Hec S. Thomas. Negat quoq; ibidem in solutione eiusdam argumenti S.Thomas Papam in iudicio exteriori posse sibi eligere superiorem.

¶ Titulus Decimus & ultimus de separatione auctoritatis Summi Pontificis ab eo supposito in quo est.



DEMVM de separatione auctoritatis Sūmi Pontificis ab eo subiecto in quo est occurrit consideratio. Separabilis autem est illa auctoritas secundum diuersorum sententias per renunciationem aut heresim: aut crimen notorium; aut propter scisma tollendum. Quare quid rei ueritas habeat ordinate disputabitur. Quarruntur autem circa præfata quatuor.

¶ Primo: An auctoritas Sūmi Pontificis separetur ab eo supposito in quo ē p renunciationē.

¶ Secundo: An auctoritas Sūmi Pontificis separetur ab eo propter crimen heresis.

¶ Tertio: An Papa propter crimen notorium possit deponi.

¶ Quarto: An ad tollendum scisma uerus Papa possit compelli ad renunciandum.

¶ Vtrum auctoritas Sūmi Pontificis separatur ab eo supposito in quo est per renunciationem.

Quæstio Prima.



AD Primam quæstionem sic proceditur. Videtur q̄ auctoritas Sūmi Pontificis non separatur ab eo supposito in quo est per renunciationem. Primo quidē: Status Sūmi Pontificis siue Papatus dicit ordinē ecclesiasticū cū sit prius

inter quadripartitum ordinem Episcoporum ut ait Magister in quarto di.xxiiii. Sed ordo ecclesiasticus est perpetuus indelebilis & inseparabilis: Non.n.quispiam potest renunciare Sacerdotio aut alteri ordini. Igitur Summi Pontificis auctoritas non uidetur separabilis ab illo supposito in quo est per renunciationem.

¶ Praeterea: Institutum uoluntate diuina nõ potest auferri sola uoluntate humana: Sed Papa instituitur uoluntate diuina: renunciatio uero fit sola uolũtate humana: Igitur per renunciationẽ non uidetur auctoritas Sũmi Pontificis posse separi ab eo supposito in quo est.

¶ Praeterea: Fortius est uinculum spũale qȝ carnale ut habetur extra de transla.episcopi capitulo. Inter corporalia: Sed matrimonium carnale est indissolubile: Inter Papam uero & Ecclesiam est matrimonium spũale firmatũ uoto emisso per Põtificẽm de cura habenda uniuersali Ecclesiae: Igitur per renunciatiõem nõ uidetur ꝙ Romani pontificis auctoritas possit seperari ab eo subiecto in quo est.

¶ Praeterea: Sacerdotium Christi est eternũ: iuxta illud psa: Tu es sacerdos in aeternum secundũ n ordinem Melchisedech. Sed Sacerdotium Sũmi Pontificis est singulari ratione sacerdotium Christi ut habetur in capitulo Nulli fas.xxv.q.prima. Igitur Sacerdotium Sũmi Pontificis nõ uidet separabile ab eo subiecto in quo est per renunciationem.

¶ Praeterea: Sicut se habet eiectio Papae ita & renunciatio: sed eiectio Summi Pontificis soli Deo seruatur: ut dicitur di.lxxix. Igitur uidetur pariter dicendum ꝙ per renunciationem non possit auctoritas Sũmi Pontificis separi ab eo subiecto in quo est.

¶ In oppositum est quod legitur in hystoriis Romanorum Pontificum: nam B. Clemens renunciauit Papatui: ut etiam dicit glo.in capitulo Si Petrus.viii.q.prima.

¶ Respondeo dicendum: Cum per Ecclesiã determinatum fuerit Sũmum Pontificem libere posse renunciare papatui: ut patet in.vi. de renun.capitulo primo hic tria sunt consideranda: Primum est quotiens id fuerit factum: & quomodo: & qua ratione ille actus diceretur renunciatio. Secundo illud est persuadendum rationibus quibusdam posse conuenienter fieri. Tertium idem confirmabitur conformitate sacrorum canonum.

¶ QVATTVOR itaq; Fuisse Sũmos Pontifices legitur qui Papatui resignauerũt uariis modis occasionibus. Primus Clemens: qui institutus a B.Petro i facie Ecclesiae consentientis & acceptantis: ne posteris daret malum exemplum ut quilibet soli posse eligere successorẽ: renunciauit papatui. Secundus fuit Cyriacus: qui ab Angelo monitus sequutus est societatem undecim milium uirginum: cum quibus etiam Martyrio coronatus fuit. Creditur uero Cardinales nomen Cyriaci de numero Pontificum abrasisse: quoniam non propter deuotionem sed propter delectationem opinabantur eum tantas Virgines fuisse sequutum. Tertius fuit S. Marcellinus: quia templum Paganorum ingressus timore thurificauit ydolis: deinde se corrigens martyrium grandi feruore perpessus est: De hoc habetur in capitulo. Nũc autem di.xxi. Quartus fuit Celestius: qui renũciauit propter suae imperfectionis recognitionem: De quo habetur in capitulo primo de renũ.in sexto. Quãuis autem renunciatio sit resignatio facta in manibus superioris capitulo admonet & capitulo. Quod in dubiis eo.ti.in antiquis tamen haec etiam resignatio uocatur renunciatio: quia Papa non habet superiorem: sed loco superioris est Ecclesia acceptans. Propter impossibilitatem ergo forma iuris seruari non potest.

¶ PRO CLARIORI intelligentia horum est intelligendum: ꝙ potestas ordinis & iurisdictionis multipliciter differunt: primo quidem: quia potestas ordinis incorruptibilis & imutabilis est potestas uero iurisdictionis mobilis & transitoria. Degradatus.n. Sacerdos adhuc cõsecrat. Secundo: quia potestas ordinis pre se respicit corpus Christi uerum: Iurisdictionis uero mysticum. Tertio: potestas ordinis non recipit magis & minus: potestas uero iurisdictionis sic. Cõueniunt autem: quia una potest conferri sine alia. Nam & Episcopus cõsecrat religiosos quibus non confert aliquam iurisdictionem: Et iurisdictio saepenumero a Papa confertur sine ordine. Ex his deducitur: potestatem Papae supra auctoritatem ordinis siue episcopatus addere solũmodo uniuersalem iurisdictionem: & sic formaliter secundum ultimam differentiam esse potestatem iurisdictionis. Ideo defectibilis est sine gradu ordinis Episcopatus: qui pari modo remanet in Sũmo Põtifice renunciante sicut & in caeteris Episcopis renunciantibus. Persuadetur ergo rationabiliter fuisse de intentione Christi Sũmum Pontificem posse renunciante papatui. Nullus enim iure diuino i cogitur ad exequendum

impossibile. Sed euenire pot casus in quo ita quod
Papa tantu onus exequi nequiret: aut rōe senec
tudis: aut ægritudinis: aut inexperientiæ: & cor
rigibilis. Cum itaq; pp talia inferiorum Pontifi
cum ac plato℞ possit separari iurisdictio: siue
per renunciationem siue per Papā: ergo ratio
nabiliter uidetur dicendum hoc posse fieri in
papatu. Hoc idem colligitur ex parte finis. Po
tētia.n. ordinata ad fine si fine pducere nequit
uidet frustra: sed Potestas Papæ est ordinata a
Deo ut ꝯtinuo exerceat q̄ ptinent ad regimen
uniuersale ipsius unitatis Ecclesiæ. Pōt autē
euenire ipotentia in Romano Pontifice qua
periclitaretur Ecclesia. Rationabile ergo est q
possit renunciare.

¶ CONFORMANT facti canones dcis q̄m
plurimos pontifices sic egisse legimus: atq; Ec
clesia ita determinasse ꝯstat. In huiusmodi et
renunciatione consentire siue abnuere uniuer
sali & ppetuæ iurisdictioni Ecclesiæ est forma
le: quēadmodum ꝯsensus & electionē de se fa
ctam est formale ꝯfirmationis Sūmi Pōtificis.
Quod si q̄ratur An ecclesia posset statuere op
positū: idest q Papa nō possit renunciare pa
patui: dicendum est quod ait B. Paulus secun
de ad Cor. xiii. Non possumus aliquid aduer
sus ueritatem sed pro ueritate.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q Papa est
eps Romanus habens potestatē uniuersalem
iurisdictionis: Consecratio autem indelebilis:
Pōtas uero iurisdictionis defectibilis: cui renūciare pōt.

¶ Ad secundum dicēdum: q instituta aliqua
uoluntate diuina defectibilia sunt: his tamen
modis & ordine q̄bus Deus ipse uoluit. Ponti
ficatus itaq; summus est a Deo defectibilis tamē
uoluntate humana: sicut etiam Episcopatus
sunt a Deo instituibiles & defectibiles tamen
uoluntate humana cooperante.

¶ Ad Tertiū dicendū: q uinculum spūale for
tius est terreno dignitate & pfectione: nō aūt du
ratione. Nō.n. oportet perfectiora simpliciter
esse diuturniora & magis insepabilia. Dignior
naq; est homo ceruo: quē per ampliores suos
uiuere experientia docet. Q. sicut īter Epm &
suā ecclesiam est matrimonium dissolubile si
cut patet extra de transla. epi. ita inter Papā &
Ecclesiā uniuersalē. In uoto uero Papæ itelli
gitur (etiam nō adiecta) ꝯditio bona: debita
& honesta: & q tale uotum possit ipleri sine p
iudicio alterius: q̄bus cessantibꝰ cū hoc uergat
i detrimentū uniuersalis Ecclesiæ: quo nullū
bonum maius apud nos dispensabile est.

¶ Ad quartum dicendum: q Sūmus pontifi
catus singulari ratione ē sacerdotium Christi
repsentatiue non autem quantum ad personam:
Inde aliq sunt conditiones Papæ quæ i Chri
sto non reperiuntur & econuerso.

¶ Ad quintum negatur similitudo: Electio.n.
est per uim: renunciatio uero uoluntaria.

¶ Vtrum Auctoritas Summi Pontificis
separetur ab eo propter crimen he
resis. Quæstio Secunda.

AD secundā q̄stionem sic proceditur
Videtur q auctoritas Sūmi Pontifi
cis non separetur ab eo propter cri
men heresis. Primo q̄dem ut habet. xl. q. prima ca
pitulo. Quæro. §. Item rursum inq̄t B. Augusti
nus Alicui heretico in eum ūtitur pter illud qd
hereticus est: nō inueniant hoīes quod repren
dant: an catholicum pessimis moribus ppone
re debeam: ꝯ nō audeo pceptiare finaliter sed pp
malos mores non separatur auctoritas summi
Pōtificis ab eo. Igit neq; pter crimen heresis.

¶ Præterea S. Marcelinus Papa: ut habet di.
xxi. capitulo. Nunc autem ī heresim thurifi
cando ydolis: & tamen nō fuit separata auctori
tas papatus ab eo: Vnde patres propter hoc
in concilio congregati noluerunt contra eū
aliquā sententiam proferre. Igitur idem dicen
dum uidetur de reliquis.

¶ Præterea S. Petrus ter christum negauit &
a fide defecit: nec tamē fuit priuatus Sūmi Pō
tificis dignitate. Ergo nec Pōtifex Romanus
propter heresim cadit a Papatu.

¶ In oppositum est quod habetur i capitulo
Nouatianus. vii. q. pria. Vbi B. Cyprianus ait:
Qui nec unitatem spūs nec communicationem
pacis obseruat: & se ab Ecclesiæ uinculo & sa
cerdotum collegio separat: ꝯ nec Episcopi di
gnitatem habere potest: nec honorem.

¶ RESPONDEO dicendum: & Ratione &
sancto℞ auctoritatibus cogimur dicere Papā
pp heresim a papatu cadere: mā ut ait .S. Tho.
in quarto di. xix. fit minor cunctis fidelibus.

¶ Præterea: Caput esse nequit corporis quod
oīmode est a corpore separatū: sed hereticus
est oīmode a corpore Ecclesiæ separatus: Igi
tur si fuerit caput cadens in heresim cadit etiā
simul a pontificatu.

¶ Præterea Sūmus Pontificatus fundatus est
supra petram fidei Christi Matth. xvi. Super
hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: pter
quod fundamentum nemo aliud ponere po
test. Deficiente itaq; fundamento ruit ædificiū.

Igitur deficiente a Fide Papa separatur auctori
tas summi pontificatus ab eo. Hæc snia colligit
ex multis capitulis canonum: Sicut ex capitu
lo. Quod ait, & ex capitulo Achatius & ex ca
pitulo Audiuimus: Et ex capitulo Omnis & ex
capitulo. Didicimus. xxiiii. q. prima.

¶ VERVM tripliciter se habere potest here
sis Papæ ad superiorem militātis Ecclesiæ: Aut ē
occulta omnino: aut publica: ita q̄ nulla tergi
uersatione celari potest: aut pbatione eget. Pro
pter occultam heresim apud iudiciū Ecclesiæ
nō priuat Papa sua potestate supplente Chri
sto Deo uero. Sed pp heresim publicā nō egē
tem probatione: in qua manifesta fuit error
in itellectu & obstinatio in uoluntate. Nec ex
cusandus esset si ignoranter id fecisset: aut me
tu. Nam qa dicitur osee quarto. Quia tu repu
listi scientiam: repellam & ego te ne sacerdotio
fungaris mihi. Et B. Augustinus super illo uer
bo Apli ad Ro. x. Corde. n. credit ad iusticiā:
ore aūt cōfessio fit ad salutē ait: Pene oēs q Chri
stum inter tormenta coram persequutoribus
negauerunt quod de illo credebant corde te
nuerunt & tamen uerū nō cōfitendo perierunt
nisi q postmodum per pniam reuixerunt. Si
uero pbatione egeret: cum soleant multa dici
de bonis principibus inaniter: cōgregandū
esset Cōcilium generale per Reuerendissimos
D. Cardinales: aut Imperatorē ac Reges & pro
bata heresi per testes plures fidedignos & tāto
maioris uenerationis qto maioris pōderis est
negotium: iudicandus esset hereticus & per cō
sequens ipso facto depositus a Sūmo pontifi
catu. Non. n. Cōcilium deponit Pontificē: sed
declarat ipsum depositū ipso facto pp here
sim. Hinc ait glo. i capitulo. Achatius. xxiiii. q.
pria. Hic est casus i quo Papa papā ligare pōt
in quo Papa in canonē latæ sniæ incidit: Nec
huic obuiat regula. Par parē soluere uel ligare
nō pōt: Quia si Papa hereticus ē: i eo q̄ here
ticus ē minor ē quolibet catholico. Hæc glosa.

¶ Ad primum ergo dicēdū est: B. Augustinū
loq de grauitate peccati: noluitq̄ pcipitare sen
tentiā: qm̄ i christiano quādoq̄ grauiora sunt
peccata q̄ i ifideli aut heretico. Nō tamen par
est ratio de priuatiōe potestatis iurisdictionis.

¶ Ad secundum dicendum q̄ S. Marcellinus i
foro Dei cui oē cor patet nō fuit hereticus: qa
i itellectu nō habuit errorē. Ecclesia autē q̄ de ex
terioribus iudicat potuit eū declarare here
ticum: Sed qa defectus ille excusationē habuit
ergo Cōcilium noluit de ipso pferre sniam.
Sanctus aūt Marcellinus iudicauit seipsum de
ponēdum dicens: Ego Marcellinus ob scelus
ydolatriæ quod isto. fix. cōmisi iudico me de
ponendum: & anathematizo oēs qui corpus
meum tradiderint sepulturæ. Vide glo. in ca
pitulo nunc autem di. xxi.

¶ Ad tertium dicendum: B. Petrū tunc nō fuis
se pontificē nisi secundum pmissionē ut su
pra dictum fuit. Sed nec fuit hereticus cum nō
fuerit obstinatio in uoluntate.

¶ Vtrum Summus Pontifex propter crimen notorium possit de poni. Quæstio Tertia.



AD Tertiam Quæstionem sic pro
ceditur: Videtur q̄ Papa propter
crimen notorium possit deponi.
Primo quidem: Symonia est crimē
cæteris heresibus dānabilior: ut
dicitur prima. q. prima capitulo eos. Sed pro
pter heresim Pontifex cadit a Papatu: Igitur pp
symoniā q̄ ē crimē notoriū uidet deponēdus.

¶ Præterea: Dānatus a Deo uidet ēe deponē
dus iudicio Ecclesiæ: Sed Papa existens i cri
mine notorio ē dānatus a Deo utpote seruus
manifestus Diaboli: Ergo uidet deponendus.

¶ Præterea: Existens i crimine notorio est p
prio iudicio cōdēnatus ut dicit Apls de heretu
co ter admonito Ad Titum tertio. Ergo illico
uidetur depositus: & per consequens iudicio
generalis Concilii iudicari debet priuatus.

¶ In oppositū est quod habetur in capitulo
Nunc aūt di. xxi. Pria sedes nō iudicat a quoq̄.

¶ Respondeo: Hanc q̄stionē soluere capitu
lum Si papa. xl. di. Si Papa inqt B. Bonifacius
Papa & martyr: suæ & frīs salutis negligens
dephēdit inutilis & remissus in suis operibus
& isuper a bono taciturnus: qd magis officit
sibi & oībus nihilominus innumerabiles popu
los cateruatim secum ducit primo mancipio
gehennæ cum ipso plagis multis in æternū ua
palaturus. Huius culpas redarguere præsumit
mortalium nullus qa cunctos ipse iudicaturus
a nemine est iudicandus: nisi dephendat a fi
de deuius. Hæc ibi. Nec obstat q̄ glo. sup præ
dicto capitulo obiicit qm̄ notorium crimen
ex quo Ecclesia scandalizat & icorrigibilis fit
uidet heresis: lxxxi. di. Si q̄ psbyteri. Et cōtumax
dicit infidelis ut xxxviii. di. Nullus. Quia ea cri
mina nō pprie dicuntur sed secundum simi
litudinē. Conueniunt. n. i aliqbus secundū graui
tatē. Si nāq̄ iudicabit: qs erit iudex illius quē
neq̄ Imperator neq̄ totus Clerus neq̄ popu

ius iudicare potest? Quare in textu notanter dicitur: nisi dephendatur a Fide deuius. Heresis ergo q Papam submittit iudicio Ecclesiae est heresis propriae & formaliter accepta. Haec autem uera sumpsi modus continuandi peccata atq modus icorrigibilitatis heresim nō icludit.

¶ Itaq cum ipenum militantis Ecclesiae Pōtifice habet Ecclesiā suis scelenbus scandalizātem: rogandus est Christus Sacerdos aeternus ut ipse suffraget piclitāti qui semper i Ecclesia est usq ad ↄsumatiōem saeculi. Tales uero orationes ipossibile est nō exaudiri. Neq i gubernatione imperii militantis Ecclesie ad principia humanā oia sunt reducēda: sicut in aliis regnis ac principatibus terrenis fieri ↄsuetum est: quontā hoc speciale est i regimine uniuersalis Eccliae: ut ad Deū Christū fide uiua multa gubernanda remittantur fidelium orationibus praemissis.

¶ Ad primum ergo dicendū est: Symoniam esse heresim improprie dictā. Arbitrantes uero gratiam sps. S. posse pecunia uendi heretici proprie sunt: de quibus loquit capitulum pinductum. Symoniacus ergo hereticus si fuerit Papa cadit a papatu: Peccator uero non: sed nec a quoq mortalium iudicabitur.

¶ Ad secundū dicendū: q dānatus a Deo de heresi est deponendus: idest iudicandus depositus iudicio Ecclesiae: sed nō dānatus p peccato aliquo excludente heresim: quia ipse dominus pcepit dicēs: Super Cathedram Moysi sederunt scribae & pharisei Oia ergo qcūq dixerint uobis seruate & facite: secundū opa uero eorū nolite facere. Math. xxxiii. Itē priae Petri secundo scribit: Obedite dominis uestris non tātum bonis & modestis sed ēt discolis. Itē ad Ro. xiii. Ois aia potestatibus sublimioribus subdita sit. glo. Potestatibus bonis uel malis i eo q sublimiores sunt obediēdum est.

¶ Ad tertiū dicendū: Existētem i crimine notorio esse pprio iudicio ↄdēnatum si crimen illud icludat heresim: i quo sensu loqbatur B. Paulus. Est quoq condemnatus a propria cōscientia se male agere: non autem q potestate iurisdictionis sit pritiatus.

¶ Vtrum ad tollendum scisma uerus Papa possit cogi ad renunciandum. Quaestio Quarta.



AD Quartam qstionem sic pcedit Videt q Verus Papa possit cogi ad renunciandum ut tollat scisma: Primo quidem: Quicūq tenet ad aliquid uidet posse cogi ad illud: Sed Papa uerus tenet sub uenire Ecclesiae piclitāti nō solum per amissionem suae potestatis: sed ēt aiae. Tum: pp mandatum Christi factum B. Petro Io. ultimo. Pasce oues meas. capitulo uero decimo eiusdē dicitur: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis Tum exemplo Saluatoris: qui pro ouibus suis exinaniuit. n. semetipsum factus obediens usq ad mortem. Igitur cum Ecclesia fuerit in periculo propter scisma a quo liberari po est uerisimiliter si Papa renunciauerit: Videtur q possit cogi ad renunciandum.

¶ Praeterea: Peccans contra articulum Fidei potest nonnō cōpelli ad renunciandū si fuerit Papa: sed ēt deponi a Concilio generali: ut satis patet ex capitulo Si Papa di. xl. sed Papa nolens cedere p unione Ecclesie cum uideat facere q Ecclesia non sit unita uidetur errare & peccare in articulum Vnam sanctam Ecclesiam: ut notat host. in sūma de scismaticis. & ad hoc facit capitulum aduocauit. xxiiii. q. prima ergo uidetur q in tali casu ēt uerus Papa possit cōpelli cedere: & ubi noluerit deponi.

¶ Praeterea: Hoc uidetur esse de intentione iurium: nam ex capitulo nisi cum pridem de renunc. §. pro graui quoq habetur: q praelatus pro scismate aut graui scandalo tollendo cogi possit ad cessionem. Et idem uidetur dicendum de Papa: Tum quia sola ad ministratione caeteros praecellit Episcopos: Tum quia maius scandalum oritur ex perturbatione uniuersalis Ecclesiae q unius Diocesis.

¶ Praeterea: Hoc factum fuit in Concilio Pisano: quod duos contendentes de Papatu deposuit: uidelicet Gregorium & Benedictum quorum alter uerus Papa credebatur: & electus est unus alius. s. Petrus de Candia. Cōciliū quoq Cōstantiense deposuit Io. xxiii. & Benedictū: & electus fuit Martinus.

¶ In oppositum est quod scribit B. Cyprianus in quadam epistola super scismate inter Nouatianum & Cornelium dicens: Quid ergo: quia honorem cathedrae sacerdotalis Nouatianus usurpat: nunquid idcirco nos cathedrae renūciare debemus? Et quia Nouatianus altare collocare & sacrificia offerre contra fas nititur: ab altari & sacrificiis cessare nos oportet: ne paria & similia cum illo celebrare uideamur? Vanum prorsus & stultum est: ut quia Nouatianus extra Ecclesiā uendicat sibi ueritatis ymaginē relinqua Ecclesia ueritatē.

¶ Respondeo dicēdum: Verum & indubitatum Romanum Pontificē cuius electionē cōstat ecclesiæ fuisse secundum canones sacros celebratā teste adoratione facta per Reuerēdissimos Dominos Cardinales: aut etiā p coronationē publice factā nō posse quouismodo cogi ad renunciandum: siue ad tollendū scisma: siue ad quodlibet aliud bonum uniuersale perficiendum: aut malum peauendum. Hoc qdē primo ex suprioribus deducit: Tum qa sponsus est Ecclesiæ: Quos uero Deus ɔiunxit homo non separet: Tum qa nō habet supiorem in causa cuiuscūq; criminis: Tum qa electio Sūmorū pontificum soli Deo reseruat. Probatur inde rationibus magis propriis eadem sententia: Tum qa innocens pp malitiā alior: iniusticiā pa i nō debet pcipue publicam: & circa ea q sunt de iure diuino: Tum qa apud pclarissimos iuristas diudum indubitatum fuit an Papa ineptus ad regimen Ecclesiæ & sponte uolens renunciare esset admittēdus est quoq; iure uetitum queq; cogi iuri suo cedere & ius suum iuritum abdicare. Tum qa daret occasio cogitandorū scismatum molientibus ambitiosis mala pp supmum pōtificatum adipiscēdū. Hinc ait S. Thomas in ?a secundæ.q.xliiii.ar. ultimo: q pp eos q scandala ɔcitant nō sunt tēporalia dimittēda: qa hoc ēt noceret bono cōmuni: Daret.n. malis occasio rapiendi: Hæc ille. Quare multo minus qs pōt cōpelli cedere dignitati: cum multo pstantior sit aliis bonis tēporalibus. Vnde una de causis est: quare Dathā & Abyrō scisma suscitantes grauit & insolita pœna puniti sūt: Nu. xvi. teste S. Tho. i. iiii. di. xiii. qa expediebat ne plati Ecliæ ɔtēnerent.

¶ Verum periculoso eueniēte scismate quod magis poterium uiribus foueret: uiris sanctis ac doctis ɔsulentibus ut Papa renunciet Summo pontificatui: ipsum Sūmum pontificem arbitror longis cogitationibus puiis magnoq; ex aie i se subsistere & sui ipsius iudicē fore: agatq; quod eum docuerit sps interior. Anceps est .n. negotium: & sola Christi Iesu Maximi Imperatoris Ecclesiæ militantis inspiratione terminandum. Nam qui frōte Deo ispirante renunciatione i futuro sæculo pmium a Christo sperabit honorē: si christianā i hoc sæculo honor illius impedit unitatē: teste B. Augustino super. psalmo Deus iudicium tuum.

¶ Ad primum ergo dicendum est: q qcunq; tenetur ad aliquid faciendum: potest cogi a suo s pioie: nō āt ab inferiore. Supra uero Papā solus Christus est cuius est Vicarius in terris Dicit quoq; q pastor tenet exponere animā pro suo grege. nō āt priuari dignitate: pcipue uia coactionis. Christus.n. oblatus est qa ipse uoluit. Esaiæ. liii. Et licet exinanierit se: nō tamē usq; ad priuationē suæ dignitatis Persuadendus est ergo in piculoso scismate ut Papa renunciet: nō tamē cogendus. Quod si coactus renunciaret nimagius laqueis Imperium militantis Ecclesiæ tunc esse ireticum opinor.

¶ Ad secundum dicēdum: q Papa nolens renunciare non peccat in articulum Fidei. Vnā sanctā catholicā. Quod si q sumunt occasionē scismatis: est scandalum pharisæorū. Neq; Hostiensis dicit illud: Sed neq; ēt uerū est qd uidet dicere idē Hostiensis: q ois scismaticus peccet in articulum Fidei Vnā sanctā catholicā: qa tunc ois scismaticus esset hereticus: qd est falsum. Capitulum quoq; aduocatū nō est ad ppositum: qa no accipitur ibi fides p Fide qua Deo credit: sed pro fidelitate: ut patet diligenter consideranti uerba Cypriani.

¶ Ad tertium respondetur: Textum nō dicere q possit cogi sed sic iacet: Pro graui quoq; scandalo euitādo cum aliter sedari nō potest: licet Episcopo petere cessionē. Item respondetur: cogi posse tantūmodo Eum qui habet superiorē: Papa uero omnium supremus est: ideo nō est simile de Sūmo Pontifice & aliis Episcopis ac prælatis inferioribus.

¶ Ad Quartum dicendum: quicquid sit de auctoritate Concilii Pisani: an uidelicet fuerit uerum & indubitatum concilium uel nō: nullus ibidem Papa depositus fuit uerus & indubitatus: quinimo propter dubitationem fuerunt depositi. In Concilio uero Constantiensi Gregorius cessit uoluntarie nō coactus. Ioānes autem & Benedictus non fuerunt ueri & indubitati pontifices. Quamobrem Ecclesia potuit eos repellere certior nō effecta: quin dubitans rationabiliter de eorum electione nō celebrata secundum sacros canones. Tanta igitur a nobis dicta sint de Maiestate Romani Pontificis Vicarii in terris pro Christo Deo Optio Maximo: Cui sit honor: laus & Impiū.

A M E N.

¶ Finis Secundi Libri Imperii militantis Ecclesiæ de Maiestate Romani Pontificis: æditi a Fratre Isidoro de Isolanis Mediolanensi Ordinis Prædicatorum.

¶ Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Sapientiæ primo.

¶ Ubi fuerit duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eoꝶ. Matth. xviii.



¶ Ille nos docebit omnia: & suggeret uobis omnia quæcũq; dixero uobis. Io. xv.

¶ Et cum uenerit ille arguet mundũ de peccato: & de iusticia: & de iudicio. Io. xvi.

De Concilio Generali Imperij militantis Ecclesie.

¶ Pascite qui in uobis est gregem Dei: neq; turpis lucri gratia: neq; ut dominantes in cleris primæ. Petri. v.

¶ Ministrate in fide uestra uirtutẽ: in uirtute autẽ scientiam. secũdæ Petri primo.



¶ Gratias autem Deo: q semper triumphat nos in christo Iesu. secundæ ad Chor. ii.

¶ Qui uos audit me audit: Et q uos spernit me spernit Lucæ. x.



lis pōtas ꝓfluxit: quēadmodum de auctoritate spūali in ſupioribus dictū fuit. ❡ Tertia uia ac tertius modus dicēdi ē: ꝙ Papatus eſt dignitas formalr̄ ſpūalis: eminēter uero tēporalis: quē admodū de ſole dictū fuit: ꝙ formalr̄ ē lucidꝰ eminēter uero multa alia. Quāobrē cōparatur ſcd̄m Canones auctoritas pontificis Soli Vna ita ꝙ eſt auctoritas papalis inſtituta a xp̄o Deo forte ſpūalis: pp ſui uero eminētiā oēm auctoritatē i ſe cōtinēs: etiā tēporalē. Succeſſor. n. eſt xp̄i Papa. de quo dicit̄ Math. ultio. Data ē mi hi oīs pōtas I celo & i terra. Et hic modus dicē di nō ē ille quo qdā dicūt Papā habere aliquo modo iuriſdictionē i tēporalibus: id eſt pro bo no ſpūali cōſeruādo ipſius & alioꝝ iquātū ne ce ſitas exigit: aut debitū paſtoralis officii: nam hic modus dicēdi ſolūmodo explicat ꝯuenientia exercitii ac finē pp quē datur pōtas papalis nō aūt itrinſecā rōnē dignitatis eiuſdem.

❡ QVOD autē hæc ſit intētio canonū ac. s. Tho. pſuadēt mihi ea q ſequūtur. Primū qdē ē dictū. B. Aug. i ſermone de. s. Aplis Petro & Paulo dicēdis. O mirā potētia & ineffabil' gratia Saluatoris. Quis plebeiū piſcatorē facile crederet principib9 & regibus obſiſtere regeſq; ſanctificare: regnis oībus impare: mundū fremare legibus: demones calcare pedibus: iubere ultro tibus: cælum hominibus aperire.

❡ In. c. Solitæ. extra de ma. & obe. Innocētius tertius ait. Pontifices aūt ꝓrogatiuā ſacerdotii ex eo itelligere potius: quod dictū ē non a quolibet ſed a Deo: nō Regi ſed Sacerdoti: nō de Regia ſtirpe ſed de ſacerdotali ꝓſapia deſcendēti. de ſacerdotibus uidelicet q erant in Anathot. Ecce cōſtitui te ſuper reges & regna: ut euellas & diſſipes: ædifices et plantes.

❡ Bonifacius quoq; octauus i extrauagāti incipiente. Vnā ſanctam ait. In hac equidē. ſ. Romani Pontificis pōtate duos eē gladios ſpūalem. ſ. & tēporalē euāgelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus apl̄is: ecce duo gladii hic &c. Hanc uiā. s. Tho. opinor q̄i ſuſe ſcd̄i ſniarum ſic ait: Niſi forte pōtati ſpūali ēt ſecularis pōtas cōiungatur: ſicut i Papa q utriuſq; pōtatis api cem tenet. ſ. ſpūalis & ſecularis: hoc illo diſponente q eſt Sacerdos & Rex: Sacerdos i æternum ſcd̄m ordinē melchiſedech. Rex regum & dominus dominātiū: cuius pōtas nō auſeretur: & regnū nō corrūpetur. Hæc. S. Thomas.

❡ ROBORATVR quoq; præfatus modus dicendi rōnibus. ❡ Primo: quia in omnibus actionibus ordinatis q ultimo fini imperat principatur ēt cæteris ordinibus ad finē ultimum quēadmodū i artificiatis uſus nauis ē ultimus finis nauis: ideo gubernator nauis: q uſui imperat dominat̄: naui factori: ac ꝓparanti materiā pariter ꝓtor paret ꝓcōſuli. oībus aūt imperat cæſar: q; imediate ꝓeſt uniuerſo regimini. Sed Papa ut ſupra dictū fuit: eſt uīis princeps oīum ſpūaliū imperii militātis eccleſiæ: ad quæ ſpūalia: oīa tēporalia ordinātur: ut patet. Igitur eius auctoritas ꝓeſt oībus tēporalibus ac ſpūalibus Q uæ cū una exiſtat & formalr̄ ſic ſpūalis pp eminētiā: tēporalē pōtatē ēt i ſe cōtinebit.

❡ Præterea: Cōceſſo alicui aliquo officio aut regimine cenſentur ēt cōceſſa ea ſine qbus officium ſiue regimen recte expediri nō pōt. ex tra de offi. deleg. c. i. & c. ꝓterea. huius ꝓpoſitionis ēt oppoſitū oīno irrationabile eſt: ſed. B. Petro indiſtincte fuit cōceſſa cura oīum: igitur ēt indiſtincte accepit auctoritatē tēporaliū. Hinc Innocētius tertius in. c. Solitæ. extra de maio. & obe. ſcribens Impatori Cōſtantinopolitano ait. Nos & ſi nō increpando ſcripſimus: potuiſſemus tamē rōnabilr̄ icrepare: nobis. n. in. B. Petro ſunt oues xp̄i cōmiſſæ: dicēte domino: Paſce oues meas: nō diſtinguēs inter has oues & alias: ut alienū ſe a ſuo demonſtraret ouili: q Petrum & ſucceſſores ipſius magiſtros nō recognoſceret & paſtores: Hæc Innocentius.

❡ Præterea romano Pontifici tradita fuit auctoritas cognoſcēdi & iudicādi de oībus Mat. xvi. Q uodcunq; ligaueris ſup terrā: erit ligatū & i cælis. Igitur & uīem accepit auctoritatē in tēporalibus. Inde. xi q. i. Q uæcūq; dicit̄. Q uæ cūq; cōtētiones iter xp̄ianos ortæ ſunt ad Eccleſiā deferent̄: & ab eccleſiaſticis uiris terminabunt̄: Et ſi obedire noluerint: quouſq; obediāt a liminibus Eccleſiæ excludantur Hæc ibi. Neq; ſeqtur cōfuſio i iudiciis: cū Roma. Pon. ordinate gubernata non itendat deſtruere. Alia quoq; eſt poena illata ab eccl̄ia: alia a iudice mere terrenō: Si obiiciat̄ cap. Si duobus. extra de appel. ubi ad qſtionē qua qn̄ ſi a ciuili iudice ante iudiciū ue' poſt ad Papā fuerit appellatū: an huiuſmodi appellatio teneat. rn̄det Papa: Tenet qdē i his q ſunt noſtræ tēporali iuriſdictiōi ſubiecti: in aliis uero & ſi de cōſuetudine Eccl̄iæ teneat ſcd̄m iuris rigorē credimus nō tenere. rn̄detur: ſcd̄m iuris. ſ. pōtificii non diuini. Et hoc bene nota.

❡ SED cōtra ꝓfatā determinationē inſtatur. ❡ Prio qdē auctoritate Diui Bernardi: q i libro de cōſideratiōe ad Eugeniū Papā ait. Planū ē: apl̄is interdicit̄ dominatus. I ſtū qūo tu & tibi uſurpare audes: aut dominās apl̄atum aut

apstatus dominaretur? Plane ab alterutris prohibetis. Si utrumque simul habere uolueris perdes utrunque.
¶ Secundo: si papalis auctoritas esset uniuersalis sequeretur quod ab ipsa esset imperium terrenum: quod est falsum. ut habetur C. de uet. iure enu. l. princ. Deo inquit Imperatore auctore nostrum gubernante imperium quod nobis a cælesti mayestate traditum est. Manifestum est et imperium ante romanum pontificatum fuisse.
¶ Tertio s. Tho. in secunda secundæ. q. c. ar. i. dicit quod omnis res ecclesiæ sint Papæ ut principalis dispensatoris: non tamen sunt eius ut domini & possessoris. ¶ Ad hæc respondetur: & ad primum quidem quod simpliciter Apostolis non interdixit principatum sed administrationem immediatam temporalium propter prædicationis officium: quare in eodem libro. B. Bernardus uocat papam patrem Regum: ut dictum est in prohemio huius sectionis. Huic quoque obiectioni responsum fuit in primo libro. ¶ Ad secundum dicendum quod imperium initium habuit a Deo immediate: nunc uero xpo ordinante papæ auctoritate ordinatur: & ab eo est.
¶ Ad tertium dicendum quod illa principalis dispensatio non tollit uniuersalem primatum: sicut nec dominatum simpliciter. Quamuis. n. Papa non sit dominus principalis immediatus: quia secundum legem Dei debet spiritualia & non temporalia immediate dispensare nisi in ordine ad spiritualia: non tamen ita est dominus: simpliciter sicut pater meus dominus erat iuris sui aut suæ pecuniæ quas pro libito dispensare poterat nulla existente causa.
¶ Ex dictis explorata redditur ueritas sequentium propositionum. Prima: papa non est dicendus Imperator uel Rex terræ: sed pastor: sicut nec sol siccus: quia non est formaliter sed eminenter. Pastor autem est sortitur. Io. ultimo. Pasce oues meas. ¶ Secunda propositio: papam non semper licuit auctoritate temporali uti. sicut nec nunc semper licere non ait Augustinus quando tyranni prohibuere nonnunquam et deinde Ecclesiam non exercere talem auctoritatem: ne Ecclesia notam incurreret cupiditatis. In presentia tamen et non debet: quia spiritualibus intendere debet: temporalia Imperatori ac cæteris principibus relinquens: nisi in aliquibus quæ Ecclesia immediate administrat ad uindictam malorum: laudem uero bonorum. Inde et ut Ecclesia in maiori habeatur ueneratione.
¶ Tertia propositio: papa pot eorum demeritis exigentibus Imperatorem ac reges deponere: ut habetur in c. Alius. xv. q. vi. et e. uidetur administrationem regni ut i. c. Grandi. de sup. negli. pla. li. vi. Pot et absoluere uasallos a iuramento. xv. q. vi. nos sanctorum & in. c. iuratus. ibidem. ¶ Quarta propositio: papa ubi opus fuerit pot congregare exercitum. xxiii. q. viii. ergo & c. hortatu. & c. quidem. Idem tenet s. Tho. secunda secundæ. q. xl. art. ii.

¶ Quinta propositio: papa pot legitimare ad seculares dignitates & honores: extra Qui fi sint filii legi. c. per uenerabilem. ¶ Sexta propositio: Papa pot facere iusticiam omnibus secularibus iniuriam patientibus: extra de foro competenti. capi. licet.
¶ Septima propositio: Papa pot dare ius & modum eligendi Imperatorem: ut in. c. uenerabilem. extra de electione. Inde et uacante imperio exercet iurisdictionem in temporalibus. De re iudic. pastoralis in Cle. ¶ Octaua propositio. Papa pot auferre dominium siue ius quod habent infideles super fideles. Hoc idem probat. S. Thomas in secunda secundæ. q. x. ar. x. ¶ Nona propositio. Papa pot punire iudeos delinquentes pœna temporali & spirituali: ut in cap. postulasti: extra de iudeis. Idem cap. Sæpe. xxviii. q. i. Decima propositio: Omnia pot papa quæ Imperator: quis ea omnia exercere non deceat, nec liceat semper. Abuteretur. n. potate concessa: neque difficile est percipere ac claro intueri ingenio dependentia præfatarum propositionum ex modo dicendi quem nos probauimus.
¶ Ad primum ergo dicendum est: quod cum temporalia ordinentur ad spiritualia: Formalem potestatem spiritualis imperii necesse est sequi potestatem temporalem. Vnde ubi fit cathegorematice usus est quasi nihil omnino excludens: sed omnia includens
¶ Ad secundum negatur minor: nam licet ante passionem noluerit exercere potatem temporalem exercuit tamen post resurrectionem. Inde resurgens dixit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: quare & post resurrectionem Petrum papam instituit: uerba uero adducta ex. ix. cap. lucæ dicta sunt interrogatiue: quæ interrogatio abstrahit ab affirmatione & negatione. Magno et misterio talia respondisse xpo asserit diuini interpres. Hinc gl. ibidem ait. Non sum dissensionis Deus: sed pacis & unitatis: quia ueni hoiem pacificare cum angelis ut multi unum corpus & aiam unam habeant non ut diuidantur: sed ut habeant oia coiamne quis sit egens. Iter illos: ille qui non colligit mecum est fraternitatis diuisor: dissensionis auctor. hæc glo. Fugit autem xps ne fieret rex: teste s. Thoma in expone illius loci ne derogaret dignitati sue ab alio regnum accipiens. & ne praeiudicaret doctrinæ suæ: ac ut nobis exemplum præberet.
¶ Ad tertium dicendum: quod sicut non supsumitur secundæ cæsequis prima cum primeat eminentiæ omnium uirtutem inferiorem & sicut non supsumitur proconsul aut preses praesente Cæsare: ita manet discretio temporalis potatis a spirituali: Prima spirituali dignitate omnes alias in se continente propter eminentiam.
¶ Ad quartum dicendum: quod Reges ac principes immediate recognoscentes Imperatorem

me liāte recognoscunt Papam. Moris quoq; est omnium principum Christiani Imperii no .um Pōtificem aut per se aut per suos nuncios solemnes uenerari atq; adorare: Nouos autem Reges instituere & ueteres deponere si ne causa est potestate concessa abuti:& principatum uerum i tyrāndem uertere. Data est.n. potestas Ecclesiæ in ædificationem & non in destructionem.

¶ Titulus Nonus de auctoritate Romani Pontificis respe- ctu sui ipsius.



POST considerationem eorum quæ pertinent ad po estatem Romani Pontificis respectu aliorum: determinandum est de eiusdem auctoritate respe- ctu sui ipsius. Est.n.& ipse ua toratq; inter oues Christi enumeratur. Erit autem huius con siderationis unica quæstio.

¶ Vtrum Romanus Pontifex possit quo- quomodo habere superiorem in terris. Quæstio Vnica.



D hanc quæstionē sic proceditur. Videtur q̄ Romanus Pōtifex quoquomodo possit habere superiorem in terris. Primo quidē, Ecclesia uniuersalis Christo instituente est supremus iudex omnium Matth.xviii. Dic Ecclesiæ: & tunc Christus loquebatur Petro. Igitur Sūmus Pontifex in terris habet supiorē aliquo modo.

¶ Præterea: Papa nō est magis exemptus a iurisdictione ac supioritate Imperatoris q̄ fuerit Christus ac cæteri Apostoli. Sed Christus dixit Pilato Io.xix. Non haberes potestatem ad uersum me ullam nisi esset tibi datum desuper. B.etiam Paulus Cæsarem appellauit. Igitur Cæsar aliquo modo in terris uidetur superior Romano Pontifice. Confirmatur per capitulum. Nos.ii.q.vii. ubi Leo Papa scribens Ludouico Imperatori ait: Nos si incompetenter aliquid agimus,& in subditis iustæ legis tramitē non seruauimus uestro ac missorum uestrorū cuncta uolumus emendare iudicio.

¶ Præterea B. Petrus Papa existens superiorē quoquomodo habuit: nam Paulus apostolus restitit ei in facie: ut scribitur ad Galathas secundo. Idē legitur de multis discipulis Actuū. xi. Igitur Romanus Pontifex pariter dicendus est habere superiorem in terris.

¶ Præterea: Si Papa infamatur per uiros prouidos & honestos de aliquo crimine unde Ecclesia scandalizatur: quæro an Papa teneatur se purgare de hoc an non. Si dicas q̄ non: Cōtra: Qui tenetur uitare scandalum tenetur suscitatum tollere & sedare: si potest: ergo debet se purgare: sicut legitur de Papa Damaso accusato a subditis de adulterio: ut refert B. Hieronymus de uiris illustribus. Sed purgatio pertinet ad sententiam superioris. Ergo sequitur q̄ in terris Papa habeat iudicem superiorem.

¶ Præterea Ex determinatione Concilii Constantiensis habetur: q̄ Papali etiam dignitate Decretum autem illud reassumptum fuit tam in secunda q̄ in duodecima sessione. Igitur in terris Papa quoquo modo superiorem habet.

¶ Præterea: Papa tenetur confiteri si in crimina labatur mortalia: Ergo Confessor in eo casu erit superior Papa in terris.

¶ In oppositum est determinatio facta in Cōcilio Romano cui præfuit S. Siluester Papa: cuiq; interfuerunt Constantinus Imperator & Helena mater: subscripserunt q;. Legitur uero ibidem sic: Nemo iudicabit primam sedem: quoniam omnes a prima sede iustitiam desiderant temperari: quoniam nec ab omni clero nec ab oi populo iudex iudicabitur. Hanc eandem sententiam & quasi sub eisdem uerbis affirmauit Innocentius Papa: ut habetur in capitulo Nemo ix.q.iii.

¶ Respondeo dicendum: Quamuis considerantibus probata in superioribus immediate manifestum existat Papam non habere superiorē in terris tamen pro ampliori dilucidatione huius materiæ: cuius ignorātia sæpius uiros boni consilii alias & bonæ intentionis magnis inuoluit laqueis atq; imperio militantis Ecclesiæ magnos attulit turbines: tria in præsentiarum discernens: Primo.n. Roborabitur titulus quæstionis pars negatiua: quæ est: Papa non habet superiorem in terris in foro exteriori. Secundo probabitur specialiter de Imperatore. Tertio declarabitur quid possit agere ipsemet Papa propria uoluntate.

¶ CIRCA Primum: Intentum multipliciter manifestatur. Primo quidem ratione: Nam Suprema potestas simpliciter in terris Christo ita

mediate subiecta nullo modo habere potest iu dice: & in terris in foro exteriori. Sed Romani Pontificis potestas est imediate uicina Christo: suprema simpliciter ut supra ꝓbatum est. Igitur non habet aliquo modo superiorem in terris saltem in foro exteriori. In foro.n. Dei alitatiuo est ut infra dicetur. Confirmatur hæc ratio per dictum glosæ illud psalmi. Tibi soli peccaui. Quia inquit rex est omnibus superior. ideo a Deo tantum qui est maior eo puniendus est. Si quis de populo errauerit: & Deo peccat & Regi. Rex uero non habet hominem qui sua facta diiudicet: & ideo ait: Tibi soli peccaui. Inde in capitulo Aliorum.ix.q.iii.ait Symachus Papa: Aliorum hominum causas uoluit Deus p homines terminari: sed sedis istius Præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit B.Petri Apostoli successores cælo tantum debere inocentiam. Inde a Papa ad aliquem alium siue plures: etiam si totus esset orbis simul excepta causa heresis: appellatio nulla est. Nam omnis appellatio est ab inferiori ad superiorem: ut habetur.ii.q.vi.placuit. Fulciunt præfatã sententiam: ea quæ de Dauid leguntur: qui Saul Regem quamuis reprobatũ a Deo: semper ueneratus est. Vide capitulum plerũq; secunda.q.vii. Hanc sententiam catholicam approbarunt ipsi Romani pontifices: etiam illi qui exemplo christi non rapinam arbitrati sunt esse se Vicarios Dei: sed pro fide catholica martyrium sustinuerunt. Hinc Bonifacius Papa & martyr ut habetur in capitulo. Si Papa. huius inquit.s. Romani Pontificis culpas redarguere præsumit nullus: quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus: nisi deprehẽdatur a Fide deuius. Ad idem est Anacletus Papa & Martyr in capitulo Electionẽ di.lxxix. Ad idem est capitulum Ipsi sunt.ix.q.tertia. item capitulum cuncta. itidem capitulum oues.ii.q.vii.& capitulum Inferior.di.xxi. Hanc eandem sententiam patres sanctissimi in conciliis unanimiter confirmauerunt: ut patuit in concilio congregato occasione Marcellini Papæ: qui idolis timore ductus thurificauerat: de quo habetur in capitulo Hunc autem di.xxi. Idem egit Concilium Calcedonense: ut in capitulo Tantum di.xxi. Idem asseruit Concilium congregatum per Theodericum Regem Longobardorum. de quo habetur di.xvii. Idem Alexander.iii.ut in capitulo Licet extra de elec. Et demum patres Concilii Constantiensis operibus ac uerbis approbarunt. Hanc eandem ueritatem Christianæ religionis & tenent & probant clarissime doctores Parisienses solennes sanctitate & doctrina conspicui S.Thomas de Aquino S.Bonauentura: Diuus Albertus magnus: ac plerią; & sacræ Theologiæ ac iurium gnari. Docuere temporum superiorum pericula per tot annorum curricula hanc esse doctrinam ueram & apostolicam: quoniam oppositum sentientes aut a Deo percussi leguntur cum exemplo aliorum: aut sententiam mutauerunt. Dicamus igitur cum B.Hieronymo ut in capitulo Non afferamus.xxiiii.quæstione prima. Non afferamus stateras dolosas: nec appendamus: quod uolumus pro arbitrio nostro dicentes: hoc graue: hoc leue est: sed afferamus diuinam staterã ex scripturis sacris tãq; de thesauris dominicis: & in illa quid sit grauius appẽdamus.

¶ IMPERATOREM pariter subesse & non præesse Romano Pontifici Christo instituente quamuis præfata concludant: neq; dubium super sit nisi uolenti ac sine ratione efficaci cupienti dubitare: tamen huius sententiæ fuisse ꝓclarissimos Cæsares probare libet: Nam in capitulo Continua.xi.q.prima legitur Constantinum Synodo Nicenæ dixisse: Vos a nemine diiudicari potestis: quia ad Dei solius iudicium reseruamini: ex quibus uerbis concludit Nicolaus Papa in.c. Satis.di.xcvi. dicens. Satis est euidẽs a seculari potestate nõ solui prorsus nec ligari Pontificem: quem constat a Pio principe Constantino: quem longe superius nominauimus Deum appellatum: cũ nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum sit. Hæc ille. Valentianus uero ac Theodosius quanti fecerint iudicium Ecclesiæ non facile dixerim. Hoc etiam manifestari potest si consideremus spiritualibus naturali ordine subiecta esse corporalia. Inde ait Apostolus primæ ad Cor.ii. Spiritualis homo omnia iudicat: & ipse a nemine iudicatur. Itidem Imperator si ouis est Christi etiam pastori a Christo instituto subiici debet: ut in cap. si Imperator. di.xcvi. Quamobrem multi canones auctoritatem Imperatoris restrinxerunt: ut in.ca. Placuit.xi.q.i. Huic fauent ea quæ habẽtur in.c. Quis dubitat di.xcvi.& i.c. Solitæ.extra de maio.& obe.

¶ CIRCA tertium dicendum: ꝙ ꝗuis Papa possit ac debeat diuersorum sententias ac rationes intelligere in determinandis: nullius tamen iudicio tanq; superioris subiicere se debet sed nec potest. Probatur. Tum quia derogaret assistentiæ Christi Dei. Tum quia uideretur esse oppositio in adiecto: quia Supremo nil

est superius: Tum quia non constat qua auctoritate posset sibi superiorem constituere: quia ut dicitur in capitulo Sola.xiiii.q.iii.Sola Romana Ecclesia sua auctoritate de omnibus ualet iudicare:de ea uero nulli iudicare permis titur:Tum quia derogaret dispositioni Chri sti:qui Papam solum uolunt esse supremum iudicem:nam causas praesulis Romani Deus reseruauit arbitrio suo:ut in capitulo. Aliorū. xxiiii.q.iii.Et capitulo Facta. Cum praefatis di cimus Romanum Pontificem posse cōmitte re causas aut lites uertentes inter Sedem apo stolicam aut curiam & aliquos principes:pu ta de iure alicuius castri aut ciuitatis. Hoc.n. nō est habere superiorem in terris:sed ad Ro manae pietatis indicium permissio est ut alter proferat sententiam:quā Sūmus Pontifex ser uare non debet nisi clauium Petri auctoritate media fuerit firmata.Sic itaq; & apostolica pie tas ac rectitudo & innocētia manifestabuntur: & Romanae potestatis maiestas seruabitur.

¶Ad primū ergo dicendum est cum dei adiutorio:Supponendo tria:primum est conces sum ab omnibus expositoribus sacrarum litterarum:& est formaliter B.Augustini: Quod ex solo sensu litterali sacrae scripturae sumitur efficax argumentum.Secundum est:ꝙ ille dicendus est esse uerus intellectus litterae quē asse runt sancti Doctores praecipui rectae rationi ac praticae sanctorum patrum conformē.Ter tium est ꝙ in illis uerbis duplex ordo describitur.s.charitatis & fori exterioris. Primo ordini omnes indifferenter subiiciuntur quia omnes sunt fratres. A secundo ordine solus Papa simpliciter excipitur: quia ipse non est frater sed Pastor indistincte omnium institutus a Christo:Io.ultimo:Pasce oues meas.Dicitur itaq; ꝙ nomine Ecclesiae non potest intelligi Ecclesia uniuersalis: Tum quia nullus sanctorum ita exponit:Tum quia impossibile mandaretur: atq; onus importabile īposuisset Deus humeris fidelium.Non.n.possibile est de facili uniuersalem Ecclesiā congregare:quot tidie autem & sine numero euenit talis denun ciatio facienda per fideles toto ordo dispersos & a uiris & a feminis quas non decet ad Ecclesiam uniuersalem accedere:Et per consequens haec expositio esset contra illud Salua toris: Iugum.n.meum suaue est & onus meū leue. Matth.xi.Tum quia hoc nūq̄ habuit pra tica sanctorum patrum.Non ergo intelligi de bet:Dic Ecclesiae uniuersali tanq̄ iudici.

¶Expōitur uero dupliciter: uno modo dic Ecclesiae idest praelatis Ecclesiae. Alio modo dic Ecclesiae idest multitudini.

¶Pro cuius intelligentia. Aduertendum: ꝙ haec doctrina de correctiōe fraterna cogit ad sui obseruantiam subditos & praelatos ex ui praecepti:& ideo tradita fuit B. Petro ut praela to:& ut repraesentanti totam Ecclesiam. Cum uero alius status sit praelati:alius subditi:alio & alio modo terminatur correctio per utrunq;: quare terminus correctionis fraternae est praelatus qui Ecclesiae nomine intelligitur:terminus autem correctionis fraternae factae per p̄ latum est multitudo: quae tūc nomine Ecclesiae intelligitur. Quod uero nomine Eccle siae intelligatur praelatus: Probatur:primo qui dem secundum expositionē Doctorum:Nam Chrisostomus super Matth.& habetur in glo. continua: exponit sic Dic Ecclesiae: idest his qui Ecclesiae praesunt. Itidem Glo.decreti in capitulo.Si peccauerit.ii.q.prima ita habet:Dic Ecclesiae:idest Sacerdoti. Pariter interpretatur sedes apostolica in capitulo. Nouit.extra de iudi.Eadem expositio est S. Thomae in quar to.di.xix.& in secunda secundae.q.xxxiii.& in tractatu de correctione fraterna: Item super Matth.Eodem modo exponunt.Dominus Al tisiodorensis: Dominus Vgo Cardinalis: Do minus Albertus Magnus: Nicolaus Gorram: & Nicolaus de Lyra.Hoc idem pratica sancto rum patrum tenuit ab exordio nascentis Ecclesiae.Quod etiam nomine Ecclesiae ubi prae latus corrigit intelligatur multitudo:probatur similiter:nam S.Thomas super Mattheum sic ait:Dic Ecclesiae:idest multitudini:ut cōfundatur. Et qui noluit sine confusione corripi: cum confusione corripiatur. Est.n.confusio adducens gratiam.Dominus quoq; Vgo Car dinalis ubi supra:ita ait: Si personam Ecclesia corripit sic est exponēdum:dic Ecclesiae:idest coram praelato eum conuince per testes quos noluit audire corripientes: Si uero praelatus corripit sensus est:dic Ecclesiae:idest coram Ec clesia.s.congregatione fidelium excōmunica. Superfluum est autem caeteros adducere.Idē probatur per praticam continuā Ecclesiae:cu ius prius obseruator fuit B.Petrus:Qui absq; uniuersali Concilio Ananiam & Saphyram eius coniugem sua auctoritate damnauit.

¶Ad secundum dicendum:ꝙ Christus uoluntaria subiectiōe fuit Imperatori ac Pilato subiectus:non autem ordinaria.Oblatus est.n. qa ipse uoluit:Esaie.liiii. Ex opere uero super erogationis non arguitur debitum in eo:nec

in eius Vicatio nec in eius discipulis. Permissa ita q; illa potestas fuit nõ ordinaria Io. xix. Non haberes in me ullam potestatem nisi tibi datum esset desuper. Non etiã ẽ par ratio omnino de B. Petro ac cæteris apostolis. Dicitur quoq; Paulum ad Cæsarem appellasse tanq ad iudicem eorum a quo iniustitiam patiebatur. Item posset dici q ante diuisionem fidelium ab infidelibus non erat extincta prælatio temporalis ordinaria: quemadmodum dictum est in libro primo de Constantino Cæsare. Huic respõsiõi fauet S. Tho. sc da secũdæ q. x. ar. x. Inde Alexander de Ales ait: Leonis Papæ submissionem quam fecerat Ludouico Imperatori fuisse opus supererogationis: quod præcipue decet superiores exercere cum ui ma patiuntur ab inferioribus: ut bona opera considerantes resipiscant: non. n. gladius euaginandus est nisi ubi cetera sanctitatis opera nõ profuerint.


¶ Ad Tertium dicendum est q in defensione Fidei Apostoli erant pares ut supra dictum fuit: Discipuli uero non ex auctoritate officii sed propter uirtutem spiritus sancti reprehenderunt Petrum: quam reprehensionem sola dispensatione humilitatis sustinuit ut habetur in capitulo Petrus. ii. q. vii.

¶ Ad Quartum dicendum q Papa diffamatus ex debito ɔscientiæ debet se purgare ad tollẽdũ scandalũ sed non coram superiore: sed corã confratribus epis aut aliis religiosis uiris. sicut de Leone Papa legitur in capitulo Auditum secunda. q. vii. De Sixto pariter legitur in capitulo Mandatum ii. q. v. Idem fecit Damasus Papa coram xlii. episcopis: ut habetur in capitulo Nos ii. q. vii.

¶ Ad Quintum dicendum est q Ecclesia nõ certificata de uera electione secũdum sacros canones pontifices potest repellere Pontificem: sicut creditur factum in Concilio Constantiensi. Unde illa Concilii determinatio nõ est uniuersalis sed dicit hæc sacrosancta synodus. Tenet itaq in materia & tempore scismatis. De his longior erit consideratio in libro sequenti. Quæ uero inducuntur de Concilio Basiliensi non sunt magnæ auctoritatis: ut late probat Dominus Io. de Turre cremata in secundo libro de potestate ecclesiastica capitulo Centesimo.

¶ Ad Sextum dicendum ut S. Thomas i quarto di. xix. q. ix. Potestas inquit clauium quantum est de se extendit se ad omnes: sed q in aliquẽ Sacerdos non possit uti potestate clauium cõtingit hoc q eius potestas ad aliquod specialiter est limitata. Unde illi q̃ qui limitauit potest extendere in quem uoluerit. Et propter hoc etiam potest sibi date potestatem in seipsum: quis ipse in seipsum uti potestate clauium nõ possit: quia potestas clauium requirit pro materia aliquem subiectum & ita alium. Sibi. n. ipsi aliquis esse subiectus non potest. Hec S. Thomas. Negat quoq ibidem in solutione cuiusdam argumenti S. Thomas Papam in iudicio exteriori posse sibi eligere superiorem.

¶ Titulus Decimus & ultimus de separatione auctoritatis Summi Pontificis ab eo suppo sito in quo est.



DEMUM de separatione auctoritatis Sũmi Pontificis ab eo subiecto in quo est ocurrit consideratio. Separabilis autem est illa auctoritas secundum diuersorum sententias per renunciationem aut heresim: aut crimen notorium: aut propter scisma tollendum. Quare quid rei ueritas habeat ordinate disputabitur. Quarum autem circa præfata quatuor.

¶ Primo: An auctoritas Sũmi Pontificis separetur ab eo supposito in quo ẽ p renunciationẽ.

¶ Secundo: An auctoritas Sũmi Pontificis separetur ab eo propter crimen heresis.

¶ Tertio: An Papa propter crimen notorium possit deponi.

¶ Quarto: An ad tollendum scisma uerus Papa possit compelli ad renunciandum.

¶ Utrum auctoritas Sũmi Pontificis separatur ab eo supposito in quo est per renunciationem.

Quæstio Prima.



D Primam quæstionem sic proceditur Videtur q auctoritas Sũmi Pontificis non separatur ab eo supposito in quo est per renũciationem: Primo quidẽ Status Sũmi Pontificis siue Papatus dicit ordinẽ ecclesiasticũ cũ sit prius

inter quadripartitum ordinem Episcoporum ut ait Magister in quarto di.xxiiii. Sed ordo ecclesiasticus est perpetuus indelebilis & inseparabilis: Non.n. quispiam potest renunciare Sacerdotio aut alteri ordini. Igitur Summi Pont. ficis auctoritas non uidetur separabilis ab illo supposito in quo est per renunciationem.

¶ Praeterea: Institutum uoluntate diuina nō potest auferri sola uoluntate humana: Sed Papa instituitur uoluntate diuina: renunciatio uero fit sola uolūtate humana: Igitur per renunciationē non uidetur auctoritas Sūmi Pontificis posse separari ab eo supposito in quo est.

¶ Praeterea: Fortius est uinculum spūale q̄ carnale ut habetur extra de transla. episcopi capitulo. Inter corporalia: Sed matrimonium carnale est indissolubile: Inter Papam uero & Ecclesiam est matrimonium spūale firmatū uoto emisso per Pōtificem de cura habenda uniuersali Ecclesiae: Igitur per renunciatiōem nō uidetur q̄ Romani pontificis auctoritas possit seperari ab eo subiecto in quo est.

¶ Praeterea: Sacerdotium Christi est eternū: iuxta illud psa: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Sed Sacerdotium Sūmi Pontificis est singulari ratione sacerdotium Christi: ut habetur in capitulo Nulli fas.xxv.q.prima. Igitur Sacerdotium Sūmi Pontificis nō uidet separabile ab eo subiecto in quo est per renunciationem.

¶ Praeterea: Sicut se habet eiectio Papae ita & renunciatio: sed eiectio Summi Pontificis soli Deo seruatur: ut dicitur di.lxxix. Igitur uidetur pariter dicendum q̄ per renunciationem non possit auctoritas Sūmi Pontificis separari ab eo subiecto in quo est.

¶ In oppositum est quod legitur in hystoriis Romanorum Pontificum: nam B. Clemens renunciauit Papatui: ueluti etiam dicit glo. in capitulo Si Petrus.viii.q.prima.

¶ Respondeo dicendum: Cum per Ecclesiā determinatum fuerit Summum Pontificem libere posse renunciare papatui: ut patet in.vi. de renun. capitulo primo hic tria sunt considerandas: Primum est quotiens id fuerit factum & quomodo: & qua ratione ille actus dicetur renunciatio. Secundo: illud est persuadendum rationibus quibusdam posse conuenienter fieri. Tertium: idem confirmabitur conformitate sacrorum canonum.

¶ QVATTVOR itaq; fuisse Sūmos Pontifices legitur qui Papatui resignauerūt uariis motiuis occasionibus. Primus Clemens: qui institutus a B. Petro i facie Ecclesiae consentientis & acceptantis: ne posteris daret malum exemplum ut quilibet soli posse eligere successorē: renunciauit papatui. Secundus fuit Cyriacus: qui ab Angelo monitus sequutus est societatem undecim milium uirginum: cum quibus etiam Martyrio coronatus fuit. Creditur uero Cardinales nomen Cyriaci de numero Pontificum abrasisse: quoniam non propter deuotionem sed propter delectationem opinabantur eum tantas Virgines fuisse sequutum. Tertius fuit S. Marcellinus: quia templum Paganorum ingressus timore thurificauit ydolis: deinde se corrigens martyrium grandi feruore perpessus est: De hoc habetur in capitulo Nūc autem di.xxi. Quartus fuit Celestius: qui renūciauit propter suae imperfectionis recognitionem: De quo habetur in capitulo primo de renū. in sexto. Quāuis autem renunciatio sit resignatio facta in manibus superioris capitulo admonet & capitulo Quod in dubiis eo. ti. in antiquis tamen haec etiam resignatio uocatur renunciatio: quia Papa non habet superiorem: sed loco superioris est Ecclesia acceptans. Propter impossibilitatem ergo forma iuris seruari non potest.

¶ PRO CLARIORI intelligentia horum p̄intelligendum: q̄ potestas ordinis & iurisdictionis multipliciter differunt: primo quidem: quia potestas ordinis incorruptibilis & imutabilis est: potestas uero iurisdictionis mobilis & transitoria. Degradatus.n. Sacerdos adhuc cōsecrat. Secundo: quia potestas ordinis per se respicit corpus Christi uerum: Iurisdictionis uero mysticum. Tertio: potestas ordinis non recipit magis & minus: potestas uero iurisdictionis sic. Cōueniunt autem: quia una potest conferri sine alia. Nam & Episcopus cōsecrat religiosos quibus non confert aliquam iurisdictionem: Et iurisdictio saepenumero a Papa confertur sine ordine. Ex his deducitur: potestatem Papae supra auctoritatem ordinis siue episcopatus addere solūmodo uniuersalem iurisdictionem: & sic formaliter secundum ultimam differentiam esse potestatem iurisdictionis. Ideo defectibilis est sine gradu ordinis Episcopatus: qui pat modo remanet in Sūmo Pōtifice renunciante sicut & in caeteris Episcopis renunciantibus. Persuadetur ergo rationabiliter fuisse de intentione Christi Sūmum Pontificem posse renunciare papatui. Nullus enim iure diuino i cogitur ad exequendum

impossibile. Sed eueniret pot casusquo manet
Papa tantu ouus exequi nequiret: aut roe senē
ctutis aut egritudinis aut inexperientiæ incor
rigibilis. Cum itaq pp talia inferiorum Pontifi
cum ac platorum possit separari iurisdictio: siue
per renunciationem siue per Papā: ergo ratio
nabiliter uidetur dicendum hoc posse fieri in
papatu. Hoc idem colligitur ex parte finis Pō
tētia .n. ordinata ad finē si finē pducere nequit
uidet frustra: sed Potestas Papæ est ordinata a
Deo ut ꝯtinuo exerceat q̄ ptinent ad regimen
uniuersale ipeni militantis Ecclesiæ. Pōt autē
euenire ipotentia in Romano Pontifice qua
periclitaretur Ecclesia. Rationabile ergo est ꝙ
possit renunciare.

¶ CONFORMANT sacri canones dicis q̄
sanctos pontifices sic egisse legimus atq Ec
clesiā ita determinasse ꝯstat. In huiusmodi re
renunciatione differentiæ siue abnuere uniuer
sali & ppetuæ iurisdictioni Ecclesiæ est forma
le: quemadmodum ꝯsensus ī electione de se fa
ctam est formale ꝯfirmationis Sūmi Pōtificis.
Quod si datur An ecclesia posset statuere op
positū: id est ꝙ Papa nō possit renunciare pa
patui: dicendum est quod ait B. Paulus secun
de ad Cor. xiii. Non possumus aliquid aduer
sus ueritatem sed pro ueritate.

¶ Ad primum ergo dicendum est: ꝙ Papa est
eps Romanus habens potestatē uniuersalem
iurisdictionis. Consecratio autem indelebilis
Pōtas uero utilis defectibilis: cui renūciare pōt.

¶ Ad secundum dicēdum: ꝙ instituta aliqua
uoluntate diuina defectibilia sunt: his tamen
modis & ordine quibus Deus ipse uoluit. Ponti
ficatus itaq summus est a Deo defectibilis tamē
uoluntate humana: sicut etiam Episcopatus
sunt a Deo instituibiles & defectibiles tamen
uoluntate humana cooperante.

¶ Ad Tertiū dicendū: ꝙ uinculum spūale for
tius est terreno dignitate & pfectione nō āt du
ratione. Nō .n. oportet perfectiora simpliciter
esse diuturabiliora & magis insepabilia. Dignior
naq est homo ceruo: quē per ampliores ānos
uiuere experientia docet. Qui sicut inter Epm &
suā ecclesiam est matrimonium dissolubile si
cut patet extra de translā. epi. c. inter Papā &
Ecclesiā uniuersalē. In uoto uero Papæ itelli
gitur (etiam nō adiecta) ꝯditio bona: debita
& honesta: & ꝙ tale uotum possit ipleri sine p
iudicio alterius quibus cessantibus cū hoc uergat
i detrimentū uniuersalis Ecclesiæ quo nullū
bonum maius apud nos dispensabile est.

¶ Ad quartum dicendum: ꝙ Sūmus pontifi
catus singulari ratione & sacerdotium Christi
repsentatiue non autem quantum ad personam.
Inde aliq sunt conditiones Papæ quæ i Chri
sto non reperiuntur & econuerso.

¶ Ad quintum negatur similitudo Electio .n.
est per uim renunciatio uero uoluntaria.

¶ Vtrum Auctoritas Summi Pontificis
separetur ab eo propter crimen he
resis. Quæstio Secunda.

AD secundā q̄stionem sic proceditur
Videtur ꝙ auctoritas Sūmi Pontifi
cis non separetur ab eo propter cri
men heresis. Primo q̄d dicitur habet. xi. q. prima ca
pitulo Quaero. §. Item iustitium inqt B. Augusti
nus Alicui heretico in eius uita pter illud q̄d
hereticus est nō inuenerint hoīes quod repren
dant nam catholicum pessimis moribus ppone
re debeam: nō audeo perspicare infamiam: sed pp
malos mores non separatur auctoritas summi
Pontificis ab eo. Igit neq ppter crimen heresis.

¶ Præterea S. Marcelinus Papa: ut habet di.
xxi. capitulo Nunc āt incidit i heresim thurifi
cando ydolis: & tamen nō fuit separata auctori
tas papatus ab eo: Vnde patres propter hoc
in concilio congregati noluerunt contra eū
aliquā sententiam proferre. Igitur idem dicen
dum uidetur de reliquis.

¶ Præterea S. Petrus ter christum negauit &
a fide defecit: nec tamē fuit priuatus Sūmi Pō
tificis dignitate. Ergo nec Pōtifex Romanus
propter heresim cadit a Papa.

¶ In oppositum est quod habetur i capitulo
Nouatianus. vii. q. pria. Vbi B. Cyprianus ait:
Qui nec unitatem spūs nec cōmunicationem
pacis obseruat: & se ab Ecclesiæ uinculo & sa
cerdotum collegio separat: nec Episcopi di
gnitatem habere potest: nec honorem.

¶ RESPONDEO dicendum: & Ratione &
sanctorum auctoritatibus cogimur dicere Papā
pp heresim a papatu cadere mā ut ait S. Tho.
in quarto di. xix. fit minor cunctis fidelibus.

¶ Præterea: Caput esse nequit corporis quod
oīmode est a corpore separatū: sed hereticus
est oīmode a corpore Ecclesiæ separatus: Igi
tur si fuerit caput cadens in heresim cadit etiā
simul a pontificatu.

¶ Præterea: Sūmus Pontificatus fundatus est
supra petram fidei Christi Matth. xvi. Super
hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. pter
quod fundamentum nemo aliud ponere po
test. Deficiente itaq fundamento ruit ædificiū.

Igitur deficiente a Fide Papa separatur auctori
tas summi pontificatus ab eo. Hæc snia colligit
ex multis capitulis canonum: Sicut ex capitu
lo. Quod ãt, & ex capitulo Achatius & ex ca
pitulo Audiuimus Et ex capitulo Omnis & ex
capitulo. Didicimus. xxiiii. q. prima.

℄ VERVM triplicitet se habere potest here
sis Papæ ad Imperium militã tis Ecclesiæ; Aut ẽ
occulta omnino: aut publica: ita q nulla tergi
uersatione celari potest: aut pbatione eget. Pro
pter occultam heresim apud iudiciũ Ecclesiæ
nõ priuat Papa sua potestate: supplente Chri
sto Deo uero sed pp heresim publicã nõ egẽ
tem probatione; in qua manifesta sunt error
in intellectu & obstinatio in uoluntate. Neq; ex
cusandus esset si ignoranter id fecisset: aut me
tu. Nam qa dicitur osee quarto. Quia tu repu
listi scientiam: repellam & ego te ne sacerdotio
fungaris mihi. Et B. Augustinus super illo uer
bo Apli ad Ro. x. Corde. n. creditẽ ad iusticiã:
ore ãt pfessio fit ad salutẽ ait: Pene oẽs q Chri
stum inter tormenta coram persequutoribus
negauerunt quod de illo credebant corde te/
nuerunt & tamen ore nõ ofitendo perierunt:
nisi q postmodum per pniam reuixerunt. Si
uero pbatione egeret: cum soleant multa dici
et de bonis principibus inaniter: cõgregandũ
esset Cõcilium generale per Reuerendissimos
D. Cardinales: aut Imperatorẽ ac Reges: & pro
bata heresi per testes plures fidedignos & tãto
altioris uenerationis q̃to maioris põderis est
negotium: iudicandus esset hereticus: & per cõ
sequens ipso facto depositus a Sũmo ponti
ficatu. Non. n. Cõcilium deponit Pontificẽ: sed
declarat ipsum depositũ ipso facto pp here/
sim. Hinc ait glo. i capitulo. Achatius. xxiiii. q.
pria. Hic est casus i quo Papa papã ligare põt
in quo Papa in canonẽ late sniæ incidit. Nec
huic obuiat regula. Par parẽ soluere uel ligare
nõ põt. Quia si Papa hereticus ẽ i eo q here
ticus ẽ minor ẽ quolibet catholico. Hæc glosa.

℄ Ad primum ergo dicẽdũ est: B. Augustinũ
loq de grauitate peccati: noluitq; ƒcipitare sen
tentiã: qm̃ i christiano quãdoq; grauiora sunt
peccata q̃ i isideli aut heretico. Nõ tamen par
est ratio de priuatiõe potestatis iurisdictionis.

℄ Ad secundum dicendũ: q S. Marcellinus i
foro Dei cui oẽ cor patet: nõ fuit hereticus: qa
i intellectu nõ habuit errorẽ: Ecclesia aũt q de ex
terioribus iudicat potuit eũ declarare here
ticum: Sed qa defectus ille excusationẽ habuit:
ideo Cõcilium noluit de ipso pferre sniam.
Sanctus ãt Marcellinus iudicauit seipsum de
ponẽdum dicens: Ego Marcellinus ob scelus
ydolatriæ quod infœlix cõmisi iudico me de
ponendum: & anathematizo oẽs qui corpus
meum tradiderint sepulturæ. Vide glo. in ca
pitulo nunc autem di. xxi.

℄ Ad tertium dicendum: B. Petrũ tunc nõ fuis
se pontificẽ nisi secundum pmissionẽ ut su
pra dictum fuit. Sed nec fuit hereticus: cum nõ
fuerit obstinatio in uoluntate.

℄ Vtrum Sũmus Pontifex propter crimen notorium possit deponi. Quæstio Tertia.

AD Tertiam Quæstionem sic pro
ceditur: Videtur q Papa propter
crimen notorium possit deponi.
Primo qdem: Symonia est crimẽ
cæteris heresibus dãnabilior: ut
dicitur prima. q. prima capitulo. eos. Sed pro
pter heresim Pontifex cadit a Papatu: Igitur pp
symoniã q̃ ẽ crimẽ notoriũ uidet deponẽdus.

℄ Præterea: Dãnatus a Deo uidet ẽe deponẽ
dus iudicio Ecclesiæ: Sed Papa existens i cri
mine notorio ẽ dãnatus a Deo utpote seruus
manifestus Diaboli: Ergo uidet deponendus.

℄ Præterea: Existens i crimine notorio est p
prio iudicio cõdẽnatus ut dicit Apl's de heretì
co ter admonito Ad. titum tertio. Ergo illico
uidetur depositus: & per consequens iudicio
generalis Concilii iudicari debet priuatus.

℄ In oppositũ est quod habetur in capitulo
Nunc ãt di. xxi. Pria sedes nõ iudicat a quoq.

℄ Respondeo: Hanc q̃stionẽ soluere capitu
lum Si papa. xl. di. Si Papa inqt B. Bonifacius
Papa & martyr: suæ & fratrũ salutis negligens
dephẽdit inutilis & remissus in suis operibus
& insuper a bono taciturnus; qd magis officit
sibi & oĩbus nihilominus innumerabiles popu
los cateruatim secum ducit primo mancipio
gehennæ cum ipso plagis multis in æternũ ua
palaturus. Huius culpas redarguere præsumit
mortalium nullus: qa cunctos ipse iudicaturus
a nemine est iudicandus; nisi dephendat a fi
de deuius. Hæc ibi. Nec obstat q glo. sup præ
dicto capitulo obiicit: qm̃ notorium crimen
ex quo Ecclesia scandalizat & icorrigibilis fit
uidet heresis: lxxxi. di. Si q pbyteri. Et cõtumax
dicit infidelis ut xxxviii. di. Nullus. Quia ea cri
mina nõ pprie dicuntur: sed secundum simi
litudinẽ. Conueniunt. n. i aliqbus secundũ graui
tatẽ. Si nãq; iudicabit; qs erit iudex illius quẽ
neq; Imperator neq; totus Clerus neq; popu/

ius iudicare potest? Quare in textu notanter dicitur: nisi dephendatur a Fide deuius. Heresis ergo q̃ Papam submittit iudicio Ecclesiæ est heresis propriæ & formaliter accepta. Hæc autem uera sumpsi modus continuandi peccata atq; modus icorrigibilitatis heresim nõ icludit.

¶ Itaq; cum ĩperium militantis Ecclesiæ Põtificẽ habet Ecclesiã suis sceleribus scandalizãtem: rogandus est Christus Sacerdos æternus ut ipse suffraget periclitãti: qui semper i Ecclesia est usq; ad ↄsumationẽm sæculi. Tales uero orationes ĩpossibile est nõ exaudiri. Neq; i gubernatione imperii militantis Ecclesie ad principia humanã oĩa sunt reducẽda: sicut in aliis regnis ac principatibus terrenis fieri ↄsuetum est: quoniã hoc speciale est i regimine uniuersalis Ecclẽiæ: ut ad Deũ Christũ fide uiua multa gubernanda remittantur: fidelium orationibus præmissis.

¶ Ad primum ergo dicendũ est: Symoniam esse heresim improprie dictã. Arbitrantes uero gratiam Sp̃s. S. posse pecunia uendi heretici ꝓprie sunt: de quibus loquit̃ capitulum ꝓinductum. Symoniacus ergo hereticus si fuerit Papa cadit a papatu: Peccator uero non: sed nec a quoq; mortalium iudicabitur.

¶ Ad secundũ dicendũ: ꝙ dãnatus a Deo de heresi est deponendus: idest iudicandus depositus iudicio Ecclesiæ: sed nõ dãnatus ꝓ peccato aliquo excludente heresim: quia ipse dominus ꝓcepit dicẽs: Super Cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei. Oĩa ergo q̃cũq; dixerint uobis seruate & facite: secundũ opa uero eoꝝ nolite facere. Matth. xxxiii. Itẽ primæ Petri secundo scribit: Obedite dominis uestris non tãtum bonis & modestis sed ẽt discolis. Itẽ ad Ro. xiii. Oĩs aĩa potestatibus sublimioribꝰ subdita sit. glo. Potestatibus bonis uel malis: eo ꝙ sublimiores sunt obediẽdum est.

¶ Ad tertiũ dicendũ: Existẽtem i crimine notorio esse ꝓprio iudicio ↄdẽnatum si crimen illud icludat heresim: in quo sensu loq̃batur B. Paulus. Est quoq; condemnatus a propria cõsciencia se male agere: non autem ꝙ potestate iurisdictionis sit priuatus.

¶ Vtrum ad tollendum scisma uerus Papa possit cogi ad renunciandum. Quæstio Quarta.



AD Quartam q̃stionem sic ꝓcedit̃. Videt̃ ꝙ Verus Papa possit cogi ad renunciandum ut tollat̃ scisma: Primo quidem: Quicũq; tenet̃ ad aliquid uidet̃ posse cogi ad illud: Sed Papa uerus tenet̃ subuenire Ecclesiæ periclitãti nõ solum per amissionem suæ potestatis: sed ẽt aĩæ. Tum ꝓp mandatum Christi factum B. Petro Io. ultimo. Pasce oues meas. capitulo uero decimo eiusdẽ dicitur: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Tum exemplo Saluatoris: qui pro ouibus suis exinaniuit. n. semetipsum factus obediens usq; ad mortem. Igitur cum Ecclesia fuerit in periculo propter scisma a quo liberari po. est uerisimiliter si Papa renunciauerit: Videtur ꝙ possit cogi ad renunciandum.

¶ Præterea: Peccans contra articulum Fidei potest nonmõ cõpelli ad renunciandũ si fuerit Papa: sed ẽt deponi a Concilio generali: ut satis patet ex capitulo Si Papa di. xl. sed Papa nolens cedere ꝓ unione Ecclesie cum uideat̃ facere ꝙ Ecclesia non sit unita uidetur errare & peccare in articulum Vnam sanctam Ecclesiam: ut notat host. in sũma de scismaticis. & ad hoc facit capitulum aduocauit. xxiiii. q. prima ergo uidetur ꝙ in tali casu ẽt uerus Papa possit cõpelli cedere: & ubi noluerit deponi.

¶ Præterea: Hoc uidetur esse de intentione iurium: nam ex capitulo nisi cum pridem de renunc. §. pro graui quoq; habetur: ꝙ prælatus pro scismate aut graui scandalo tollendo cogi possit ad cessionem. Et idem uidetur dicendum de Papa: Tum quia sola ad ministratione cæteros præcellit Episcopos: Tum quia maius scandalum oritur ex perturbatione uniuersalis Ecclesiæ q̃ unius Diocesis.

¶ Præterea: Hoc factum fuit in Concilio Pisano: quod duos contendentes de Papatu deposuit: uidelicet Gregorium & Benedictum: quorum alter uerus Papa credebatur: & electus est unus alius. s. Petrus de Candia. Cõciliũ quoq; Cõstantiense deposuit Io. xxiii. & Benedictũ: & electus fuit Martinus.

¶ In oppositum est quod scribit B. Cyprianus in quadam epistola super scismate inter Nouatianum & Cornelium dicens: Quid ergo? quia honorem cathedræ sacerdotalis Nouatianus usurpat: nunquid idcirco nos cathedræ renũciare debemus? Et quia Nouatianus altare collocare & sacrificia offerre contra fas nititur: ab altari & sacrificiis cessare nos oportet? ne paria & similia cum illo celebrare uideamur? Vanum prorsus & stultum est: ut quia Nouatianus extra Ecclesiã uendicat sibi ueritatis ymaginẽ relinqua Ecclesia ueritatẽ.

Respondeo dicendum: Verum & indubitatum Romanum Pontificē cuius electionē cōstat ecclesiæ fuisse secundum canones sacros celebratā teste adoratione facta per Reuerēdissimos Dominos Cardinales: aut etiā p coronationē publice factā nō posse quouismodo cogi ad renunciandum: siue ad tollendū scisma: siue ad quodlibet aliud bonum uniuersale perficiendum: aut malum peauendum. Hoc qdē primo ex supioribus deducit: Tum qa sponsus est Ecclesiæ: Quos uero Deus coniūxit hō nō separet: Tum qa nō habet supiorem in causa cuiuscunq; criminis: Tum qa electio Sūmorum pontificum soli Deo reseruat. Probatur inde rationibus magis propriis eadem sententia: Tum qa innocens pp malitiā aliorū iniusticiā pa. nō debet pcipue publicam: & circa ea q sunt de iure diuino: Tum qa apud pclarissimos iuristas dudum indubitatum fuit an Papa ineptus ad regimen Ecclesiæ & sponte uolens renunciare esset admittendus: est quoq; iure uetitum quēq; cogi iuri suo cedere & ius suum suum abdicare. Tum qa daret occasio cogitandoq; scismatum molientibus ambitiosis mala pp supremum pōtificatum adipiscēdū. Hinc ait S. Thomas in 2a secundæ q. xliiii. ar. ultimo: q pp eos q scandala pcitant nō sunt tēporalia dimittēda: qa hoc ēt noceret bonis comunibus: Daret n. malis occasio rapiendi. Hæc ille Quāte multo minus qs pōt cōpelli cedere dignitati: cum multo pstantior sit aliis bonis tēporalibus. Vnde una de causis est quare Dathā & Abyrō scisma suscitantes graui & insolita pœna puniti sūt: Nu. xvi. teste S. Tho. i. iiii. di. xiii. qa expediebat ne plati Ecclæ cōtēnerent. Verum periculoso eueniēte scismate quod magis poterūt uiribus solueret: uiris sanctis ac doctis osulentibus ut Papa renunciet Summo pontificatui: ipsum Sūmum pontificem arbitrōr longis cogitationibus puiis magnoq; ex aie i se subsistere & sui ipsius iudicē fore: agat q; quod eum docuerit sps interior. Anceps est n. negocium: & sola Christi Iesu Maximi Imperatoris Ecclesiæ militantis inspiratione terminandum. Nam qui a frōte Deo spirante renunciationē i futuro sæculo primum a Christo sperabit honorē: si christianā i hoc sæculo honor illius impedit unitatē: teste B. Augustino super psalmo Deus iudicium tuum.

Ad primum ergo dicendum: esto q cunq; tenetur ad aliquid faciendum: potest cogi a suo supiore nō āt ab inferiore. Supra uero Papā solus Christus effectiuus est Vicarius in terris Dicit quoq; q pastor tenet exponere animā pro suo grege: nō āt priuari dignitate: pcipue uia coactionis. Christus. n. oblatus est qa ipse uoluit. Esaiæ. liii. Et licet exinaniuerit se: nō tamē usq; ad priuationē suæ dignitatis. Persuadendus est ergo in piculoso scismate ut Papa renunciet: nō tamē cogendus. Quod si coactus renunciaret: eum magis laqueis. Imperium mihi tantis Ecclesiæ tunc esse ineticum opinor.

Ad secundum dicēdum: q Papa nolens renunciare non peccat in articulum Fidei. Vnā sanctā catholicā. Quod si q sumunt occasionē scismatis: est scandalum pharisæorum. Neq; Hostiensis dicit illud: Sed neq; et uerū est qd uidet dicere idē Hostiensis: q ois scismaticus peccet in articulum Fidei Vnā sanctā catholicā: qa tunc ois scismaticus esset hæreticus: qd est falsum. Capitulum quoq; aduocatum nō est ad ppositum: qa nō accipitur ibi fides p Fide qua Deo credit: sed pro fidelitate: ut patet diligenter consideranti uerba Cypriani.

Ad tertium respondetur: Textum nō dicere q possit cogi sed sic iacet: Pro graui quoq; scandalo euitādo cum aliter sedari nō potest: licet Episcopo petere cessionē. Item respondetur: cogi posse tantūmodo Eum qui habet superiorē: Papa uero omnium supremus est: qd eo nō est simile de Sūmo Pontifice & aliis Episcopis ac prælatis inferioribus.

Ad Quartum dicendum: quicquid sit de auctoritate Concilii Pisani: an uidelicet fuerit uerum & indubitatum concilium uel ne: nullus ibidem Papa depositus fuit uerus & indubitatus: quinimo propter dubitationem fuerunt depositi. In Concilio uero Constantiensi Gregorius cessit uoluntarie nō coactus. Ioānes autem & Benedictus non fuerunt ueri & indubitati pontifices. Quamobrem Ecclesia potuit eos repellere certior nō effecta: quin dubitans rationabiliter de eorum electione nō celebrata secundum sacros canones. Tanta igitur a nobis dicta sint de Maiestate Romani Pontificis Vicarii in terris pro Christo Deo Optio Maximo. Cui sit honor laus & Impiū. AMEN.

Finis Secundi Libri Imperii militantis Ecclesiæ de Maiestate Romani Pontificis: editi a Fratre Isidoro de Isolanis Mediolanensi Ordinis Prædicatorum.

¶ Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Sapientiæ primo.

¶ Vbi fuerit duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Matth. xviii.



¶ Ille nos docebit omnia: & suggeret uobis omnia quæcunque dixero uobis. Io. xv.

¶ Et cum uenerit ille arguet mundum de peccato: & de iusticia: & de iudicio. Io. xvi.

De Concilio Generali Imperij militantis Ecclesie.


¶ Pascite qui in uobis est gregem Dei: neque turpis lucri gratia: neque ut dominantes in cleris primæ. Petri. v.

¶ Ministrate in fide uestra uirtutem: in uirtute autem scientiam. secundæ Petri primo.



¶ Gratias autem Deo: qui semper triumphat nos in christo Iesu. secundæ ad Chor. ii.

¶ Qui uos audit me audit: Et qui uos spernit me spernit. Lucæ. x.



¶ Quęcūq; alligaueritis super terram erunt ligata & in Cælo



¶ Quęcūq; solueritis super terram erunt soluta & in cælo. Matth. xviii.











❡IMPERII M!LITANTIS ECCLESIAE
Liber Tertius de Concilio Generali fratris Iſidori De Iſolanis Mediolanenſis ſacri Ordinis Prædicatorum obſeruationis Regularis.



ROMANI Pōtificis Maieſtatem in Eccleſiæ militantis Imperio altiſſimam poſteaq̄ longa diſputatione explanare ſategimus: Concilii generalis auctoritas fœlicius explicanda ꝓponitur: habet enim ſuprema hæc poteſtas ea quæ ſplendorem ſuum mortalibus oībus ſplendidiſſimum efficiāt: Regna uero mūdi laudibus efferuntur cum ſapientum conſiliis moderantur. Quāobrem Romana Reſpublica creuit in immenſum digeſtis prudentium uiroꝝ gubernata conſiliis. Populos nāq; quos delecta iuuentus armis ſubegerat: ſanctiſſimis legibus quas Senatorū ingens numerus excogitabat: ad ſui amorem pertrahebat. Sic ſcelus iuri dabatur: ſic ardens iuſticiæ zelus principatum iure quodam naturæ iuſtum efficiebat. Ea Senatorum corona libero cōſilio patriæ populiſq; ſubiectis conſulebat auariciā relegans: neq; delictis: neq; libidinibus obnoxia: qbus in præceps ruit peſſumq; abiit. Succeſſit tandem pro Cæſare Chriſtus: pro Cōſule Pontifex: pro Senatoribus ſanctorū ſacerdotum leuitarūq; purpurea ſacraue religio. Non his contentū Senatoribus ex orbe uniuerſo nōnunq̄ quos princi

¶ Rationabilior qdem est: propter ea q̃ dicta sunt in secundo libro & nunc tetigimus. Nam a capite in omne corpus uirtus diffunditur. Quare di'ctũ est Petro Pasce oues meas. Io. xxi. quod fit potissime i uniuersalibus Cõciliis disponẽdo: ordinando: corrigendo: diffiniendo. Et licet ut maiori ueneratione & sapientia procedaẽ: cõuocenẽ patres: tota tamẽ auctoritas in Papa residet Hinc Leo Papa: ut in. c. ita Dñs di. xix. habetur ait: Huius muneris sacramẽtum ita Dñs. ad omnium Apostolorum officium pertinere uoluit: ut in Beatissimo Petro omniũ apostolorum summo principaliter collocaret: ut ab ipso quasi quodã cãpite dona sua ueluti corpus omne diffunderet: ut exortem se ministerii itelligeret: qui ausus fuisset a petræ soliditate recedeẽ. Irrẽtionabilitas istius opinionis ex hoc uideẽ manifesta: quoniã concilia ab Apostolis istituta uidentur: & humana potius consuetudine. Ex capl'o canone. xv. di. & ex. c generaliã quoq; concilia. di. xvii. ergo nulla esse ratio uidetur q̃ quoquomodo credere cogat Concilia generalia auctoritatẽ habere ab alio imediate q̃ a sũmo Pontifice. Cõmunior quoq; est hec opinio ex eo q̧ Canones cõıs hanc sequuntur: ut patet in di xvi. Pelagius ẽt Papa i. c. cõfidimus. xxv. q. i. dicit: q̧ apostolica sedes unãquãq; synodum sua auctoritate cõfirmat. Idem in capl'o Bene qdem di. xcvi. & Paschalis papa extra de elec. c. significasti ait oia Concilia per Ecclesiæ Romanæ auctoritatem & facta sunt: & robur acceperunt Huius quoq; opinionis uidenẽ esse oẽs Theologi sci ab Eccl'ia approbati: p̃serti. S. Thomas: q luce clarius hãc tenuit uiã: sicut patet i q̃pluribus locis suæ doctrinæ: p̃sertim i tractatu cõtra ipugnãtes religionẽ ubi ait: sci patres in cõcilio cõgregati nihil statuere potuissent nisi auctoritate sũmi põtificis interueniẽte: sine qua ẽt Conciliũ cõgregari nõ põt. Ideoq; nemini dubiũ eẽ d; qn sit hẽc securior: cũ i hac opinione scẽ matris Eccl'iæ doctores ad cœlũ euolauerint. Multũ ergo ut dicit Iulius papa i. c. nolite errare di. xi. conuenit ut totũ corpus Eccl'iæ i hac sibi obseruatiõe concordet q̃ inde auctoritatẽ hẽt ubi dñs totius Eccl'iæ posuit pricipatũ.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ: q̧ Ap'lis data est a Christo auctoritas iurisdictiõis & clauiũ ut singulæ psonæ erãt: & non ut collegiũ. uel dicẽ ut ex. S. Thoma colligiẽ i. i. s. di. xii. hẽre ptatẽ im

mediate ab aliquo pôt intelligi dupliciter:uel
q̄tú ad imediatiõné uirtutis:uel q̄tú ad imed a
tioné suppositi:Si de imediatione uirtutis fit
sermo:sic Apli & oẽs plati imediate a Christo
auctoritaté accipiũt.p solá.n.ptáté in Christo
existenté talis ptás cõferri põt.Si uero de ime-
diatiõe suppositi itelligať sic dicẽ ꝙ imediate
a Christo acceperũt:qiñ prio fuit collata Pe-
tro auctoritas iurisdictiõis & clauiũ Ecclię de
riuanda postmodũ in aplos:quoꝝ auctoritas
oĩs ordiné hébat ad auctoritaté Petri.Quod
manifeste colligiť ex ordine uerboꝝ Christi:
prius.n.B.Petro Christus ait:Tibi dabo claues
regni cęloꝝ:q̄ aplis dixerit:quęcũq; ligaue-
ritis sup terrá:ad oñdẽdũ:ut inqt.S.Thomas i
iiii.sniaꝝ di.xix.& i.iiii.cõtra gẽtiles.c.lxxvi.ꝙ
p B.Petrũ ad alios ptás clauiũ eẽt deriuata ad
conseruandam unitatem Ecclesię:

¶ Ad secundũ negať cõsequẽtia:& ad pba-
tioné dicẽ ꝙ uerba dicta a Saluatoř de.B.Petro
sicut fuit illud Lucę.xxii.Rogaui p te Petre
ut nõ deficiat fides tua:nõ hñt illustrẽ itellectũ
nisi eẽt itelligatũ de fide Ecclię:cuius psoná re
pręsentabat:utpote caput & Rex illius.Nõ tñ
sequiť ꝙ tota potestas collata Petro capiti sit
collata membris.

¶ Ad tertiũ dicẽ ꝙ quis decretũ illud nõ fuerit
ɔstitutũ nisi a ptib⁹ obediẽtię unius Põtificis
Ioánis.s.xxiii.Balthasar cossá ãtea uocati:cui
decreto ẽt ipse Ioánes & uerbo & facto ɔtra-
dixit:cũ tres eẽnt tũc summi põtifices.s.Io.xxiii
Gregorius.xii.antea Angel⁹ Corari⁹ uocat⁹ ⁊
& Bñdictus.xiii.Petrus de Luna prius dictus:
tñ qa ptes oĩu3 obediẽtiaꝝ peũerũt ɔfirmatiõé
oĩu3 factoꝝ i Cõcilio Cõstañeñ.a Martino.v.
i eodẽ Cõcilio electo:ꝗb⁹ ẽt añuisse uidetur
ideo dicẽndũ ꝙ illud decretũ uim nõ habebat
nisi ipe scismatis.Quod manifestissimũ est
p prio forma illius decreti ɔsideret:Dicit.n.sic.
Hęc sca.synodus Cõstãtiẽsis gñale Cõciliũ fa-
ciẽs p extirpatiõe pñtis scismatis & unione ac
reformatiõe Ecclię i capite & i mẽbris sic dat
declarat ꝙ ipsa in Spũ sancto ɔgregata gñale
Cõciliũ faciẽs & ecclesiá catholicá repñtans
ptáté a Christo habet imediate:cui qlibet &c.
Secũdo patet ex facto patrũ illius Cõcilii:nã
petierũt ɔfirmatiõé a sũmo Põtifice:qd nũq̄
fecissent:nisi credidissent totá Cõcilii auctori
taté residere in pectore sũmi Põtificis.Tertio
planũ est:ꝗ si illud decretũ uim hẽret in alio
casu pręq̄ i casu scismatis:procul dubio maxia
incõuenientia sequereť:nẽ q̄ unũ eẽt:ꝙ opor-
teret negare multos canones & sanctos Do-
ctores:quoꝝ snias oẽs fideles decet tota uenẽ

ratione ɔseq.Nõ ergo decretũ Cõstãtieñ au-
ctoritaté i ptibus Cõcilii aliquá ponit:nisi ubi
diuisa eẽt Ecclia in plures supmas ptates:cũ
una tantúmodo esse debeat apud unum Rõ.
Pontificem uerum & indubitatum.

¶ Vtrum uacante Sede apostolica Concilium
generale sit minoris auctoritatis:
Quęstio secunda.

AD secundá qõné sic pcedit:uidet ꝙ
Cõciliũ gñale uacáte sede apostoli-
ca nõ sit minoris auctoritatis:primo
qdẽ.Quia deligere põt summũ Põtifice.ergo
nõ minoris auctatis esse uř q̄ sũmus Põtifex.
¶ Pręterea:Claues pari mõ datę fuerunt a
Christo Petro & Ecclesię:qa ut dicit Augu-
stin⁹ sup Ioáné:& habet i.c.quodcũq;.xxiiii.
q.i.cũ Petrus claues accepit ecclesiá sanctá si-
gnificauit.Ergo Cõciliũ generale uacáte sede
apostolica nõ uideť esse minoris auctoritatis.
¶ Pręterea:Qui põt maxia uideť posse mi-
nora & minima:sed Cõciliũ generale uacáte
sede apostolica põt ɔfirmare & põt idulgẽtias
dare:sup irregularitate dispẽsare:sicut legitur
factũ in Cõcilio Cõstãtiẽsi:i quo uacáte sede
apostolica fuit ɔfirmat⁹ Archiepis Lugduneñ.
& datę idulgẽtię:similiter in Cõcilio Senẽsi
fuerũt datę idulgẽtię plenariae:& in Cõcilio
Basiliẽsi:ergo nõ est minoris auctoritatis Cõ
ciliũ generale uacante sede apostolica.

¶ In oppositum:qd dicit Gregorius in c.de-
creto.ii.q.vi.Ipsa naq; ecclia q̄ prima est:ita
reliqs ecclesiis uices suas credidit largiẽdas:ut
i ptẽ sint uocatę sollicitudinis:nõ in pleni
tudiné ptátis:ergo reliquę ecclesię quaꝝ sũt
pastores ptes in Cõcilio ɔgregati minoris sũt
auctoritatis q̄ Rõ.ecclesia:& p ɔseq ẽ ɔ uacáte
sede aplica cõciliũ gñale est minoris auctis.

¶ Respõdeo dicẽdũ circa hanc materiá tres
fuisse opiniones:Prima fuit quorũdá dicẽtiũ
ꝙ uacáte sede apostolica Cõciliũ uniuersale
cõgregatum habet plenitudiné ptátis apostoli-
cę sicut Papa.Aiũt.n.claues datas Ecclesię
sicut Petro.Sed si ita itelligãt:quo claues
uniuersali ecclię sint datę a Christo:nulli⁹
roboris credeť esse recitata opinio.Nõ.n.sin-
gulis mẽbris Ecclię data est auctoritas ligãdi
atq; soluẽdi:ut Valdẽses heretici dogmati-
zare psumpserũt:neq; oĩbus mẽbris simul:cũ
nõ sit subiectũ capax talis auctoritatis:ut i.iii.
libro pbauim⁹.Sed iuxta Apostolũ.i.aꝺ pri-
mę ad corin.xii.Posuit qdẽ i ecclia primũ
qdẽ apostolos:secũdo pphetas:tertio docto-

rec: deinde uirtutes: exinde gratias curationum: opitulationes: gubernationes: genera linguarum. Datæ sunt ergo ut dicit B. Hieronymus: & habetur in glosa Matth. xvi. claues omni ecclesiæ in Epis & presbyteris. In. B. uero Petro plena potestas iuxta illud Matth. xvi. ego dico tibi tu es Petrus &c pp unitatem uero capitis cum membris quæ conueniunt capiti solummodo nonnumquam corpori attribuuntur: sicut & dicitur homo caluus quoniam caluicies soli capiti conueniat. Inde glosa ps. xviii. quæ originaliter est B. Augustini ait: Attende regulam unitatis capitis & corporis: quia enim una persona est caput & corpus: ideo una uoce utitur caput cum membris: licet ea quæ dicuntur ad diuersa referantur: quædam enim soli capiti conueniunt: quædam solis membris: quædam capiti & membris. Item quæ membris conueniunt: quædam preteritis: quædam presentibus: quædam futuris: quædam perfectis: quædam imperfectis conueniunt & tamen in tanta diuersitate una uox est: & quasi una persona loqui uidetur. Hæc Augustinus. Quapropter sicut uacante aliqua ecclesia collegiata deuoluitur auctoritas ad collegium: non in uacante sede. B. Petri deuoluitur auctoritas plena ad Concilium generale: cum ea auctoritas soli capiti conueniat: utpote illius tamen modo capax.

¶ Secunda opinio est dicentium Concilium generale nullius esse penitus auctoritatis: nisi quod singulis patribus sigillatim repetitur nec quod patres Concilii constituere posse quod spectet ad uniuersalem statum Ecclesiæ: quæ opinio uera est regulariter: non autem nouis superuenientibus articulis quod moram non patiuntur. Ideo est tertia opinio asserentium Concilium usque congregatum siue per summum Pontificem: siue per dominos Cardinales: siue per quoscumque ad quos quoquomodo spectat conuocare: posse uacante sede apostolica exercere & potestatem habere super his quæ necessario occurrerent in ecclesia: ubi per dispositionem iuris non posset prouideri: & quæ moram non paterentur usque ad creationem summi Pontificis, prouideretur autem illis rebus auctoritate dominorum Cardinalium & aliorum principalium prelatorum Ecclesiæ: quam prius acceperant a Ro. Pontifice: & quæ in talibus casibus amplior sit Deo concedente: cuius spiritu totum corpus Ecclesiæ regitur: & iure naturali docente necessitatem non habere legem. i. q. i. remissiones. Quemadmodum simplex sacerdos non obstante quod limitatam habeat potestatem iurisdictionis tam quo ad personas: ita ut iure prohibeatur ei quemquam absoluere nisi parrochianum eius: ut i. e. ecce. xvi. q. i. & i. c. placuit de peni. di. vi. quo ad casus: quia multi sunt reseruati: a quibus ipse regulariter absoluere non potest: In articulo tamen necessitatis potest absoluere omnes homines & de omnibus peccatis: & de omnibus finis. Est quoque aiaduertenda ratihabitio: quæ si aliquo tempore uim habere creditur: potissime hoc euenit in casu necessitatis. Propterea patres Concilii in huiusmodi sunt executores necessarii non uoluntarii: neque ultra articulum necessitatis se extendere debent: cessante quoque necessitate ea amplius non ligant: sed solui debent: ut l. c. quod de elec. di. v. Quod itelligi debet: nisi statuta tempore necessitatis per patres Concilii fuerint deinde auctoritate summi Pontificis confirmata: quoniam auctoritas sola uim dat decretis Concilii: ut inferius particularius explanabitur. Neque est silentio pretereundum quod ait Doctor sanctus capite. xix. tertii libri de regimine principum: ubi docet auctoritatem summi Pontificis ampliari uel ratione delicti uel ad bonum totius fidei. Ait quoque quod in principe totius regiminis super subditos ampliatur eius potestas imponendo talias: destruendo ciuitates & castra propter conseruationem totius regni. Hæc minime neganda sunt patribus Concilii tempore necessitatis: quis eorum potestas ordinaria ad talia non se extenderet.

¶ Ad primum ergo dicendum est: licet causa principalis sit dignior effectu: & nihil sit in effectu quod non procedat in causa: hoc tamen non uerificatur in causa instrumentali: & ideo Electores summi Pontificis cum sint instrumenta tantummodo minoris sunt auctoritatis: Deus uero est qui solus est causa principalis.

¶ Ad secundum negatur antecedens: & ad auctoritatem B. Augustini id probantem dicitur: quod cum auctoritas omnium prelatorum Ecclesiæ ex auctoritate Petri dependeat: ideo B. Augustinus dixit: cum Petrus claues accepit ecclesiam sanctam significauit. Et idem est cum eo quod dixit B. Ambrosius: quod in B. Petro omnes nos Sacerdotes claues accepimus. Ita etiam exponit. D. Archidiaconus in rosario.

¶ Ad tertium dicendum: quod quæ semel acta fuerint non sunt trahenda in consequentiam ad agenda in futurum pp circunstantias facti. Considerandum est igitur quod secundum iura agendum fuit non quod actum fuerit. Dicitur quoque ad acta Concilii Constantiensis multa egisse illos patres sub ratihabitionis spe futuri Pontificis Romani: quod rebus ipsis comprobauerunt: petentes in fine Concilii confirmationem omnium actorum in eodem Concilio. Sunt etiam qui dicant nunquam in Concilio Constantiensi datas fuisse indulgentias plenarias: quas solus Ro. pontifex conferre potest: ut in libro probatum fuit: sed tamen modo datas fuisse indulgentias centum dierum: uel xl. quas Cardinales secundum antiquam consuetudinem conferre solent: si datæ fuerint nomine Concilii. Secuti uero sunt patres Concilii Constantiensis formam quæ dabatur indulgentia pro passagio: quæ habetur in capitulo Ad liberandum extra de Iudeis & saracenis. Vbi Innocentius in apparatu: & post eum Io. an. formam talem indulgentiarum ponunt dicentes

Nos ergo de oĩpotentis Dei misericordia: & Beatoꝝ apłoꝝ Petri & Pauli auctoritate ꝯfi-si: & illa quã nobis idignis licet ꝑtulit Deus: li gādi atq; soluendi potestate: oib⁹ q laborem istũ i ꝑpriis ꝑsonis subierint & expensis: suoꝝ peccaminũ de qbus ueraciter fuerint corde ꝯtriti & oreꝯfessi: ueniã & idulgentiã &c. seq-tur infra: Sancta & uniuersalis Synodus ora tionũ & bñficioꝝ suoꝝ suffragia ipartit: ut eis digne ꝑficiãt ad salutẽ. Datũ Lateran. xix. ka lẽdas Ianuarii: Põtificat⁹ nostri ãno octauo. Eodẽ mõ auctoritate Martini qntidatæ sunt idulgentiæ ꝑstantibus fauorem inqsitoribus Fidei. Vnde & Bulla sub noie eiusdem Marti ni qnti emanauit. Acta uero apud Basileã uni uersaliter nõ multũ ponderanť a uiris doctis & catholicis: sed ea tñmodo q̃ subsequente ꝯfirmatiõe Romani Pontificis sunt roborata.

ℭ Titulus Quintus de Amplitudine auctoritatis Concilii generalis.



DEINDE ꝯsiderandũ est de amplitudine auctoritatis Con cilii Generalis: circa quã quæ-runtur tria.

ℭ Primo. An ad Conciliũ ge nerale pertineat determinare ea quæ sunt Fidei.

ℭ Secundo. An de omnibus simpliciter Cõ cilium generale possit iudicare.

ℭ Tertio. An Concilium generale possit Pa-pam deponere.

ℭ Vtrum ad Concilium generale perti-neat determinare ea quæ sunt Fidei: Quæstio. Prima.



D primã quæstionẽ sic ꝑceditur: Videť q̃ ad Cõciliũ gñale ptineat determinare ea q̃ sunt Fidei. Prio qdem: Necessitas or dinatorũ ad finẽ ex fine sumitur: ut diciť ii. physicoꝝ: sed ea q̃ sunt Fidei sunt a Deo data pp uniuersalẽ Ec clesiã: ergo determinatio necessitatis eorum q̃ sũt Fidei ab uniuersali Ecclesia depẽdet quã repræsentat Concilium generale.

ℭ Præterea: Forma determinãdi ea q̃ ptinent ad Fidẽ ꝑcessit in actis Aploꝝ: sed legiť actuũ xv. q̃ Apłi in Concilio generali determinaue rũt q̃stionẽ obortam de obseruatione legaliũ ad Fidem spectantem: ergo ad Conciliũ ge-nerale pertinet determinare ea q̃ sunt Fidei.

ℭ Præterea: Institutiones canonũ ptinẽt ad Cõciliũ gñale ex. c. cõstitutũ. xvi. q. i. ubi diciť cõstitutũ esse a ꝑsenti cõcilio. Itẽ ꝯfirmationes eorũdẽ canonũ: dãnationes heresum ptinent ad Cõciliũ gñale: sicut patet in. c. qm dist. xvi. ubi diciť: Cõfirmam⁹ & cæteros canones. Itẽ octaua Synodus inqt: Fociũ inobedientẽ & resistentẽ huic sanctæ synodo reprobam⁹: & anatematizamus: sed præfata pertinent ad Fi dem: ergo ad Conciliũ generale pertinet de-terminare ea quæ sunt Fidei.

ℭ In oppositũ arguiť: determinatio eoꝝ: quæ ptinent ad statũ uniuersalẽ alicuius principa tus aut regni solũmodo spectat ad principẽ uel Regẽ apud quẽ plena ptãs regni est: sed Papa solus est apud quẽ residet plena aucto-ritas super statu uniuersalis Ecclesiæ utpote princeps uniuersalis Ecclesiæ: ut dicitur in. c. nolite errare di. xii. & in. c. Basilicas de cõse. di. i. ergo ad solũ Papã & nõ ad Cõcilium gñale ptinet determinatio eorum quæ sunt Fidei.

ℭ Respondeo dicendũ: Concilium generale duobus modis intelligi põt: uno modo ut cõ iunctũ summo Põtifici: idest in quo est sum-mus Põtifex Romanus unus & indubitatus: aut Legatus eius cũ plena ptãte: Alio modo si ne romano Pontifice: aut qa uacat sedes: aut qa suspectus de heresi: & contra illũ agitur: si itaq; prio modo accipiť Cõciliũ generale: ad ipsum ptinet determinatio eoꝝ quæ sunt Fi dei: si autẽ secundo modo minime: nisi in ca-sibus morã nõ patientibus: ut supra dictũ est. Solius nãq; Ro. Pontificis est determinare ea q̃ sunt Fidei: & nõ Conciliũ generalis: nisi ibi adsit unus & indubitat⁹ Papa ut dictũ est: au ctoritatẽ ꝑstãs. Probaľ aũt hoc multiplici uia.

ℭ RATIONE QVIDEM: Ad eũ. n. cui pp confessionẽ ꝑfectæ Fidei cõcessa est auctori-tas sup oẽs fideles: & cuius fides deficere nõ põt a ueritate dño rogante: pertinere uidetur determinatio eoꝝ q̃ ad Fidem ptinent: sed ta lis est. B. Petrus Mathei. xvi. Tu es Christus fi lius Dei uiui &c. Vnde & ei Dñs dicit Lucæ xxii. Ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua. Nõ ergo ptinet ad Conciliũ generale de-terminare ea q̃ sunt Fidei: nisi inquãtũ caput illius est Romanus Pontifex.

ℭ Secunda uia: est mos omniũ Cõcilioꝝ ab Eccľa approbatoꝝ: oẽs. n. patres Christianæ Fidei in ꝑfatis conciliis uisi sunt hoc sentire: & primo qdem hoc patet ex conciliis primi-

tiuæ ecclesiæ. Vbi.n.p̄sens fuit B.Petrus tanq̄
uertex cōcilii & princeps totius cōgregationis
loquebat̄:primus diffiniens & sententians oīa
sicut patet Actuū .i. in electione. S. Mathiæ:&
actuū xv. in determinatiōe q̄ōnis de cessatiōe
legaliū. Vnde Hieronymus ad Augustinū epi
stola .xxiii ait: Postq̄ breui sermone (.s.Petr⁹)
totā cinxit hystoriā ait: Tacuit autē oīs multi-
tudo:& in sniam eius Iacobus apostolus &
oēs simul p̄sbyteri transierunt. Hæc n.nō de⁊
bēt esse molesta lectori:sed & mihi & illi uti⁊
lia:ut p̄bemus ante ap̄lm Paulū nō ignorasse
Petrū:imo principē eē hui⁹ decreti:legē post
euāgeliū nō esse seruādā. Hæc Hieronymus.

¶SECVNDO:EX actis Concilii Calcedo⁊
nēsi ubi p̄es a Legatis Papæ petierunt sniam
dari cōtra Dioscorū contumacē: Legati uero
in hæc uerba respōderūt: Sanctissimus ac bea
tissim⁹ Archieps magnæ senioris Romæ Leo
p nos & p̄sentē sanctā Synodū una cū Bea⁊
tissimo & oī laude digno Beato Petro ap̄lo
q nuncupatus est a Dn̄o Petrus:& sp̄ualis ca-
tholicæ Ecclesiæ factus est firmamentū:nuda
uit eū ep̄atus dignitate &c. Legit̄ quoq; circa
sextā actionē p̄fati Cōcilii Calcedonēsis (ut
Isidorus refert in libro Cōciliorꝫ) q̄ in oībus
synodis apocrisarii: idest Vicarii siue Legati
ap̄licæ sedis:decretas snias p summam sedis
eiusdē auctō.cōfirmabant & subscribebāt:qa
ante nullum robur habebant.

¶TERTIO:HOC idē colligit̄ ex Concilio
Romæ celebrato sub Nicolao Papa: ut in.c.
In noie dn̄i di.xxiii. Itē ex Cōcilio Romæ ce
lebrato sub Alexādro tertio:ut in.c.licet de ele
ctione. Hoc idē patet ex sequētibus cōciliis:in
qbus summi Pōtifices determinabāt oīa di⁊
centes: Sacro approbāte Cōcilio prohibemus
uel decernimus:uel statuimus.ut patet in.c cū
laycis extra de rebus ecclesiæ nō alienādis:&
in.c.in qbusdā extra de penis. Hic quoq; mo-
dus loquēdi apud canones usitatissimus est.
Quapropter mos est sacrorꝫ conciliorū p̄ūte
idubitato Romano Pōtifice oīa diffinire sub
titulo Romani Pōtificis:sicut catholicæ actū
fuit a patribus Concilii Constantiensis.

¶Tertia uia sumit̄ ex snia sanctorꝫ Doctorꝫ
Ecclesiæ:de qbus loquitur. S.Tho ṗa se.q.xi.
ar.ii.ad.iii.in hæc uerba: Quæ qdem aucto-
ritas (.s.determinādi ea q̄ sunt Fidei) principa
liter residet in summo Pōtifice. Dicit̄.n.xxiiii.
q.i. Quotiēs Fidei ratio uentilat̄ arbitror oēs
fratres nr̄os & coepiscopos nō nisi ad Petrum
idest ad sui nois auctoritatē: referri debere.
Cōtra cui⁹ auctoritatē nec Hieronymus:nec
Augustinus:nec aliqs sacrorꝫ Doctorꝫ suam
sniam defendit. Vn̄ dicit Hieronym⁹ ad Da⁊
masum Papā: Hæc est fides Papa Beatissime
quā in catholica didicimus ecclesia:in qua si
minus perite aut parū caute forte aliqd positū
est:emēdari cupim⁹ a te q Petri fidē & sedem
tenes. Si aūt hæc nr̄a cōfessio apostolat⁹ tui iu
dicio cōprobat̄:quicūq; me culpare uoluerit se
imperitū uel maliuolū:uel ēt nō catholicū:nō
me hereticū cōprobabit. Hæc. S.Thomas Et
q̄uis cōueniēs sit in determinatiōe eorū q̄ sūt
Fidei summū Pōtificē cōgregare Cōcilium ge-
nerale rōnib⁹ inductis in.q.iiii.tituli.ii.hui⁹ li⁊
bri.iii.nō rn̄ ad hoc cogit̄:sicut declarat. S.Tho
mas in q̄ōnibus de po. Dei.q.x.ar.iiii.indu
cens etiam auctoritatē Cōcilii Calcedonēsis.

¶Ad primū ergo dicēdū:q necessitas est du
plex:pria ē intrinseca:q ex cōponentibus rem
orit̄:Et qa ordinata ad finē debēt p̄portionari
fini: ideo talis necessitas a fine sumi dicitur.
Quia uero ea q̄ sunt Fidei ordinant̄ ad Chri
stum q est finis totius Ecclesiæ:ideo ea q̄ sūt
Fidei debēt eē p̄portionata ueritati quā Chri
stus p̄dicauit. Secūda est necessitas extrinseca
q̄ est ab agente q cogere pōt:& qa solus Ro⁊
man⁹ Pōtifex habet uim coactiuā supra totā
Ecclesiā:q supposita diuina p̄uidentia exorbi
tare nō pōt a ueritate Fidei:iuxta illud Lucæ
xxii. Ego p te Petre rogaui ut nō deficiat fi⁊
des tua. Et ap̄li⁹ p̄bat̄ a.S Thoma quolibeto
viii.ar.ulti.ideo necessitas siue auctoritas co⁊
gens ad assentiendum determinatis in fide ex
solo Romano Pontifice dependet.

¶Ad secundū dicēdū:q licet p̄es in Cōcilio
gn̄ali existētes simul cōcurrāt cū Papa in dif-
finiendo:aut cōstituēdo canones:aut sniando
sicut adducit̄ de actis Apostolorꝫ de Aposto
lis & senioribus cū Petro:nō tn̄ sequit̄ qn au-
ctoritas resideat pricipaliter in pectore sūmi Pō
tificis:sicut declaratū est in corpore q̄ōnis de
B.Petro. Et licet Iacobus ap̄ls p̄tulerit sniā3:
hoc tn̄ fecisse uidet̄ ut ait Nicolaus de Lyra:
ex pmissione Petri:q eū tūc ampliori uenera-
tione p̄seqbat̄:cū eēt in sua Diocesi. Et q̄uis
titulus epistolæ illius determinatōis fuerit scri
ptus cōis Apostolis oīb⁹ & seniorib⁹:hoc tn̄
factū est ut ait Hieronym⁹:gr̄a pacis seruādæ
& pp abūdantiā grāe Spiritus sancti:q in uno
quoq; mirabiliter apparebat:ut supra dictū ē.

¶Ad tertiū dicendū:q licet in cōciliis gn̄ali
bus ubi Papa nō p̄sidet psonaliter sniæ & ca
nones noie Cōcilii p̄ferāt̄:sicut patet ī.c. qdā
xvi.q.i.de Cōcilio Calcedonēsi:nihilominus
tn̄ auctō.summi Pōtificis statuitur quicquid

uniuersaliter ibi ꝯcludit habēs uim obligādi. Sicut patet singulariter ī gestis ī Iucti octaui Cōcilii Cōstantinopolitani:in quibus legit ꝙ p Legatos Adriani Papæ lata est snia ī Fociū: & habetur in.c.Adrianus di lxiii.Et licet tardā tibus uenire Legatis Papæ pres ad sniam ꝓcedere decreuissent:hoc tñ agebant instructi de uoluntate summi Pōtificis & in necessitate cōstituti:ut legitur in actis eiusdem Concilii.

¶ Vtrum Concilium generale possit de omnibus simpliciter indicare: Quæstio Secunda.



D secūdam quæstionem sic procedit̄ur:Videtur ꝙ Conciliū generale possit de oībus simpliciter iudicare. Primo quidem:Cōcilio per summum Pontificem congregato uidetur iūcta auctoritas sūmi Pontificis qui de oībus simpliciter indicat.ergo ēt Cōciliū generale potest de omnibus iudicare.

¶ Præterea Electio unius Apostoli facta est iudicio Concilii generalis: Actuū primo:quæ est de maximis rebus Fidei catholicæ . ergo de supremis negociis potest Concilium generale indicare.

¶ Præterea:Conciliū generale potest Episcopum deponere & restituere:ut in.c.si quis eps. & in capitulo Certū.& in.c.Epos.& in capitulo Irritam.xi.q.iii. Itē Conciliū generale dispensat ꝯtra canones Apostolorū.c.pſbiter di.lxxxii.Itē Conciliū Toletanū quartū oportuit causas parrochialiū pſbyterorū solertissime discernere:Ex.c.inter cætera.x.q.ultima. sed pfata uidentur esse de maioribus & minoribus:ergo Conciliū generale potest de omnibus simpliciter indicare.

¶ Confirmatur: Quia cōcilia antiqua octo uidentur exercuisse oēm iurisdictionē ēt in reseruatis aplicæ sedi:ergo eadem ratione cætera ꝯcilia poterūt de oib⁹ simpliciter iudicaī.

In oppositū arguitur: Ad supmam potestatē solūmodo pertinet de oībus iudicare simpliciter:sed hæc supma potestas ē tantū in sūmo Pontifice:ergo ad Conciliū generale nō pertinet iudicare de oībus.Inde in capitulo Episcop⁹.ix.q iii.Venerabilis Beda inqt:Sola Romana Eccīa sua auctoritate ualet iudicaī de oib⁹.

¶ Respondeo dicendū : ꝙ quidā Marsilius de Padua quē nōnulli doctrinā canonum & sanctoꝝ dicta minus ꝗ decet uenerantes sequuti sunt:dixit uſe Conciliū quod uniuersitatē dicebat oīum fideliū : nō distinguēs inter Laycos & Clericos:sine dependentia a Papa oēm auctoritatem. Eccīæ exercere posse in prouisionibus beneficioꝝ:in dispensationibus & indulgentiis atq̧ correctionibus quorūcūq̧ errantiū:& ita de oībus simpliciter iudicare. Quæqdem opinio ut ex pbabitis patet: & imperiū monarchichū Eccīæ a Christo institutū tollere uidetur:& canonicis dogmatib⁹:atq̧ sāctæ Eccīæ Doctoribus repugnare.

¶ Itaq̧ si dicta in superioribus aiaduertant: respondendum huic qstioni uidetur : Patres Cōcilii gnalis ea tantūmodo iudicare posse ad statū uſem Eccīæ ptinentia:quoꝝ gratia Conciliū est ꝯgregatū auctoritate sūmi Pontificis:nisi fuerit articul⁹ necessitatis morā nō patiens : ubi locū hēre uidetur ratihitio sūmi Pōtificis pntis uel futuri.Hoc qdem manifestissimū uidetur:si tota auctoritas gnalis Cōcilii sit a Romano Pōtifice:ut supra pbatū ē.Hoc quoq̧ luce clarius uidetur:si una sola fuerit sup ma pōtas ī Eccīa ꝗ proculdubio collata fuit Petro ut psonæ particulari.Ego dico tibi Tu es Petrus &c. Math.xvi.ppea in iure multa reseruant sūmo Pōtifici:de qbus ī capſo dudū iii.q.vi ad ꝗ nullius auctoritas se extendit:nisi de speciali mandato summi Pontificis.

¶ Quāobrē Beatissim⁹ Leo Papa cuius auctoritate ꝯgregata fuerat Synodus Calcedonēsis ad extinguēdā heresim:reprehendit Anatholiū Epm Constantinopolitanum:ꝙ induxisset Calcedonensem Synodum ut prima sedes post Romanā ꝗ prius erat Alexandrina: constitueretur Constantinopolitana:Nam limites mandati excesserat.Item Nicolaus Papa in secunda epistola quā scribit Michaeli Imperatori:ꝗ lecta fuit in.iiii.actione præfati Concilii:manifeste designat ꝙ sancta Synodus non debeat se intromittere nisi de eis ꝗ Papa concesserit:aut cōmiserit.Inde Agatho Papa scribens ī patori de potestate sua quā dederat Apochrisariis quos ad sextam synodum dirigebat ait:licentiam dedimus siue auctoritatem apud tranquilliss.mum tuum Imperium dum uixerit tua clementia simpliciter satisfaciendi inqtum dūtaxat iniunctum est:ut nihil præsumant augere uel minuere:sed traditionem apostolicæ sedis ut a prædecessoribus instituta est sinceriter enarrare. Hæc Agatho Papa propter quam rationem presati Legati sic egerūt in præfata Synodo:ut ex qnta actione eiusdem colligitur.

¶ Ad primū ergo dicendū est:ꝙ sūmus Pontifex conuocans Concilium intendit ꝯiungere auctoritatē ꝯcilio quātum exigunt ea quorū gratia ꝯgregatum fuit Cōcilium:nō autem

supre na.m auctoritatem coniungere intēdit: sicut ī corpore q̄stionis declaratū est. quāobrē de nullo iudicare debent patres nisi de eo auctoritatem habeant a Romano Pontifice.

¶ Ad secundum dicendū: q̄ illi Apostolorū Cōcilio īterfuit B. Petrus: q̄ & primus loquut⁹ est: & cuius auctoritas oīa gesta cōprobauit.

¶ Ad tertiū dicendum est: q̄ oīa p̄fata acta fuerunt a patribus conciliorum auctoritate Romani Pontificis: Nam in p̄fato. c. presby-ter quod est Concilii Grangensis: ita habetur: Præsbyter si fornicationem fecerit: q̄q̄ secundum canones Apostolorum debeat deponi: tamen iuxta auctoritatem Siluestri Papæ si in uicio non perdurauerit &c. Similiter respondendum est confirmationi.

¶ Vtrum Concilium generale possit Papā deponere: Quæstio Tertia.



D Tertiā q̄stionem sic proceditur: Videtur q̄d Conciliū gnāle possit Papā deponere. Prio qui dem: Papa heretic⁹ pōt ab Ecclesia deponi: aut depositus declarari ipso facto per Ecclesiā: ut colligitur ex capitulo si Papa di. xl. ergo pariter si in aliquo crimie quo ecclesiā scādalizaret depræhenderet̄ posset p̄ Ecclesiā iudicari quam repræsentat Conciliū generale. Consequentia probat̄. Nā in cā Fidei Deus nō uidet̄ dedisse maiorem potestatem Ecclesiæ quam in aliis casibus: Christus. n. ī datione potestatis termi nis generalib⁹ usus est dicens: Quæcūq̄ alligaueritis &c. Mathei. xviii. ergo Concilium generale potest Papam deponere.

¶ Præterea: Imperiū Ecclesiæ cū sit ordinatissimū utpote a Deo īstitutū: cuius opa sunt p̄fecta Deut. xxxii. pōt obuiare demolitioni sūmi Pōtificis quā conaret̄ facere: si in tyrānidē aut crimen notoriū quo totā Ecclesiā scādalizaret icurrisset: aliter De⁹ ei sufficienter non uideret̄ prouidisse: sed ista puisio sæpe numero sufficienter fieri neq̄t nisi Papa deponat̄: ergo Conciliū g nāle q̄d totā Ecc̄liam rep̄sentat in eo casu potest Papā deponere.

¶ Præterea B. Petrus Ap̄lus dicitur ita allocutus. B. Clementem: ut idem Clemens scribit in ep̄la ad Iacobum: Si. n. mundanalibus curis fueris occupatus & te ipsum decipies: & eos q te audiūt. Nō. n. poteris ea quæ ad salutem ptinēt pleni⁹ qbuscūq̄ distinguer̄: & ex eo fit ut tu tāquā q non docueris q̄ ad salutem hominum pertinent: deponaris. sed ea depositio fiet per Ecc̄liam quā rep̄sentat Cōciliū generale. ergo snīa. B. Petri Papā mundanalibus curis occupatū Conciliū gn̄ale pōt deponere.

¶ In oppositū ē quod hētur in decretis in. c. electionem. di. lxxix. & sunt uerba. B. Anacleti Papæ & martyris: Electionem inquit sūmorū Pontificum sibi dn̄s reseruauit: licet electionē eorū bonis Sacerdotibus ɔcessisset: ergo Cōciliū gn̄ale nō pōt deponere sūmū Pontificē.

¶ Respondeo: q̄ cum supra probatum fuerit Cōciliū gn̄ale oēm auctoritatē super statu uīis Ecc̄liæ imediate recipere a Papa: manifestissimum est q̄ sūmus Pontifex a Concilio deponi non pōt nisi pro causa heresis: ut sæpenumero clamant iura. Hoc nempe ratiōnabile ualde est: nā in oībus ordinatis adinuicē superiora agunt in inferiora: non āt ecōuerso sicut docet Aristoteles octauo phy sicorū. Est quoq̄ Imperiū militantis Ecc̄liæ ad instar cælestis Hierusalem: ut ait. B. Ioannes Apoc. xxi. Vidi sanctam ciuitatē Hierusalē &c. In cælestis uero Hierusalē imperio sicut & toto uniuerso: peruenit̄ ad unū mouēs imobile quod oīa mouet: & ipsum a nullo mouetur. ut docet Aristoteles octauo physicorū. ergo similiter erit in Ecc̄lia militāte: in qua perfectissima ratio humani imperii refulget: ut in primo libro probatū fuit Solus igitur Papa nulla auctoritate hūana uel ēt cælesti diuina excepta: deponi potest a papatu. Ideo Saluator Papā instituens dixit: Super hanc petram ædificabo ecc̄liam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hinc in Concilio uniuersali Romano cui præfuit sanctus Siluester ita legitur: est autem canon ultimus eiusdem concilii. Nemo īquit iudicabit primam sedem: quoniam omnes a prima sede iusticiam desiderant temperari: quoniam nec ab omni clero: nec ab omni populo iudex iudicabitur. Et subscripserunt ducenti octuaginta quattuor Episcopi: & xlii. Præsbyteri: & quinq̄ Diaconi: & Augustus Constantinus: & Mater eius Helena.

¶ Hæc eadem snīa colligitur ex professione synodi: quæ occasione Beati Marcellini Papæ q mortis timore Idolis thurificauerat Romæ copiosa sponte conuenerat: De qua in. c. nūc autem. di. xxi. ubi Papa reatum suū cōfitente: & se offerēte paratum suscipere qcquid patres Concilii sibi uoluissent imponere: Synodus non est ausa in eum proferre sententiā. & rationem assignans ait: Quoniā p̄ria sedes nō iudicabitur a quoq̄. Vbi Archidiacon⁹ ait: nisi de heresi. di. xl. c. si papa. Hoc idem

senserút ac clarissime testati sunt patres Concilii Calcedonensis:& pñes Concilii Romani sub Symaco Papa celebrati. Similiter patres conciliorú constātinopolitani Lateranensis & constantiensis. Hoc quoq̃ exploratum est apud canōes sana lectos intelligentia. Id pari etiā sententia Sāctæ matris Ecclesiæ Doctores litis mādauerunt: rebusq̃ ac uitæ sanctitudine cōprobatū nt. Legito inter cæteros angelicæ mentis S. Thomā in.iiii.d.xix. Nec minus pcipui iurium interpræte huic snīæ fauent: Potestatem scilicet summi Pontificis a Deo primū institutā fuisse: & cū deuiata solo Deo iudicari posse.

Ad primū ergo dicēdū ēq; quēadmodū i ii.libro pbatū ē titulo de sepatiōe auctoritatis summi Pōtificis: p solā heresim cadit Pontifex a papatu: qm̄ fit minor oib⁹ ut ait. S. Thomas in.iiii.d.xix. & magis p Cōciliū declaraf Papa deposit⁹: q̃ p suum auctoritate depōaf. Iuxta illud Cypriani: & hētur i ca. Didicimus.xxiiii. q.i. Didicimus inqt oēs oino hereticos & scismaticos nihil hēre pōtatis aut iuris. Ad argu⁹ mentū itaq̃ rñdef negādo ɔseq̄ntiā: & ad pbatiōe dē prio: differētiā iter heresim & cætera pctā expsse positā a iure: & q̄ p solū peccatū heresis cadit Papa a sua dignitate.ii. dicif : q̄ diuinæ Litteræ expsse distinguunt qd agen⁹ dū qū plati Ecclīæ icidunt i heresim uel ifidelitatē: dicit. n. Io. iii. Qui nō credit iā iudicatus est. Et. u. Io. i. Si qs uenit inqt ad uos & hanc doctrinā nō affertnolite eum recipe i domos nec aue ei dixeritis. Q ui. n dixerit ei aue ɔmunicat eius opibus malignis. ubi inqt glosa: no lite idest nō tm̄ nō assentiatis sed nec ad botā recipiatis. Et ista se extendunt ad quoscūq̃ platos siue subditos. De aliis uero peccatis nō sic loqf scriptura Math. xxiii. Sup cathedra Moysi sederūt scribæ & pharisei: Oia ergo q̄cūq̃ dixerit uobis seruate & facite: secundū uero opa eoꝝ nolite facere. Et prīe Petri. ii. dicit: Obedite ppositis uestris nō tm̄ bonis & mo⁹ destis: sed et discolis. Inde Augustinus i epla ad Generosum ait: In hoc ordine successiōis Epoꝝ q deducif ab ipso Petro usq; ad Anastasiū q nunc eādem cathedrā sedet: et si qcq̄ quā traditor: p illa tpa surrepsisset nihil piudicaret Ecclīæ & inocentib⁹: qbus Dominus p̄uidēs ait: De ppositis malis: q̄ dicūt facite: q̄ āt faciunt nolite facere: ut certa spes fideliū q̄ nō est i hoie sed i Deo collocata : nūq̄ tēpestate sacrilegi scismatis dissipef. Hæc Augustinus.

Ad secūdū dicendū: q̄ ordo iperii ordinatū exigit ut Rex a nemine subdito puniatur: sed a solo Deo. Vnde glosa sup illud psal. Tibi soli peccaui inqt: Q uia Rex est oibus su⁹ perior ideo a Deo tm̄ q malor est eo puniendus est. Neq̃ sequr nō fuisse regimen Ecclīæ sufficienter puisū: cui semp adest spūssanct⁹: quo totū corpus eiusdem Ecclīæ regitur. Et Christus ait Matth. ultio: Ecce ego uobiscum sum usq̃ ad ɔsumatiōē sæculi. Itaq̃ licet malo Pontificū moribus nauis Petri peccatis christiani populi exigentibus iuxta illud Iob xxxiiii. pp peccata populi regnare facit De⁹ hypocritā: fluctuaret: nō tamē timendū est de submersione : i Christo dicēte: qd timidi estis modicæ fidei: & surgēs impauit uētis & mari & facta est tranqlitas magna: Matth. viii. Ideo pcipuū remediū est i casu pfato Ecclesiæ sanctæ succurrere oratiōis suffragio: ut lati⁹ i.ii. Libro dictum fuit.

Ad tertiū dicēdū est: qd si illa epla fuit. B. Clemētis qd dubitabile ē: cū. B. Iacob⁹ o... ānis āte Clemētē obierit si cronicæ animaduertantur: & text⁹ habeat depōatis & nō pūatis: sicut i nōnullis codicib⁹ legif: illā depositionē itelligere debem⁹ a Deo fiendā: & pp heresim solūmodo: qd māifestat ipse cū ait ex eo fit qd & tu tāquā q nō docueris q̄ ad salutem hoium ptinent depōaris uel pūaris. Hoc. n. ɔcedimus: qd si Papa non docuerit q̄ ad salutem hoium ptinent sed errores & heresis: merito pūendus ē a Deo etiā p depositionem papat⁹ tāquā euersor Fidei catholicæ.

Titulus sextus de comparatione auctoritatis Cōcilii generalis & summi Pontificis.



DEINDE ɔsiderandū est de ɔparatiōe auctoritatis Cōcilii generalis & sūmi Pōtificis: possunt aūt adinuicem triplici⁹er comparari: Prio qdem quātū ad distinctiōem : secūdo quātū ad peminentiā: tertio quātum ad uim: siue efficientiam : quid uidelicet possit altera in alteram. Pōt autem superior inferiorem iudicare: ligare & absoluere. Pro quorum omnium explanatione queruntur ordinate sex:

Primo: An auctoritas Concilii generalis sit condistincta auctoritati summi Pontificis.

Secundo: An Auctoritas summi Pōtificis sit superior auctoritate Concilii generalis.

Tertio: An Concilium generale possit in aliquo Papam iudicare.

¶ Quarto: An liceat appellare a Concilio generali ad summum Pontificem.
¶ Quinto: An summus Pontifex aliquo mo͂ sit astrictus ad obseruationem decretorum Concilii generalis.
¶ Sexto: An summus Pontifex possit tollere decreta Concilii generalis.

¶ Utrum auctoritas Concilii generalis sit condistincta auctoritati Papae.
Quaestio Prima.

Ad primam q̄stionem sic pceditur: Videtur q̄d auctoritas Cocilii gnalis sit pdistincta auctoritati Papae. Primo q̄d est Auctoritas iudicii non est eadē t cū unus sine alio iudicare nequit: sed oēs Epi in Cōcilio gnali uident eē iudices: sicut patet in .c. si eps. ii. q vi. q̄d etiā manifestū uidet ex subscriptione: Nā Pōtifex & caeteri epi pariformiter sese subscripsisse reperiūtur. Vnde Martinus in Cōcilio suo q̄d pcessit sextā Synodū uniuersalē repitur sic subscribsisse: Martinus sanctae catholicae & apostolicae Ecclae Eps urbis Romae huic diffinitiōi cōfirmationis orthodoxae Fidei & dānationē Sergii stamen subscripsi. Et sic Maximus sanctae Aquilegiensis Ecclae sic pcise cōfirmando dānando & statuendo una cū .cxiiii. Epis se subscripsit pcise i eadē forma. Hoc idē reperitur i aliis Cōciliis gnalibus: ergo auctoritas Papae distinguitur ab auctoritate Cōcilii generalis.
¶ Praeterea: Cōciliū cōgregatū nōnūq̄ iudicat sup facto Papae: utpote qa accusatus uel suspectus de heresi: sicut euenit tpe Symachi Papae: ut in .§. hinc et di. xvii. Et tpe Marcellini Papae di. xxi. in c. nunc āt: ergo auctoritas Cōcilii pdistinguit auctoritati Papae. pbat cōseq̄ntia qa nemo iudex est in propria causa.
¶ Praeterea: Cōciliū ad diffinitionē pcedere pōt sine Papa aut eius Legatis. Sicut patet in gestis octauae Synodi Constantinopolitanae in qua nō expectatis Legatis Papae procedere decretū est ad diffinitionē: ergo auctoritas Cōcilii condistinguitur auctoritati Papae.
¶ In oppositum arguitur: Concilii generalis auctoritas dependet imediate a Papa: ut supra probatum fuit: ergo ipsa nō cōdistinguitur auctoritati papae.
¶ Respondeo dicendū q̄ cū quattuor sint genera causarum: ut docet Aristoteles .ii. phy. & .v. meta. s. materialis formalis efficiēs & finalis. Causa ipetrans ad genus efficiētis ptinet. Et sc̄dm Auicennā quadruplex causa efficiens. s. pficiens: ppatās: adiuuās & q̄siliās. Cōsilians uero i agentibus solūmodo p itellectū reperitur & est illud q̄d dat formā agenti p quā aget. Nā agēs a pposito agit p sciam suā q̄siliās q̄ sibi tradit. Si igit loquimur de auctoritate patrū Cōcilii ordinaria idest ut sunt Patriarchae uel Epi: sic distinguitur ab auctoritate Papae ut causa secunda a prima: & ut causa partialis ab uniuersali. sunt. n. uocati i partē sollicitudinis ex c. decreto ii. q. vi. sed haec auctoritas nulla est respectu statꝰ uniuersalis Ecclesiae. Si uero fit sermo de eadē auctoritate repta i patribus Cōcilii re pñtātis uniuersam Ecclesiā sic dicoq̄ i solo Pōtifice Romano residet plenaria & totā: nisi q̄ti ipse dixerit eidē uni uel pluribus cōmitteretur: & tūc auctoritas cōmissa est eadē: sed i summo Pōtifice est ordinaria: aliis uero uicaria existit. Et haec luce clarius ex pcedentibus patent. At q̄a patres a Romano Pōtifice uocati pcurrūt taq̄ q̄sultores ideo uocem diffinitiuā habere dicūt & esse q̄iudices i Cōcilio gnali.
¶ Hoc āt q̄liter itelligēdū sit declarat: Nā diffinire ut nūc accipit fidei idrate est & exponere sine ābigua & iceta determinare & certa esse cerete. Hoc uero fit iudicio ēdū discurrentis p multa ut q̄d est opportunū eliciat & q̄cludat. Vn̄ & talis discursus q̄siliū dicit: ubi uero plures q̄ueniūt talē gratia q̄cilii uocat. ut i primo titulo huius tertii Libri dictū est. Et qūauis q̄siliās det formā agenti: nō tñ uim ligādi aut ipetrandi tribuit. Dicunt uero q̄iudices qm̄ eorum iudiciū circa determinata est unūq̄: nō āūt qa uis ligādi aut soluēdi quā nomē auctoritatis siue potestatis sonat: sit cōis sicut patet i q̄siliaris Regū. Est quoq̄ moris sūmi Pōtificis Epos fres uocare & humilitatis exēplo & ueneratiōis gra: q̄nos iisdē rōnibus uocare q̄diffinitores & q̄iudices dignat i his determinandis q̄ ad statum uniuersalē Fidei spectant.
¶ Neq̄ uero se q̄ tene fēmus pp haec pies Cōcilii aliquā hēre auctoritatē nisi approbationis ppea q̄muniorq̄ est i determinationibus Cōciliorum pponere nomen Pōtificis ubi Papa psens est: deinde approbationē ptum hoc uidēre Martinus & c. ut i prio approbatio te Concilio.
¶ Casus uero heresis nō est ad ppositū praesentis q̄stionis q̄ supponit unū Pōtificē Idubitatū sedere i throno B. Petri. De casu heresis latius dictū fuit in secundo libro. Haec pariformiter uero existunt solūmodo in cōciliis generalibus: non autem in conciliis prouincialibus in quibus Epi sunt cōiudices alicui

Non: nisi perdet auctoritas Epōrum ab Archiepō sue Primate uel Patriarcha sicut a Papa quo oēs gradus dignitatū in Eccla dispon untur iuxta c. oēs di. xxii. Nam non subliciuntur Epi Archiepis Primatibus aut Patriarchis: nisi in illis tm in quibus Romanus Pōtifex a quo potestas illoꝝ & ordo pēdet eos illis subiecit: ut dicit. S. Thomas in. ii. sniarum di. xl. in expositione litteræ: & in. c. Conqstus. ix q. iii. dicit Nicolaus Papa, Primates & Patriarchas nihil priuilegii hēre p cæteris Epis nisi quātū sacri Canones ꝯcedunt. Et per hæc patet responsio ad obiecta.

¶ Vtrum auctoritas Sūmi Pontificis sit superior auctoritate Concilii generalis.

Quæstio Secunda.

AD secundam qōnem sic proceditur: Videtur ꝙ auctoritas sūmi Pontificis non sit superior auctoritate cōcilii generalis. Primo quia dēficeret se habuit auctoritas. B. Petri ad collegiū Apostolorum ita se habet auctoritas summi pōtificis ad Cōciliū generale: sed. B. Petrus recognouisse uisus est Apostolos ta ꝙ superiores: fuit. n. nūcius eorum Antiochiæ cū audissent Apli qui erāt Hierosolimis quia recepit Samaria ue. bū Dei miserūt ad illos Petrū & Ioānē. Similiter actuum. xv. in pricipio determinationis qōis de obseruatione legalū loqui uolēs Petrus surrexit: quod ē signū reuerētiæ ꝙ debetur superioribus. ergo summus Pōtifex nō uidet superior auctoritate concilio generali.

¶ Præterea: Conciliū generale est sup oēs ecclesias & earū Rectores: ergo supior est auctoritate Ecclesia romana & summo pontifice eius rectore. Antecedens probatur Auctoritate dñi Papæ Martini qui sacro approbante cōcilio Cōstantiensi: siquidē Martinus cōdēnās articulū illūmō eē de necessitate salutis credere romanā Ecclesiā eē supmā inter alias ecclesias dicit error: si per Romanam Ecclesiam intelligatur uniuersalis ecclesia: aut ꝯcilium generale etaut pro quanto negaret primatum sūmi Pōtificis sup alias ecclias particulares.

¶ Præterea. Statuta siue acta summoꝝ pōtificū uim habent ex ꝯcilio Apostoloꝝ quod repsentat cōcilium generale. ergo auctoritas sūmi Pōtificis inferior est auctoritate cōcilii generalis. cōsequentia nota Añs probat: Nā in. c. quāuis. iii. q. vi. Eleutherius Papa dicit qd a cœtu Apostoloꝝ quem generalis Synodus repsentat diffinitū est non nisi Romanū pōtificē debere diffinire pōntificū accusatiōes. Itē in. c. dudum tertia. q. vi dicit Iulius Papa ab Apostolis statutū fuisse: nō oportere absq sententia Romani pōtificis ꝯcilia celebrari.

¶ Præterea sen ēna Romani Pōtificis examinatur in Cōcilio generali: ut habetr cap. Quod quis. xx. q. ix. ubi Hilarius Papa ꝯstitutionē a se editā ad correctionē quorūdam misit ad ꝯgregatā Synodū examinandā. Itē depositio Dioscori facta per Leonē Papam examinata fuit in Cōcilio Calcedonensi: & unitē depositio Pauli & Sergii facta p Martinū. Papā in Synodo Romana examinata fuit in Synodo Cōstantino politana. Itē depositio Focii Cōstantinopolitani facta per Nicolaū & Adrianū Romanos Pontifices examinata fuit in octaua Synodo: sed istæ examinatiōes fiūt a supiori auctoritate: ergo auctoritas Concilii est superior auctoritate Papæ.

¶ Præterea: sicut se hñt decreta Cōciliorū ad decreta summorū pontificū quātū ad auctoritatē ita se hēt utriusq auctoritas adinuicē: sed decreta Conciliorū auctoritate præcedunt decreta Pōtificū: sicut patet in. c. de qbus di. xx: ubi traditur talis ordo legendus: solutiōe alicuius qōis: Vt primū recurrat ad scripta ueteris uel noui testamēti, inde Canones Apostoloꝝ uel ꝯciliorū, tū ad decreta & decretalia sūmorū Pontificū. ergo auctoritas Cōcilii generalis superior est auctoritate Papæ.

¶ In oppositū est qd hētur in decretis in. c. cuncta p mūdū. ix. q. iii. Et sunt uerba Pelagii Papæ dñtis: Sed nec illa prætermitimus: ꝙ aplica sedes freqnter more maioꝝ & sine ulla synodo ꝓcedēte: exoluendi quos synodus iniqua dānauerat: & dānandi nulla existente synodo quos oportuit habuit facultatē. Et hoc nimirū p suo principatu: quē. B. Petrus Apls Dñi uoce & tenuit sp: & tenebit. ergo auctoritas sūmi Pōtificis supior ē auctoritate ꝯcilii gñalis.

¶ Respondeo dicendū: ꝙ noie ꝯcilii nunc intelligimus cōgregationē plaroꝝ uñs Ecclæ ꝯdistinctā Romano Pontifice: alr qōtio nulla esset. Dubitaret. n. an idē respectu eiusdē esset superior sibi ipsi. Manifestissimū itaq est si ꝓcedentia attenduntur sūmi Pōtificis auctoritatē supiorē esse auctoritate Cōcilii generalis: Si qua esset sine Romano Pōtifice: quā nullā esse declaratum est: nisi quantum Romanus Pontifex uoluerit. Tum quia omnis auctoritas Concilii a Papa dependet. di. xvii. per totum. Et extra de electione. c. significasti.

Tū qa dat formā Concilio Papa ꝯuocādo & approbando. Nāabsq̄ Romani Pōtificis licē tia celebratū nō ꝯciliū ſꝫ ꝯciliabulū: noiatū. c. multis di. xvii. Tū qa eſt caput vl'is Eccl'æ absoluens quē qd Cōciliū ligat & dānatur colligit̄ ex capſo Inferior di. xxi. & i capſo ꝓ ſato cūcta p mundū. ix. q. iii. Tū qa solꝰ habet poteſtatē illimitatā: ut ait. S. Thomas in iiii. di. xxiiii. Papa nō utit̄ baculo ſicut alii ep̄i in ſignū ꝙ nō hēt poteſtatē coarctatā quā curuatio baculi deſignat: ſed alii p̄lati ex qbus ꝯgregat̄ ꝯciliū ꝯuocati ſunt in partē ſollicitudinis: ut in. c. decreto ait Gregorius. ii. q. vi. Tū qa Vicarius Chriſti ē papa: & ſolus unꝰ ouiū omnium xp̄i paſtorꝰ m illud Ioānis. xx. Erit unū ouile & unꝰ paſtor. Vnde. B. Cyrillus i libro Theſauroꝝ dicit ꝙ apoſtoli in euāgeliis & epiſtolis affirmarūt Petrum eē loco Dn̄i & eius Eccl'æ: eidē dantes locū in omni capſo & in omni electione.

℄ Ad primū ergo dicendū eſt ꝙ nō oīs miſſio īportat ſuperioritatē in mittente reſpectu miſſi. Hoc enim fuit unū de fundamētis Arrii ad ponendū inæqualitatē ſubſtantiæ & poteſtatis in diuinis pſonis: qa in ſcripturis ſanctis legit̄ & patrē mittere & filiū & ſpūmſāctū mitti, ut ex. iiii. de trinitate. B. Auguſtini aperte colligit̄. Præfatū etiā fundamētū fuit unū de fundamētis Armenoꝝ ꝯtra Primatū Romani Pōtificis: ut deducit. D. Ricardus i Libro de q̄ſtionibus Armenoꝝ Li. vii. c. iii. Quod patet eſſe falſum ex illo Matth. ii. ubi dicit̄ qd Herodes mittens tres Magos reges qui uenerāt adorare Chriſtū natū dixit eis: Ite & interrogate diligēter de puero. Et tū clarū eſt ꝙ Herodes nullam auctoritatis ſuperioritatē ſupra Reges p̄dictos habebat. R̄ndet̄ itaq̄ ꝙ triplex eſt miſſio: pria eſt ſecūdum auctoritatis imperiū: ut ſeruꝰ mittit̄ a dn̄o. ſecunda eſt ſecundū ꝯſiliū ſicut ꝯſiliarii dicunt̄ mittere Regē ad bellum. hos duos modos tāgit. S. Thomas. p. p. q. xliii. ar. prio tertia miſſio ē ſecūdū amoris imperiū ſicut nōnūq̄ inferiores ſocii mittūt ſuperiorē ut magis opportunū. Duobus aūt modis uidetur fuit Petrꝰ miſſꝰ ab apoſtolis. Erat. n. petrꝰ tunc aptior Samaritanis rōne auctoritatis: & qa maiori fulgebat miraculoꝝ gratia. Dicit quoq̄ Vincus in ſūma ſua Theologiæ: ꝙ Petrꝰ fuit miſſꝰ ab apoſtolis auctoritate amoris q̄ gradū neſcit: nō auctoritate p̄lationis: cū Petrus uertex fuerit apoſtoloꝝ. Surrexit etiā Petrus fideles alloquuturus religioſa intētiōe reuerentiæ & uenerationis qua fideles proſeq̄bat̄ pp abundantiam gratiæ ſpūſſancti: qd ēt multi magni ſ latiſ faciunt uitis pbitis licet ſint ſibi ſubiecti. Dicit etiā Nicolaꝰ de Lyra Petrū ſurrexiſſe ut melius audiretur.

℄ Ad ſecundū dicendū: ꝙ Cōciliū generale reſpectu capitis qd eſt ſūmus pōtifex: eſt ſup oēs Eccl'as: nō aūt ut ꝯdiſtinguit̄ capiti: qd ēt rebus ipſis patres Cōcilii ꝯſtantienſis affirmauerunt petentes omnia ſua decreta ꝯfirmari a Martino quinto quē elegerant.

℄ Ad tertiū dicēdū ꝙ aliqd eſſe diffinitū uel ſtatutū pōt intelligi duobus modis: prio p modū declarationis ſiue expōnis: Et hoc mō declarauerūt ap̄li: alio modo per modū auctoritatis & īperii: quo mō nō ſtatuerūt apoſtoli petrū habere talē auctoritatē: cū ſcirēt Chriſtū prius illi dixiſſe Tibi dabo claues regni cælorum. Matth. xvi.

℄ Ad quartū dicendū Decreta pōtificū nūq̄ examinata fuiſſe ab aliqua ſynodo niſi iuſſu & mādato pōtificis: uel ut obturarent̄ ora obloquētiū: uel ut Iuſticia romani Pōtificis illuſtrior fieret: qd patet ex his q̄ habent̄ in actione quarta octauæ ſynodi. Legunt̄ quoq̄ acta pōtif. cū in ꝯciliis examinata: ut ad omniū potiſſime aſtātiū noticiā ꝑuenirēt: neq̄ de ignorātia ſe excuſarēt. ut patet i q̄nta actiōe p̄fatæ octauæ ſynodi de Focio Cōſtātinopolitano.

℄ Ad q̄ntū dicendū: ꝙ nomē auctoritatis dupliciter accipit̄: prio modo ꝓ poteſtate iuriſdictionis: & hoc modo tenet ſimilitudo inducta. ſecundo accipit̄ pro quadā reputatione: ſicut dicta magnoꝝ uiroꝝ. q ſorte nūq̄ habuerunt aliquā iuriſdictionē dicunt̄ eſſe maioris auctoritatis. Nā quo qſq̄ maiori rōne utit̄: eo uidet̄ eſſe maioris auctoritatis. Qua auctoritate Canones ꝯcilioꝝ p̄cedere dicunt̄ decretales pontificū. Ideo argumētū equiuoce utit̄ nomine auctoritatis.

℄ Vtrum Concilium generale poſſit in aliquo Papam iudicare. Quæſtio Tertia.

AD Tertiā q̄ſtionē ſic ꝓcedit̄: Videt̄ ꝙ Cōciliū generale poſſit in aliquo Papā iudicare: Prio qdē: Quoniam Matth. xviii. dicit̄: ſi peccauerit in te frater tuꝰ & cetera: dic eccleſiæ: i quo loco petrꝰ futurꝰ ſummꝰ pōtifex remitti uidet̄ ad Eccleſiā in caſu iudicii. ſed p Eccleſiā intelligit̄ ꝯciliū generale. ergo Cōciliū generale pōt papā iudicare. Secūda propoſitio probat̄: prio qdē ex

præhabitis in qbus sæpenumero assumptum fuit pro cõstanti q Conciliũ generale ecclesiã repræsentat. Secundo quia Albertus Magnus dicitur exposuisse dic Ecclesiæ: idest prælato uel Synodo.

❡ Præterea: Ad Galathas.ii legitur: q Paulus in faciem Petro restitit quia repræhensibilis erat: & Actuũ.xi. dicitur: q illi qui uenerant ex circõcisione repræhenderunt Petrũ disceptantes cum eo & dicentes: quare intrasti ad uiros habentes præputium & mãducasti cum illis: ergo multomagis licebit Concilio generali iudicare Papam peccantem.

❡ Præterea: Symach^o^ Papa: ut habet. ii. q vii. in Romana Synodo: dignitate sua spoliatus prius statui pristino restitui discernitur: & tũc uenire ad causam. Et si ita recte uideret accusantium propositionibus respõderet ergo ex facto probatur q Concilium generale potest Papam in aliquo iudicare.

❡ In oppositum est q dicit Nicolaus. viii. in epistola sua decretali extrauagãti quæ incipit Vnã sanctã: Si deuiat inquit terrena potestas iudicatur a spirituali: si deuiat spiritualis iudicatur minor a superiori: si uero suprema a solo Deo & non ab homine potest iudicari.

❡ Respondeo dicendũ: q cũ in. ii. libro fuerit latius probatũ Romanum Pontificẽ extra casum heresis nõ habere iudicem in terris ꝑpter supremã potestatem quæ in eo solo existit in imperio militantis Ecclesiæ: ideo luce clarius sequit Conciliũ generale in quoq̃ non posse summũ Põtificẽ iudicare. Quam ueritatẽ: ut missas faciã rõnes: auctoritates Conciliorũ & Canonũ & ueterum Doctorũ: posteriores quoq uiri & sanctitate & doctrina illustres litteris mãdauerunt. Hi fuere Albertus Magnus: S. Thomas in. iiii. di. xix. Alexander de Ales in iii. S Bonauentura in. iiii. Petrus de Tarantasio qui postea fuit Innocentius qntus: in. iiii. Vlricus in sua summa: Ricard^o^ de Alta uilla ĩ. iiii. Petrus de Palude in tractatu suo de ecclesiastica potestate: Herueus in suo tractatu: similiter de potesta. eccle. Augustin^o^ de Anchona: frater Alexãder de Alpidio in tractatu suo de potestate ecclesia. qui oẽs apertissime docent Papã nõ habere in aliquo iudicẽ in terris sed tm̃ Deũ ĩ cœlis: semp excipiẽdo casuʒ heresis.

❡ Sunt præterea huius conclusionis omnes præcipui Doctores iuris canonici: ut Hostien. Io. Andreas: Guido: Archidiaconus: Innocentius in diuersis locis: Item Dñs Aluarus in libro de statu & planctu Ecclesiæ, Ideo sæpenumero mandent memoriæ Christi fideles ubi Papa in moribus deficeret ad Christũ recurrere per orationũ suffragia: qui solus Papã iudicat: corrigit: & castigat: suscitãs de puluere egenũ: & de stercore eleuans pauperem.

❡ Ad primũ ergo dicendũ: q per li ecclesiã ad quã sicut ad iudicẽ uidet quisq fidelis remittit: nõ est accipienda uniuersalis ecclesia regulariter: nec per orbẽ dispersa: nec in unum synodaliter congregata: sed ꝑlatus ecclesiæ iuxta expositionẽ Chrisostomi. B. Augustini: & B. Thomæ: & quasi oĩum doctoꝝ: ut in secundo libro diximus. Si uero contra arguetetur q nõ possit per ecclesiã ꝑlatus intelligi: quia Christus loqbatur Petro qui futur^9^ erat ꝑlatus: ergo idem ad seipsum remittit: quod absurdũ uidetur. Respondetur ex sñia. S. Thomæ: Diui Vgonis Cardinalis: & Nicolai Gorre super euangeliis: q alia est intelligẽtia huius nois ecclesia quando priuata pſona corrigit: & alia quãdo publica. Nã si priuata corrigit est sensus: dic ecclesiæ: idest ꝑlato. Si uero publica pſona corrigit tunc sensus est: dic ecclesiæ. i. corã ꝯgregatione siue multitudine eum obiurga: ut sic quẽadmodum ait glo sa: maiorẽ erubescentiam patiatur. Sed hec mõ remitti ad ecclesiã nõ est remitti ad superiorem: ut de se patet. Neq incõueniens est q idem ad seipsum diuersimode considератum remittatur: ꝑlatus. n. ut ait. S. Thomas in quarto di. xix. q. ii. potest dupliciter considerari: aut secundũ q in iudicio præsidet: & sic dicere prælato est dicere ecclesiæ: per quẽ modum pſona in prælatione constituta potest a se: aut ut est priuata pſona remittit ad se ut est persona publica: & tunc dicere ecclesiæ nihil aliud est q̃ exire in actum iudicii puniendo & corrigendo fratrem delinquentem qui denunciatus est. Propterea in causa denũciationis idem potest esse iudex & accusator & testis. ut extra de simo. c. licet.

❡ Ad secundũ dicendũ: q aliud est resistere & se opponere Papæ ubi immineret periculũ Fidei: & ubi aliquid præciperet contra legem Dei: & aliud est iudicare per inflictionem pœnæ siue punire: quia primum potest esse inferioris: secundum autem nõnisi superioris: iuxta capitulum inferior distin. xxxi. & primæ ad Corin. iiii. dicitur: Qui autem iudicat me dominus est. Si itaq patres Cõcilii in talibus summo Põtifici resisterent charitas in illis commendaretur: si uero Papa correctionem patienter susciperet humilitas in eo laudaretur. sicut &

in B. Petro: non autem recte argueretur iurisdictionem aliquam in patribus Concilii esse. Pariter respondetur ad illud Actuum.xi.q licet Petrus ex officio potuerit repellere querellas illorum sustinuit tamē ex humilitate: ut ex dictis B. Gregorii habetur in.c. Petrus.ii.q vii.

¶ Ad tertium dicendum: q patres Romanæ Synodi ita procedebant auctoritate ipsius Symachi Papæ. Dato quoq q in casu quo Papa accusaretur de heresi: aut ubi spoliatus foret disceptandum esset de restitutione: Concilium uideretur iudex competēs: iuxta notata per Doctores in.c. si papa di.xl. nō ppter hoc sequitur q Concilium Papam uerum & indubitatum in aliquo iudicare posset.

¶ Vtrum liceat appellare a Concilio generali ad summum Pontifice in Quæstio Quarta.



AD quartam quæstionem sic proceditur. Videtur q non liceat appellare a Cōcilio generali ad summum Pontificem: Primo quidē: A lege siue constituto Dei nullo modo licet appellare: sed constituta Conciliorum generalium sunt edita spiritu Dei: ut habetur in.c. uiolatores.xxv.q.i. ergo a Concilio generali nemini licet appellare.

¶ Præterea: Ab illo iudicio non licet appellare ad quod ultimate Deus remisit iudicium omnium causarum: sed ad ecclesiam quā repræsentat Concilium generale Deus remisit ultimum iudicium omnium: sicut patet Matth. xviii. Si peccauerit in te frater tuus &c. dic Ecclesiæ: & per beatum Augustinum in epistola ad Glorium & Eleusium: ergo non licet appellare a Concilio generali ad Papam.

¶ Præterea: In concilio secundo Calcedonensi determinatum fuit q ab electa Synodo non possit appellari: Itē patres Cōcilii Aphricani Carthaginensis cui interfuisse dicitur B. Augustinus: scripserunt Celestino papæ non debere appellationes a Cōcilio suscipere: subiungentes q ita statutum est in Concilio Niceno: ergo non licet a Concilio ad Papam appellare.

¶ In oppositum est quod habetur in decretis in.c. cuncta per mundum.ix.q.iii. ubi Gelasius Papa omnibus Episcopis scribēs ait: Cuncta per mundum nouit Ecclesia: q sacrosancta Romana Ecclesia de omnibus fas habet iudicandi: nec cuiq de eius licet iudicare iudicio: siquidem ad illā de qualibet parte mundi appellandū est: ab illa autem nemo appellare permissus est.

¶ Respondeo dicēdum: Pro huius quæstionis explanatione Primo præmittam unum: Secundo cōclusionibus satisfaciam quæsito.

¶ Auertendum itaq appellationem fieri ab inferiori iudice ad superiorem & non econuerso: ut colligitur ex.c. omnes.ii.q vi. & .ff. a quib. appella. non licet.l.i.

¶ Quo præmisso sit prima ɔclusio: Nemini liceat a summo Pontifice appellare ad Concilium generale. Hæc cōclusio quæ habetur in c ipsi sunt.ix.q.iii. probatur primo rationibus: Tum quia summus Pontifex est supremus iudex & caput totius Ecclesiæ ut sæpius probatum fuit: Tum quia nemini licet de Papa iudicare: ut in.c. cuncta per mundum: Tum q tribunal Papæ est idem cū tribunali Christi. Vnde Chrisostomus super illud Ioā. ultimo: pasce oues meas dicit: idest loco mei præpositus esto: & caput fratrum tuorū: & ipsi loco meo te assumētes ubiq terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & confirment. A tribunali uero Christi nemini licet appellare. Secundo patet conclusio: Quoniam in Cōcilio Ephesino statutū fuit q a sententia sedis apostolicæ nulli liceat appellare. Nam conclusionem pbat Archiepiscopus in.iii. par. ti.xxiii. c.iiii. cuius oppositum dicitur esse hereticum: cum correctione tamen sedis apostolicæ.

¶ Secunda Conclusio est: Licet a Cōcilio ad summum Pontificem appellare. Hanc cōclusionem affirmat. S. Thomas in.q de potē.q.x. ar.iiii. dicens: Etiam Romanus Pontifex hæc sua auctoritate potest: cuius sola auctoritate Synodus congregari potest: & a quo sentētia Synodi confirmatur: & ad ipsum a Synodo appellatur. quæ omnia patent in gestis Calcedonensis Concilii. Hæc sanctus Thomas. In eo nāq Concilio Calcedonensi fuit facta appellatio a Concilio ad. B. Leonem Papā sup eminentia data Ecclesiæ Cōstantinopolitanæ super Ecclesiam Alexandrinam. Et hanc conclusionem necesse est asserere: quoniā a summo Pontifice omnis auctoritas Concilii pendet ut supra probatum fuit: Ideo a Cōcilio ad Papam iudicem superiorem iusto iure fit appellatio. Et hæc cōuenienter dicuntur quādo idem Papa personaliter nō interfuit Cōcilio: Nā si personaliter interfuisset Papa Concilio non conuenienter fieret appellatio ad Papā: quia unum est tribunal & idem iudex: modo

ab eodem ad eundem nō est facienda appellatio per.c.non putamus de consue.libro yi.

¶ Ad primum dicendum:q constituta contenta in.c.uiolatores intelliguntur ea quæ robur habent per auctoritatem Romani Pontificis:a quibus non licet appellare.

¶ Ad secundum dicēdum:q per si Ecclesiæ in præfato textu non potest intelligi Concilium generale ut supra probatum est. Ad auctoritatem beati Augustini dicitur: q beatus Augustinus semper confessus fuit q in Romana Ecclesia apostolicæ cathedræ semper uiguit principatus:sicut patet in præfata epistola: & in libro de unico baptismo. Quod ergo ait in præfata epistola:Restabat ergo ad huc plenarium uniuersalis Ecclesiæ Concilium non dicit ratione superioris principatus:sed hoc dixit ratione amplioris examinis: quale sperabatur in plenario cōcilio patrum. Et hāc esse sententiam beati Augustini patet legentibus diligenter contextum sequentiū. Quod uero cōsequenter dicit Augustinus:q si male iudicasse cōuicti fuissent(.s.Episcopi qui Romæ erant una cum Papa)eorum sententiæ soluerentur:non ita accipiendum est q auctoritate Concilii plenarii tanq̄ sine Papa habentis potestatem aliquam:sed hoc est intelligendū:q hoc fieret auctoritate summi Pontificis melius consulti & informati per examinationem patrum Concilii:q nōmodo mediante Concilio sed solus hoc facere posset iuxta.c.sententiam.xxxv.q.ix. Quo modo intelligendum est etiam dictum beati Gregorii in.c.si quis.ii.q.yii.

¶ Ad tertium dicendum: q Synodus electa dicitur quæ ɔfirmata est auctoritate summi Pontificis:a qua non fit appellatio:sicut nec a Papa. Dicta uero Concilii Aphricani si alicuius sunt auctoritatis:rogant summū Pontificem ne appellationes suscipiat:non autem mandant aut statuunt. beatum autem Augustinum illi Cōcilio subscripsisse uerisimile nō est:cum discordent tempora Papæ ad quem scribit Cōciliū Aphricanū a tpib⁹ B. August.

¶ Vtrum summus Pontifex aliquo modo ligetur ad obseruationem decretorum Concilii generalis. Quæstio quinta.

AD quintam quæstionem sic proceditur: Videtur q summus Pontifex aliquo modo ligat ad obseruationem decretorum Concilii generalis: primo quidem:Decreta siue canones conciliorū declarant sæpenumero ueritatem Fidei Catholicæ:sicut maxime patet in Concilio Apostolorum facto super determinatiōe quæstionis de obseruatiōe legalium Actuum.xyiii. Et in Concilio Niceno ubi editum fuit Symbolū ad extirpationem heresum: Multa quoq; Cōcilia declarauerunt pro temporum uarietate secundum quod necessitas cogebat diuersa ad fidem spectantia: Sed summus Pontifex tenetur ad obseruationem ueritatis Fidei:ergo aliquo modo ligatur ad obseruationem decretorum Concilii generalis.

¶ Præterea:Ad ea quæ sunt iuri naturali cōsona unusquisq; ligatur:sed decreta conciliorum multotiens reperiuntur consona iuri naturali:ergo ad ea obseruanda aliquo modo summus Pontifex ligatur.

¶ Præterea:In.c.cum omnes de constitu.dicitur:Quod quisq; iuris in alterum statuit ipse debet uti eo:Sed quicquid in Concilio generali statuitur uim habet a summo Pontifice:ergo ipse etiam ad ea ligatur. Inde in c. Confidimus xxv.q.i. dicitur: Confidimus q nullus iam ueraciter christianus ignoret uniuscuiusq; Synodi constitutum quod uniuersalis Ecclesiæ ꝓbauit assensus:nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere q̄ primā.

¶ In oppositū est q ait Gratianus.xxv q.§. his itaq; respondetur. Sacrosancta Romana Ecclesia ius & auctoritatem sacris Canonibus impartitur:sed eis non alligatur.

¶ Respondeo dicendum:q cum ad ea quæ ad Fidei catholicæ ueritatem necessario spectant ligetur etiam Romanus Pontifex per ius diuinum:& ad ea quæ sunt iuris naturalis per ius naturale: quæstio præsens necessario intelligi debet de his quæ sunt iuris positiui. Ex præmissis itaq; patet summum Pontificem nec decretis siue Canonibus conciliorum generalium astringi:neq; cuius alterius excepto Deo:Non enim potest iudicio inferior potiorem ligare:ut etiam habetur in.c.inferior dist. xxi.summus Pontifex uero ueluti omnium princeps ille existit qui robur & uim legibus Concilii donat:Cumq; nullus a seipso cogatur:ut docet sanctus Thomas prima secūdæ q.xcvi.articulo.yi. summus Pontifex erit ab omni iure positiuo solutus: & hoc quātum ad uim coactiuam: ut ibidem ponit sanctus Thomas. Et quia par in parem non habet imperium non poterit decretum cuiusuis etiam

auctoritate firmatum apostolica: summum Pontificem quemcunq ligare.

¶ Quamuis autem necessario summus Pontifex non subiiciatur statutis Conciliorum de honestate tamen ea obseruare debet: imitaturus Saluatorem: de quo Actuum primo dicitur: Cepit Iesus facere & docere. Et qui legem dedit legem carnaliter impleuit: octauo die circuncisus: quadragesimo die in templo praesentatus. Ex his quoq manifestissime deducitur q uniuersale Concilium non possit cotra Romanum Pontificem facere decretum irritans & detrahens cōstitutionibus eiusdem summi Pontificis. Nam tota Concilii auctoritas a summi Pontificis auctoritate pendet: & inferior superiorem non iudicat: neq ouibus leges Pastoris destruere licet: sed uocem eius audiunt: & ipsum sequuntur: ut dicitur Ioan. x. Et per haec patet responsio ad primum & secundum.

¶ Ad tertium ergo dicendum est: q debere & oportere in locis praefatis intelliguntur de honestate & non de necessitate. Vnde Glosa in uerbo oportere in dicto capitulo confidimus dicit: Oportet hic est uerbum honestatis: Addit Archidiaconus: & aequitatis. Tenetur itaq Papa canones Conciliorum de honestate seruare non de necessitate.

¶ Vtrum summus Pontifex possit tollere decreta Concilii generalis:
Quaestio Sexta.



AD sextam quaestionem sic proceditur. Videtur q summus Pontifex non possit tollere decreta Concilii generalis. Primo quidē: Nulla pertinentia ad Fidem summus Pontifex potest tollere uel mutare: Sed decreta Conciliorum approbatorum ab Ecclesia pertinent ad Fidem: Dicit enim beatus Gregorius: & habetur in .c. sicut.xv.dist. Sicut euangelii quattuor libros: sic quattuor Concilia suscipere & uenerari me fateor. Et infra: Cunctas uero personas quas praefata ueneranda Concilia respuunt respuo: & quas uenerantur amplector: Quia dum uniuersali consensu sunt constituta se & non illa destruit quisquis praesumit absoluere quos ligant: aut ligare quos absoluunt. Haec ibi. Et cum omnia Concilia generalia approbata ab Ecclesia sint eiusdē rationis: sequitur q summus Pontifex non possit tollere decreta Conciliorum generalium.

¶ Praeterea: Ea quae sunt facta instinctu Spiritus sancti non uidetur q Papa possit tollere uel mutare: Tum quia inferior nō potest tollere legem superioris: Tum etiam quia si fieret uideretur q Papa posset condere decreta cōtra ea quae scripsit beatus Paulus in epistolis: aut caeteri Apostoli. Sed decreta Conciliorū sunt facta instinctu Spiritus sancti: Dicit enim in capitulo Violatores.xxv.q.i. Damasus Papa: Violatores canonum & uoluntarie grauiter a sanctis patribus iudicantur: & a sancto Spiritu instinctu cuius ac dono dictati sunt damnantur. ergo non licet summo Pontifici tollere decreta Concilii generalis.

¶ Praeterea hoc clare uidentur Canones asserere: Nam in capitulo sunt quidam.xxv.q.i. Vrbanus Papa inquit: Vbi aperte Dominus uel eius Apostoli & omnes sequentes patres sententialiter diffinierunt ibi non nouam legem Romanus Pontifex potest dare: sed potius quod praedicatum est usq ad animam & sanguinem confirmare debet. Et in.c. sequēti Zozimus Papa ait: Contra statuta patrum cōdere aliquid uel mutare nec huiusmodi quidem sedi potest auctoritas: Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuit antiquitas: cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam.

¶ Praeterea: Papa nō potest tollere dicta Doctorum exponentium sacram scripturam: ergo multominus potest Conciliorum instituta tollere: Cōsequentia est bona: & antecedēs uidetur haberi distin.xx.in.c. decretales: ubi dicitur q in sacrarum scripturarum expositionibus Doctores excellentes praeponuntur: In causis uero diffiniendis Pōtifices praeferunt.

¶ In oppositum est q Papa dispensat cum bigamo contra Apostolum: ut habetur dist. xxxiiii. Lector. Et contra canonem Apostolorum: ut in.c. presbyter.lxxxii.distin. q presbyter fornicarius non deponatur: & quando q contra generalem statum Ecclesiae: sicut fecit Innocentius in Lateranensi Concilio extra de consangui.& affini. ergo Papa potest tollere decreta Concilii generalis.

¶ Respondeo dicendum: Cum aliud sit legem interpraetari: & aliud in lege dispensare: & aliud legem tollere: Est enim interpraetatio declaratio intentionis praecepti uel praecipientis: Dispensatio uero solutio a lege in casu: Sed ablatio legis est reuocatio legis quae obligationem legis simpliciter aufert & quo ad omnes ea omnia potest legis lator efficere in

lege quam ipse condidit. Et hæc nonsolum potest sed debet: eueniente casu in quo lex condita non foret utilis:ut in.c.non debet de consanguini.& affini.dicit Innocentius quæ tus:Non debet repræhensibile iudicari si secundum uarietates statuta uariētur humana. Quamobrem Ezechias Rex animaduertens filios Israel ut dicitur quarti Regum.xiiii. adolere incensum serpenti æneo quem Dominus iusserat exaltari in deserto: ut in eum aspicientes sanarentur a morsib⁹ serpentum: ut patet numeri.xxi.eum confregit.Quia sæpenumero quod uno tempore utile existit alio tempore noxium comperitur.

¶ Quoniam igitur omnis Papa eiusdem est auctoritatis a qua omnia decreta Concilii generalis habent robur: licebit pro temporum uarietate dispensare: interprætari: ac tollere quæcunq; decreta iuris positiui Conciliorū generalium: aut etiam summorum Pontificum.prout Ecclesiæ sanctæ utile fore iudicabit.Eiusdem enim est condere & tollere legē C.de legi.l.i.de in integ.restitu.cum uenisset. Nec Papa in Papam habet imperium:quoniam omnes summi Pontifices paris sunt potestatis.Inde glosa in elementina generalem de eta.& quali.dicit sic:Hic corrigit canones lxxvii.distin.peruenit.lxxviii.distin.c.i.ii.iii. & ulti.&.xxviii.distin.c.de his:in quibus dicitur: q habens uiginti annos Subdiaconus.xxvii. Diaconus.xxx.presbyter poterit fieri. Hinc sanctus Thomas in tractatu ꝯtra impugnantes religionem ait: Omnia statuta quæ sunt iuris positiui sunt relicta dispositioni Papæ ut ea possit mutare uel dispensare secundum opportunitates temporum uel negociorum. Et Aymarus Archiepiscopus Remensis in libro de Synodis ait:Temperandorū siue mutandorum canonum facultatem Romano Pontifici adiacere non dubitamus.

¶ Animaduertendū uero est:Romano Pontifici licere quidem interprætari dubia diuinæ legis:non autem in eis dispensare.Vnde nec articulos Fidei:nec præcepta legis naturæ uel decalogi: aut sacramenta potest mutare siue reuocare:nec dispensare in eis.Similiter ea quæ speciali instinctu Spiritus sancti aut ab Apostolis aut a primis quattuor Conciliis instituta fuerunt ad perpetuam Ecclesiæ regimen creditur a Doctoribus multis(ut specialiter scribit Petrus de Palude in tertio sententiarum)non habere Romanum pontificem ordinariam auctoritatem tollendi aut totaliter destruendi: quamuis in particulari casu possit dispensare:sicut dictum est de bigamo. Decretales uero summorum Pontificum sacro etiam approbante Concilio factas quæ sunt iuris positiui:prout expediens iudicauerit Romanus Pontifex tollere potest. Et per hæc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum ergo dicendū:q sicut causa prima radix est necessitatis & contingentiæ:& necessaria immutabilia existant:contingentia uero mutentur:ita leges eius instinctu conditæ quædam necessariæ & immutabiles sunt:ut lex diuina & naturalis:quædam uero mutabiles:ut lex positiua. Nec Princeps auferens legem positiuam uiolator legis dicitur. Hinc sanctus Thomas in tractatu contra impugnantes religionem ait:Quando Papa dispensat aut mutat canones secundum opportunitates temporum aut negociorum non facit contra Canones aut statuta sanctorum Patrum: quia seruatur intentio statuentium quæ est utilitas Ecclesiæ:sicut & in omni iure positiuo accidit: Derogatur enim prioribus statutis per statuta sequētia.Hæc sanctus Thomas:Rationem huius reddit Chrysostomus super Mattheum dicens:lex legislatori subiecta est:non legislator legi.Qui ergo soluit legem litteram quidem legis soluit:propositum autem legis eius non soluit: sed magis addit ad hoc illi dignitatem.

¶ Ad tertium dicendum:q canones loquuntur de his quæ sunt ad ius diuinum spectantia quæ Papa mutare nequit.

¶ Ad quartum dicendum:q excellentia scientiæ & eminentia potestatis ad diuersum genus gratiæ pertinent:& ideo inuicem comparabilia non sunt:propterea negatur cōsequentia: licet enim beatus Ambrosius præferatur multis Pontificibus in excellentia doctrinæ: non tamen sequitur q sententia summi Pontificis non sit a maiori potestate cōdita.Vnde sanctus Thomas in quolibeto quinto dicit: q magis standum est sententiæ Papæ ad quē pertinet determinare de Fide quam in iudicio profert:q quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinioni.

¶ Titulus septimus de litibus quæ oriuntur in Concilio generali.



DEINDE considerandum est de his quæ concomitantur Concilium generale per accidens: In ueniuntur autem huiusmodi in duplici differentia: Quædã enim intrinsece eueniũt: ut sunt lites & discordiæ: Quædam uero extrinsece: ut sunt ea quibus summus Pontifex uel patres Concilium ad alia loca transferre: uel ex toto dissoluere coguntur. De litibus itaq; quæruntur tria:

¶ Primo: An sit standum sententiæ summi Pontificis uel eius Legati ubi ab eo patres Concilii generalis dissident.

¶ Secundo: An sit standum iudicio maioris partis: quando patres Concilii generalis adinuicem dissident.

¶ Tertio: An sit standum sententiæ Concilii nouissimi quando a sententia alicuius Concilii superioris discrepat.

¶ Vtrum sit standum sententiæ summi Pontificis uel eius Legati ubi ab eo patres Concilii generalis dissident. Quæstio prima.



D primam quæstionem sic proceditur: Videtur ꝙ non sit standum sententiæ summi Põtificis uel eius Legati ubi ab eo patres Cõcilii generalis dissident: Primo quidem: Vbi de Fide agitur Concilium generale maius est Papa: ut dicit glosa in.c. Anastasi⁹ di.xix. Quod etiam probatur per beatum Bernardum dicentem: Quæ maior superbia q̃ ꝙ unus homo toti Congregationi iudicium suum præferat tanq̃ ipse solus habeat spiritum Dei. Et Archidiaconus approbans glosam præfati capituli Anastasius dicit: Periculosum esset Fidem nostram cõmittere arbitrio unius hominis: ergo non est standum sententiæ summi Pontificis ubi patres Concilii dissident in materia Fidei.

¶ Præterea: Sententia uniuersalis Ecclesiæ cum sit una & sancta: præferenda est sententiæ cuiuscunq;: sed Concilium generale Ecclesiam uniuersalem repræsentat: ergo standum est sententiæ Concilii ubi patres a Papa dissident.

¶ Præterea: Sententiæ rectius sentientis semper standum est etiam a Papa: Sicut exemplũ habemus in beato Petro: qui Paulo resistenti sibi rationib⁹ acquieuit: ergo si patres rectius sentirent q̃ Papa nõ esset standum tunc sententiæ Papæ.

¶ In oppositum arguitur: Sententiæ illius q̃ positus est in exemplum & speculum omnibus a Deo uidetur semper standum esse: sed summus Pontifex est huiusmodi: ut habetur in.c. enim dist.xix. ubi Stephanus Papa quintus ait: Enimuero quia in speculum & exemplũ sancta Romana Ecclesia cui nos Christ⁹ præesse uoluit posita est omnibus: quicquid statuit & quicquid ordinat perpetuo & irrefragabiliter obseruandum est: ergo uidetur standum sententiæ Papæ ubi patres in Concilio dissident.

¶ Respondeo dicendum: ꝙ cum summus Pontifex patres ex orbe conuocet ad concilium non ratione maioris potestatis sed diligentioris examinis: pares in diffiniendo patrũ uoces esse debent: & qui efficaciores profert rationes eius sententia magis acceptanda & sequenda est: etiam si inferior esset dignitate cæteris. Vnde dicitur in.c. Nicena.xxxi.dist. ꝙ Phanuncius Confessor contradixit Nicenæ Synodo uolẽti instituere ꝙ Episcopi Presbyteri: atq; Diaconi cum uxoribus quas ante cõsecrationem duxerant non dormirent: Glosa uero ibidem dicit: Vnus ergo potest contradicere uniuersitati si habeat rationabilem causam: ut extra de his quæ fi.a ma.par.cap.c.i.

¶ SI ITAQVE DE MATERIA FIDEI disceptatio foret quæ a romana Ecclesia: aut ab aliquo Concilio approbato ab eadem Ecclesia alias determinata fuit: quã summus Põtifex inuiolabiliter uellet permanere: etiam si patres omnes Concilii aduersarentur: simpliciter standũ tunc esset sententiæ summi Pontificis: ut etiam habes a sancto Thoma in quo libeto quinto. Si uero de noua quæstione ad Fidem spectante sit lis: maiori parti & saniori uidetur assentiendum esse: Euenit enim nonnunq̃ ut Fidei ueritas in capitib⁹ obscuretur: ceu tempore passionis in sola beata Virgine Fides inuiolata permansit cæteris Apostolis omnibus Fidẽ amittentibus. Nunq̃ uero decretum est promulgandum nisi summi Pontificis auctoritate firmatũ: qui solus uim coactiuam canoni tribuit.

¶ ET AD HVNC SENSVM militant argumenta facta: quod sit standum sententiae patrũ ubi a Papa discordant. Idem asseuerandũ uidetur si lis oriretur inter Papam & patres siue in nouo iure condendo: siue in tollendo uel iteriaut super eius dispensatione. illis enim quod efficaciores rationes habent semper adherendum est a patribus in actu diffinitionis & in iudicio discretionis existentibus: quorũ uota paria sunt: nisi rationibus efficacioribus uotũ suum praestare caeteris quis comprobauerit. Quãobrem glosa in. c. istis dist. iiii. dicit: Cum Papa uult cõdere canones Episcopi possunt contradicere & dicere canon iste non est pro consuetudine regionis nostrae. Verum omnia ibidem statuta aut decreta debent deinde cõfirmari per assensum & auctoritatem summi Pontificis: alias nullius crederentur roboris: ut xxiiii. q. i. Haec est fides. Nec statutũ aliquod ab Ecclesia uniuersali dicitur conditum nisi illius congregationis caput sit Papa: ratione cuius capitis & principis uniuersalis Concilium generale totam Ecclesiã perfecte repraesentat. Non est autem formidandũ in talibus iudiciis summum Pontificẽ errare qui Christum habet superiorem: cui est cura de nobis: & Ecclesiae suae nauim per mundanum pelagus fluctuantem regit & gubernat. Et per haec patet responsio ad obiecta.

¶ Vtrum sit standum iudicio maioris partis quando Patres Concilii adinuicem diffident: Quaestio Secunda.



AD secundam quaestionẽ sic proceditur: Videtur quod sit standũ iudicio maioris partis quando Patres Cõcilii adinuicem diffident. Primo quidem iudicio Ecclesiae semper uidetur standum: sed ubi maior pars ibi praesumitur esse ecclesia: iuxta glosam in c. apostolica. vi. di. ergo est standũ iudicio maioris partis Concilii generalis.

¶ Praeterea arguitur a simili: Nam in c. in cunctis extra de his quae fiũt a ma. parte capituli ait Concilium Lateranense: In cunctis Ecclesiis quod pluribus & senioribus fratribus uisum fuerit incunctãter debet obseruari: Graue nimis est & reprehensione dignum quod per quasdam ecclesias pauci quandoque non tam ratione quam propria uoluntate ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt: ergo pariter dicendum est de Concilio generali.

¶ Praeterea: In Concilio nono Toletano uidetur hoc fuisse ordinatum: Dicitur enim ibidem: Cum quaelibet Synodus agitur: aut pacifice inter Pontifices quippiam diffinitur: si pauciores per nescientiam uel contentionem forte diffentiunt aut cõmoniti plurium sententiae cedant: aut ab eorum coetu cum dedecore & confusione abscedant: aut excommunicationis annuae luant poenam.

¶ In oppositum arguitur: Partis habentis efficaciores rationes iudicio standũ est: sed plaerunque minor pars efficaciores habet rationes: iuxta illud Chrisostomi in omelia: Conuenerunt ut multitudine uincerent quem ratione superare nõ poterant. A ueritate se nudos professi sunt: qui se multitudine armauerũt. ergo non semper est standum iudicio maioris partis ubi Patres Concilii discordant.

¶ Respondeo dicendum: quod cum summus Pontifex Concilium generale congreget ut diuersorum cognitis rationibus quid melius ac sanius iudicatum fuerit cõfirmet & approbet: nõ est in multitudinis uniuersalis numero accipienda sententia: secundum collationem numeri ad numerum: aut maioris partis ad minorem: sed sententia habentium potiores rationes cum reuerentia ab omnibus suscipienda est: etiam si minor pars aut unus solus foret. Hinc Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem ut habetur in octaua Synodo: ad argumentum Phocii & suorum arguentium a numero patrum ait: Nos quidem nõ numerosum tantum sanctorum Episcoporum Niceni uel Calcedonensis concilii: caeterorumque sanctorum patrum Synodicas constitutiones sequimur: sed eorum liberales ueneramur iustas & diuinitus inspiratas sententias: & non tantum pro suorum multitudine obseruantur a nobis: quia re uera multi in personis fuere: sed in ualidissimis sententiis eos perpendimus plures.

¶ QVAMOBREM CONCILIVM Ariminense damnatum fuit quoniam maiorem partem errasse comprobatũ est. Hinc Damasus Papa scribens de praefato Concilio Episcopis per Illiricum constitutis ait: Nec enim praeiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum: quando cõstat nec Romanum Episcopũ cuius ante omnia decebat expectare decretum: nec Vincentiũ qui tantis annis Episcopatũ inuiolabiliter custodiuit: nec alios talibus praebuisse assensum. Idem patet in Cõcilio Ephesino: in quo etiã

plures errauerunt & a ueritate declinare uisi sunt. Verum ubi materia circa quã est discordia efficaces ad utrãq; partem haberet rõnes: nec facile esset relictis affectibus in unam partem declinare propter uim rationum utriusq; partis: tutius stãdũ uideretur iudicio partis maioris maxime si ad illã partẽ summus Põtifex inclinaret. In quo casu argumẽta facta q; sit stãdũ iudicio maioris partis efficaciã habẽt.

¶ Animaduertendum uero est ueteres Pontifices romanos ante conuocationem Cõcilii generalis consueuisse causas conuocationis Patriarchis ac cæteris Præsulibus primis significare: quo & in conciliis prouincialibus & seorsum: longius & quietius cogitantes ueritatem adinuenire possent. Hoc Diuus Augustinus contra Donatistas testatur dicens: Quomodo.n. potuit res ista tot altercantiũ nebulis inuoluta ad plenarii concilii luculentam illustrationem confirmationẽq; deduci: nisi prius diutius per orbis terrarum regiones hinc atq; hinc disputationibus & collationibus Episcoporum pertractata cõstaret. Et per hæc ad argumenta est manifesta responsio.

¶ Vtrum sit standum sententiæ Concilii nouissimi quando a sententia alicuius Concilii superioris discrepat. Quæstio Tertia.

AD tertiam quæstionẽ sic proceditur. Videtur q; non sit standum sententiæ nouissimi Concilii quãdo a sententia alicuius Concilii superioris discrepat. Primo quidem: Quoniam. B. Isidorus ut habetur in. c. Domino sancto di. I. dicit: Quotiẽs cunq; in gestis conciliorum discors sententia inuenitur illius cõcilii magis sententia teneaẽ cuius antiquior & potior existit auctoritas. ergo est standum sententiæ prioris Concilii.

¶ Præterea: Si est standum sententiæ nouissimi Concilii ergo si Concilium aliquid instituerit quod esset contra prius determinata in aliquo primorum Conciliorum illi esset adhærendum: quod est contra ea quæ Leo sanctissim⁹ Papa scribit Anatholio Episcopo dicens: Nulla sib met de multiplicatione congregationis synodalia Cõcilia nec. ccc. illis & decem & octo Episcopis quantũlibet copiosior numerus sacerdotum uel cõparare se audeat uel præferre: cum diuinitus & priuilegio Nicena sit Synodus congregata: ut siue per pauciores siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur: oĩ penitus auctoritate sit uacuũ quicquid ab illorũ fuerit constitutione diuersum: ergo nõ est standũ sententiæ nouissimi Concilii qñ a sententia superioris discrepat.

¶ In oppositum est: Quoniã uidentur prioribus præiudicare posteriora: extra de cogna. spi. c. I. & ff. de legi. non est nouum: ubi dicitur q; posteriores leges trahũt ad se priores. Ideo nunc statur determinationi Cõcilii Gangreñ. quæ mitigat ueteres canones Apostolorũ q; presbyter fornicator deponatur: ut distin. lxxxii. presbyter. ergo standum uidetur sententiæ nouissimi Concilii.

¶ Respondeo dicendum: q; ubi discordia reperta in decretis conciliorum circa materiã Fidei existeret: Diuinæ scripturæ primũ: deinde priorum Cõciliorum determinationibus adhærendum est. In quo sensu argumenta duo facta in principio q̃stionis uim habent. Tantæ enim existunt auctoritatis prima illa Concilia sanctæ Ecclesiæ ut Doctores sancti timeant asserere posteriora cõcilia aliqd addere posse priorib⁹ in materia Fidei, sed aiunt posteriora concilia decreta priorum potius interpretati q̃ eisdem quicquã addere. Hinc. S. Thomas in quarto cõtra gentiles. c. xxv. ait: Cum dicitur in Calcedonensi Synodo q; Patres apud Cõstantinopolim congregati doctrinã Nicenæ Synodi roborauerunt: non est intelligendum per modum additionis quasi ad id quod minus esset inferentes. sed per modum declarationis: ea quæ de Spiritu sancto dicta sunt cõtra eos qui eum Dominum respuere tentauerunt scripturarum testimoniis roborãtes. Hæc sanctus Thomas. Neq; tamen simpliciter negandum est Cõcilia posteriora Romani Põtificis auctoritate roborata aliquid addere potuisse dictis conciliorum superiorum.

¶ Vnde Hylarius in libro quinto de synodis in defensione Concilii Calcedonensis cõtra quosdam criminantes eandem Synodum quia aliqua uidebatur addidisse quæ nõ fuerunt in Niceno Concilio ita dicit: Nesciẽtes regulam & consuetudinem conciliorum sic noua posterioribus conciliis prout necessitas emergentium hereticorũ exegerit sancire decreta ut tamen inuicta permaneãt quæ dudũ in antiquioribus conciliis contra ueteres hereticos fuerunt promulgata. Nam si post Niceni Concilii statuta nihil amplius liceret recipere qua auctoritate Spiritũ sanctũ un⁹ gloriæ cũ Patre auderemus asserere: quod ibi constat omnino tacitum fuisse.

¶ Haec Hylarius. At si ea q̄ dissona uidentur ad humanos mores componendos Rempublicamq̧ christianam dirigendam spectent & ius positiuum concernant: cum & leges & cōsuetudines pro temporum uarietate imutare necesse sit: posterioris Concilii standum est sententiæ: si tamen ea decreta hominum illius tempestatis moribus conuenianti: sin minus: ea lex acceptanda est quam summus Pōtifex opportunam adiudicauerit.

¶ Hæc habentur a beato Augustino in libro secūdo de Baptismo contra Donatistas: Vbi inter cætera sic ait loquens de. B. Cypriano: Si autem Concilium eius attenditur: huic est uniuersæ Ecclesiæ posterius Concilium præponendum cuius se esse mēbrum gaudebat: Nam & Concilia posteriora prioribus apud posteros præponenda: & uniuersum partibus semper optimo iure præponitur.

¶ Et p hæc manifestus ē itellect⁹ obiectionis.

¶ Titulus Octauus de Translatione Cōcilii generalis ad alium locum: & eius dissolutione.



DEINDE considerandum est de translatione Concilii generalis ad alium locum & eius dissolutiōe omnimoda: circa quæ quæruntur duo.

¶ Primo: An summus Pontifex possit transferre Concilium congregatum ad aliū locum.

¶ Secundo: An summus Pontifex possit Cōcilium etiam inuitum ex toto dissoluere.

¶ Vtrum summus Pontifex possit transferre Concilium congregatum ad alium locum: Quæstio prima.



D primam quæstionem sic proceditur: Videtur q̧ summus Pontifex non possit transferre Conciliū cōgregatum ad aliū locum: Primo quidem ex decreto Frequens Cōcilii Constantiensis i in quo prohibetur mutatio loci Concilii: prorogatio temporis sine consensu Concilii. Decretorum uero illud uidetur obseruandum: Tum quia Conciliorum decreta sunt obseruanda: ut testatur Gregorius in.c. Sicut di.xy. Tum quia a Martino quinto confirmatum. ergo Papa non potest transferre Concilium ad alium locum.

¶ Præterea: Si summus Pontifex posset transferre Concilium tunc ubi ipse foret suspect⁹ uehementer de heresi uel accusatus: si uellet patres congregare in aliqua ciuitate in qua haberet militum & arcium præsidia sequeretur q̧ Patres ad hoc tenerentur: quod omnino uidetur irrōnabile: cū in eos ceu lupus in agnos seuire posset. ergo Papa non uidetur posse transferre Concilium.

¶ In oppositum arguitur: Ad summum Pōtificem spectat congregare Concilium: eidem auctoritatem præstare: dispensare in eius decretis: & illa iterpretari ut supra probatum est. ergo ipse poterit propria auctoritate casu imminente etiam Cōciliū ad locū aliū transferre.

¶ Respondeo dicendum: Vbi de heresi formaliter accepta summi Pontificis agitur in Concilio generali: cum Papa tunc omnibus fidelibus factus sit inferior: non potest tunc transferre Concilium ad alium locum: nullius enim eo in casu existit auctoritatis: cum a petra Fidei defecerit. Sed cum hic sit sermo de uero Pōtifice & catholico: qui pastor omnium uocāt oues & educit & reducit: ex superioribus manifestum est eundem summū Pontificem posse transferre Conciliū ad alia loca: potissime cogentibus bellorum tumultibus: aut pestis: aut penuriæ: siue alterius cuiusuis rationabilis causæ necessitate urgente. Nō enim ut ait Gregorius in.c. nouit di. li.xii. pro locis res sed pro rebus loca amāda sunt. Qui enim propter gentem locum elegit propria auctoritate poterit uiq̧ pro sui auctoritate locum immutare præcipue gentis cogente necessitate: gratia cuius electus fuit locus.

¶ Ad primū ergo dicendum: q̧ illa ɔstitutio nō ligat summū Pontificem ꝑpter rationem & uim auctoritatis: sed ꝑpter uirtutē honestatis. Summus nāq̧ Pontifex nō tenetur ad decreta Conciliorū nisi in materia Fidei. Vnde præfata ɔstitutio etiam si auctoritate Martini quinti esset cōfirmata: extra casum heresis & scismatis in nullo tamen pōt auctoritati summi Pōtificis derogare: qa nō subiicitur legib⁹ Cōciliorū: ut i.c. significasti extra de electiōe: & in.l. princeps.ff. de legibus dicitur: quia nō Rex legi sed lex est subiecta Regi qui lex animata dicitur. Item par in parem non habet

imperium l.c.metuit.§.quāuis de electione. Vnde ipse Martinus non obstante prædicta constitutione Concilii Constantiensis & confirmatione sua:dedit præsidentibus suis in Concilio Senensi potestatem trāsferendi Cōcilium nulla facta mentione consensus Concilii.Capitulum uero sicut ueritatē & necessitatem habet in summo Pontifice respectu solummodo eorum quæ sunt Fidei.

¶ Ad secundum dicendum:quod hæc quæstio ut dictum est:supponit Papam fidelem & in sede.B.Petri plena auctoritate residere.

¶ Vtrum Summus Pontifex possit Concilium congregatum etiam inuitum ex toto dissoluere:Quæstio Secunda.



AD Secundam quæstionem sic procedítur:Videtur quod Summus Pontifex non possit Concilium congregatum inuitum ex toto dissoluere.Primo quidē:In quæstione Fidei Papa debet requirere Concilium Episcoporum ut dicit glosa in capitulo Anastasius di. xix.ergo si pro aliqua quæstione Fidei determinanda Concilium esset congregatum ante determinationem illius quæstionis non posset inuitum Concilium dissoluere.

¶ Præterea auctoritas sūmi pontificis est ad ædificationem & non ad destructionem:sed si Papa posset Concilium congregatum propria auctoritate ex toto dissoluere seqretur ꝙ Papa posset eadem auctoritate prohibere ne aliquando celebraretur aliquod concilium generale : sequeretur quoq; ꝙ posset omnia concilia anteꝗ aliquid concluderetur per Patres dissoluere quod uideretur cedere in ruinam Ecclesiæ:scandalum & perturbationem Populi christiani. ergo uidetur ꝙ Papa non possit Concilium inuitum ex toto dissoluere.

¶ Præterea:solus Papa non potest prohibere bonum uniuersalis Ecclesiæ:sed Cōcilia generalia congregantur pro bono uniuersalis Ecclesiæ : ergo ea Inuita Papa ex toto dissoluere nequit.

¶ Præterea:Papa nō potest prohibere reuersionem hereticorum ad Fidem:aut conuersionem infidelium:sed euenire potest ꝙ heretici redire nolunt ad fidem:aut infideles Baptisma suscipere nisi per concilium generale congregatum : Ergo in eo casu non uidetur Papa posse dissoluere Cōciliū generale inuitū.

¶ In oppositum est quod Gelasius Papa in .c.Cuncta per mundum ix.q.iii.ait:Cuncta per mundum nouit ecclesia quoniam quorūlibet sententiis ligata Pontificum sedes.B.Petri ius habet dissoluendi:utpote quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi : ergo inuitū Concilium Papa potest dissoluere.

¶ Respondeo dicendum:ꝙ in decisionibus quæstionum in quibus ampla nimis decerni uidetur sūmi Pontificis auctoritas:præ oculis semper est habēda illa Saluatoris promissio Matth.ultimo.Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem sæculi.Quo uiua & stabili fide supposito conueniens nobis apparebit sūmum Pontificem posse ex toto etiam inuitum Concilium generale dissoluere. Illi nempe dictum est Math xviii.Quodcūq; ligaueris super terram erit ligatum & in cælis: & quodcūq; solueris super terram erit solutū & in cælis.Ideo si quis negaret non posse sūmum Pontificem inuitum Concilium dissoluere uideretur eius auctoritatem a Christo cōcessam minuere Hoc etiam iuribus consonū ualde est: Nam eiusdem est soluere cuius est condere.ff.de legi.l.i.& extra de regulis iuris prima omnium regula locatur : per easdem causas res dissoluitur per quas nascitur.Concilium autem generale nascitur ac roboratur solūmodo Romani Pontificis auctoritate : ut patet per totam distin. xvii. Remota ergo Papæ potestate ut ait textus dist .xvii. multis non remanet amplius Concilium sed conuenticulum.Et quamuis auctoritas sūmi Pontificis circa dissolutionem Concilii in nullo sit arctata:ne tamen aduersus illum oriri quæat suspicio aliqua de heresi aut infidelitate non debet ex toto dissoluere Cōcilium potissime inuitum:nisi rationabili causa urgente:quam etiam publicare decet pro pace christiani Populi.

¶ Quas uero ab ueteribus rationes & causas efficaces accepimus de sequentia uelut capitulariter reducuntur.

¶ Primum est:Cum contingeret quod ad eorum hominū impietatem Synodus esset deuoluta:quorum studia priuata in euersionem Fidei : pacis & unitatis agitarentur Ecclesiæ: sicut ait Leo Papa de sa Synodo Ephesina.

¶ Secundum:cum iudicio contempto Episcoporum qui patres dicuntur Ecclesiæ:inferiores multitudine præualente Hierarchichum molirentur confundere.

¶ Tertiū:cū nouis ausib⁹ Pres Capiti romāo

se auderent comparare: aut eius auctoritatem apostolicam minuere.

¶ Quartum: cum contingeret quod Côcilium faueret hostibus Romanæ Ecclesiæ: aut summi Pontificis contra ius & pium.

¶ Quintum: cum principes terræ in qua celebratur Concilium aliquid molirentur contra personam sũmi Põtificis aut aliorum patrũ.

¶ Sextum: cum Concilii patres ad augendã gloriam propriam aut pro utilitate temporali abuterentur auctoritate Concilii.

¶ SVPPOSITO VERO quod nullus casus ad prædictos reducibilis eueniret: neque de Fide in Concilio agendum foret: aut ipse summus Pontifex neque esset accusatus uel suspectus de heresi: & uellet sanus capite Conciliũ pro sui beneplacito dissoluere ex toto: patres aut ad propria redire deberent: aut nisi bonis modis ut Pontifex Concilium sua auctoritate prosequeretur: qua remota nullius omnino auctoritatis Concilia etiam ad quæ ex toto orbe uiri præcipui confluxerunt: a catholicis Doctoribus creduntur. Antiquitas.n. fidelis tantæ Maiestatis. B. Petri auctoritatem ad nos transmisit: ipsa seruauit eandem auctoritatem adorando cum omni subiectione ac fide. Quapropter prouerbiorum.xxii. dicitur: Non transgrediaris terminos quos posuerũt patres tui: & Nicolaus Papa in capitulo Ridiculum inquit: Ridiculum & satis abominabile dedecus ut traditiones quas antiquitus a patribus suscepimus: infringi patiamur.

¶ Ad primum ergo dicendum: quod Papa in determinatione quæstionum ad Fidem spectantium debet non de necessitate sed de honestate conuocare Concilium. Quia tamen potest Papa sine Concilio talia determinare: cum sæpenumero id prohibeant bellorum tumultus ut supra dictũ est: si Papa Concilium congregatum pro talibus quæstionibus explanandis etiam inuitum dissolueret: credibile est quod id faceret aliqua rationabili causa urgẽte: etiã si Patribus Concilii ipsa causa esset occulta. Vnde si Patres cõtra Pontificis uoluntatem Concilium prosequerentur: decreta illa nullius merito crederentur esse auctoritatis.

¶ Ad secundum Respondetur negando cõsequentiam: Non enim Papa auferre ex toto potest ea quæ sunt saluberrima toti Fidei: de quorum numero uidetur esse celebratio conciliorum generalium ut ait Augustinus: & in proœmio huius tertii libri dictum est. Vnde si Papa instante necessaria causa Fidei quæ per Concilium sedari posset: & rogatus Concilium celebrare nollet: si in moribus alias nõ foret boni nominis: sed famæ malæ: merito suspicari posset hostis Fidei: & lupus in uestimento pastoris: Qui casus Christo miserante rarissime contingere posse creditur. Neque sequitur quod omnia cõcilia simpliciter possit Papa dissoluere: licet dissoluendi singula habeat potestatem quæ ipse in perniciem esse Fidei recta ratione iudicaret.

¶ Ad tertium dicendum: quod iudicare an aliquid institutum pro bono uniuersalis Ecclesiæ in casu particulari sit utile Ecclesiæ eius est qui pastor est: & princeps: & iudex uniuersalis Ecclesiæ.s. Papæ. & ideo cum apto tempore sint dãda ea quæ Reipublicæ humanæ conferunt: si Papa iudicaret congregatum Concilium non fore utile in aliquo tempore Ecclesiæ: licite & propria auctoritate poterit illud etiam inuitum: dissoluere.

¶ Ad quartum dicendum: quod ubi Papa uellet congregatum Concilium pro conuersione hereticorum aut infidelium inuitum dissoluere nulla alia existente causa: de illo uehemens suspitio merito oriretur apud patres quod in Fide titubaret: Vnde & Concilium Spiritu sancto dirigente prosequi liceret. Sed ista de Vicario Ecclesiæ credere prohibet prouidentia Saluatoris: qui Ecclesiæ suæ præsto semper adest. Vnde Symachus Papa in capitulo Non nos di.xl. dicit. Quis enim sanctum dubitat quem apex tantæ dignitatis extollit: In quo si desunt bona acquisita per meritũ: sufficiant quæ a loci prædecessore testantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur illustrat.

¶ Titulus nonus de consequentibus generale Concilium.



POST considerationem eorum quæ Concilium generale concomitantur per se & per accidens: agendum est de cõsequentibus ipsum Conciliũ generale: Hæc uero sunt approbatio & confirmatio decretorum Concilii generalis: Circa quorum considerationem erit unica quæstio.

¶ An decreta Concilii generalis obligent ad sui obseruationem anteaquam summus Pontifex illa approbauerit.



D hanc unicamq; q̄stionem sic proceditur: Videtur q̄ decreta Concilii generalis obligent ad sui obseruationem christi fideles anteq̄ summus Pōtifex illa approbauerit: Primo quidem: Synodus sine Papa & eius Legatis procedere potest ad diffiniendum ac instituēdum: sicut patet ex gestis octauæ Synodi Constantinopolitanæ: in qua Patres decreuerunt prosequi Synodū non expectatis Papa aut eius Legatis: ergo decreta ac instituta sine Papa obligant Fideles sine approbatione Papæ: Aliter prosequutio Concilii superflua censenda esset.

